



Pars aestivalis breviarii Romani ex sacra potissimè scriptura, & Sanctorum historiis nuper confecti

<https://hdl.handle.net/1874/424025>



Dit boek hoort bij de Collectie Van Buchell Huybert van Buchell (1513-1599)

Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

Wegens onderzoek aan deze collectie is bij deze boeken ook de volledige buitenkant gescand. De hierna volgende scans zijn in volgorde waarop ze getoond worden:

- de rug van het boek
 - de kopsnede
 - de frontsnede
 - de staartsnede
 - het achterplat

This book is part of the Van Buchell Collection Huybert van Buchell (1513-1599)

More information on this collection is available at:

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

Due to research concerning this collection the outside of these books has been scanned in full. The following scans are, in order of appearance:

- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board

E. oct.


302



63


母






E. oct.

302





Est Rubeati de Borchell
ad Sancta maria Zwartth

Handwritten text, possibly a title or address, written in a cursive script. The text is faint and difficult to decipher, but appears to be arranged in two lines.

N. 37. A.

PARS HYEMALIS
BREVIARII ROMANI

ex sacra potissimam scriptura, &
 Sanctorum historiis nuper con-
 fecti, ac denuo per eundem
 auctorem accuratius
 recogniti.

Ex domo Bucholin



PARISIIS.


Apud Thielmannum Keruer, in vic-
 co sancti Iacobi, sub signo Cratis.

M. D. XLVIII.

CVM PRIVILEGIO.

W. ARS. HYEMALIS
REVIVARIUM ROMANI

Et hoc est
Symbolum
Societatis
Societatis
Societatis



ANNO
Apud Thiburnum Romanum
et sancti Jacobi sub signo Crucis
M. D. XLVIIII
EVM THIBURNO

AD SANCTIS-

SIMVM PATREM, ET DOMINVM
nostrum Paulum tertium, Pōtificem
maximū, Francisci Quignonii tit. S.
Crucis in Ierusalem presbyteri
Cardinalis, in breuiarium
proximè confectum,
ac denuo reco-
gnitum.

PRÆFATIO



Breuiarium Romanū nuper à no-
bis fel. rec. Clementis vij. Pontif.
Maxi. hortatu confectū, ac poti⁹
in ampliōrē sacrarum scriptura-
rum lectiōē, ad veterē sancto-
rum patrū, & cōciliorū antiquo-
rum formam reuocatū, tuāq; vo-
luntate sanctissime pater editū,
graues plerosq; , ac doctos viros

ita probasse, & rece-
pisse intellexi, vt nihil in eo mutan-
dum existimaret. Alios item animaduerti graues etiā,
& prudentes homines, qui eius rationem magnopere
probantes, nonnihil tamen in eo desyderari affirma-
rent. Illud verò nunquā dubitavi, fore in tanta multi-
tudine nonnullos ex iis videlicet, qui in diuerso pre-

Præfatio.

candi ritu consensissent, quibus labor ille noster non esset pinde gratus, existimâtibus ab inueterata illa cōsuetudine præcædi, nulla ratione clericis esse discedendum. Imo verò nobis primâ editionem breuiarij, non tanquam promulgationē legis esse placuerat, sed quasi publicam quandâ deliberationē, vt sic proposita nostra sententia, iudicia multorū exquireremus, & quod omnium commodissimum, & religioni, ac pietati conuenientissimū plerisq; prudētibus, grauib;que viris visum esset, sequeremur. Nihil enim humano elaboratum ingenio tam exactum initio vnq̄ fuit, quin postea multorum accedente iudicio perfectius reddi possit, vt in ipsis etiā ecclesiasticis institutis, circa primitiuam præsertim ecclesiam contigisse videmus. Itaq; multorū sententiis collatis, quæ nobis partim vocibus, partim scriptis innotuerūt, iudiciū eorum secuti, qui omniū prudentissimè sentire visi sunt, libenter quædam addidimus, alia mutauimus, & omnia diligētē recognouimus, retēta tamen summa formâ breuiarij. Sed quoniâ sic fert natura rerum, vt nihil sit tam rectū, nihil tanta ratione in vitam vsurq; hominum inductū, cuius nouitas non sit aliquibus ingrata, non temerè facturi esse videmur, si rationē totius instituti nostri à nobis pridē summatim redditam, nunc accuratiùs recognito breuiario, paulò latius explicabimus. Mihi enim (vt sæpe sum professus) cogitanti atq; animo repetēti initia veteris instituti, quo sancitum est vt clerici sacris initiati, vel sacerdotiis præsidentes, singulis diebus perlegant horarias preces, quas canonicas etiā appellamus, tres præcipuæ causæ spectatæ fuisse videri solent. Quarū ea prima est, quod cū cæteri homines in quaq; ciuitate, aut suum quisque negotium agant, aut in republica administranda sint occupati, clericis ex eo vocatis, quod fortis domini sint, quiq; bonis ecclesiasticis alūtur, hoc potissimum negotium diuinis, & humanis le-

Præfatio.

gibus est inunctum, ut Deum habere propitium in
commissum sibi populū ac de se benè merentem cunctis
rationibus enitantur, quod non solum sacrificiis effi-
citur, sed etiam precibus, quæ à pio corde profiscan-
tur. ipsi enim (ut testimonio versibusq; utar beati Ale-
xandri papæ & martyris) pro populo interpellant, &
populi peccata comedunt, quia precibus suis, & obla-
tionibus ea delent, atque consumunt. Qui quanto di-
gniores fuerint, tanto facilius pro quibus necessitati-
bus clamant, exaudiuntur. Quod testimonio probat la-
cobi apostoli, qui nos ad precandum cohortans, Ora-
te (inquit) pro inuicem, ut saluemini, multū enim va-
let deprecatio iusti assidua. Altera causa est, ut qui re-
liquo populo exēpio debent esse virtutis & sanctimo-
niæ, assidua precatōe Deum alloquentes, minus op-
portuni reddantur tentatori diabolo, si eos inuenerit
(ut Hieronymus ait) occupatos, & à cogitationibus ea-
duarum rerum subinde auocati, cōtemplationi diui-
narum assuescant. Tertia, ut religionis quoque futuri
magistri quotidiana sacræ scripturæ, & ecclesiasticarū
historiarum lectōne erudiantur, complectanturq; se
(ut Paulus ait) eum qui secundū doctrinam est, fide-
lem sermonē, & potentes sint exhortari in doctrina sa-
na: & eos, qui cōtradicunt, arguere. Et profectō si quis
modum precandi olim à maioribus traditum diligen-
ter consideret, planè intelligat, horum omnium præci-
pam ab ipsis habitam esse rationem. Sed factum est,
nescio quo pacto, precantis negligentia, ut paulatim
à sanctissimis illis veterum patrum institutis discede-
retur. Nam libri scripturæ sacræ, qui statis anni tēpo-
ribus legendi erant more maiorū (ut est in monumen-
tis Gelasij papæ, & concilij Romani lxx. episcoporū)
vix dum incēpti omittuntur in alio breuiario. Tum hi-
storiarū sanctorum quædā tam incultæ, & tam sine de-
lectu scriptæ habentur in eodem, ut nec auctoritatem

Praefatio.

habere videantur nec grauitatem. Accedit tam perple-
xus ordo, tamq; difficilis precandi ratio, vt interdum
paulo minor opera in requirendo ponatur, q̄ eū inue-
neris in legēdo. **Q**uibus rebus animaduersis: felicis re-
cordationis Clemens, vij. Pontif. max. eū intelligeret
officij sui esse, eūm aliorum Christianorum cōmodi-
tatibus prospicere, tum in primis clericorum, quibus
ministris vteretur in commissō sibi grege administran-
do, me hortatus est, negotiumq; dedit, vt quantum cu-
ra, & diligentia niti possem, preces horarias ita dispo-
nerem, & ad veterem illam formā, quoad fieri posset,
redigerem, vt difficultatibus, dispendijsq; sublati, nec
à summa rationis olim ab antiquis sanctisq; patribus
instituta, discederetur, nec rursūm clerici ab officio
precādi detererentur laboris magnitudine. Quā ego
provinciā libentissimè suscepi, simul vt Christi vica-
rio honestissima præcipienti parerē, simul vt bono pu-
blico pro mea virili parte seruire. Adhibitis igitur qui-
busdam meorum domesticorum prudentibus homini-
bus, ac sacrarum literarum & Pontificij iuris doctrina
præditis, eisdemq; Græcè & Latine eruditis, dedi ope-
ram quā maximè potui, vt cōmodè ac ex utilitate pu-
blica rem cōficerem. Ac illud ante omnia visum nobis
est in consuetudinem reuocare, vt scriptura sacra ma-
ximè omniū toto anno, & omnes psalmi singulis se-
ptimanis perlegerentur. Vtrunq; enī veteribus patri-
bus summa ratione placuisse videbamus, qui plerosq;
libros (vt supradictū est) vtriusque testamēti per anni
tempora legendos disposuerāt in breuiario, & per dies
sic psalmos distribuerāt, vt singulis septimanis totum
psalteriū legeretur, quod singulis diebus in primitiua
ecclesia perlegi solitum esse tradit Speculator, Sed (vt
suprà diximus) precantium negligentia factū erat, vt
minima pars scripturæ sacræ legeretur, & psalorum
plerisq; omisio, pauci singulis ferè diebus repeteren-

err. Quod eis accidit, dum officij ferialis optimè sanctissimeq; à maioribus instituti longitudinè & labore refugerent. Ad quam vitandam, varia compèdia excogitantes, consuetudinè induxerunt omisis feriis, toto ferè anno sanctorum festa celebrandi, etiam in quadragesima, quod quantum sit cõtra veterum instituta, declarat concilium Laodicenum, quo cautum est, ne in quadragesima martyru natalicia celebrentur, & item Toletanum decimũ, in quo traditur, nihil esse in quadragesima de sanctorum solènitatibus celebrandum, idq; ex antiquitate regulari cautum esse. Quod ipsi animaduertentes, conditionemq; temporũ & infirmitatem clericorum spectantes, rationem iucundã putauimus, vt pari propemodũ labore vt cum festum celebrabatur, sed minore quàm cũ agebatur de feria, veteris testamèti magna & utilissima pars, & totum nouũ, præter partem Apocalypsis, in anno, & singulis septimanis psalmi oēs perlegerentur, terni singulis horis, vnus longitudine cum alterius breuitate sic cõpensata, vt labor legendi diurnus par propemodũ sit omnibus diebus, siue feria sit, siue festum celebretur, habita quoq; in distribuèdo, quoad fieri potuit, rat õe feriarum, festoru non perinde. nec etiã si cuius psalmi vnũ, aut alterum verbum potest ad aliquod festũ accommodari, idcirco mutandus erat ordo cõmodissimus, quo nullus psalmorum in hebdomada prætermittitur, vt non illa verba solum, sed cætera omnia in ipsis cõtenta mysteria, liceat intelligentibus septimo quoque die contemplari. Nam ad psalterium perlegendum, si veterem illam rectam & sanctam psalmoru distribuètionẽ ferialem, in qua psalmi quidem quotidie repetuntur, retinuissemus, longitudo officij perinde vt antea clericos deterreret, qui hac cõmodissima, & ad vetus institutum afformata mediocritate, multũ (vt iam experti sumus) alliciuntur. Nam licet opera cõsuetata legen-

Præfatio.

di scripturas, partū minuatur in hoc breuiario: præse-
tim cū pleraq; omnia ex libro legi sit necesse: curau-
imus tamē, vt ordine longē simpliciore & expeditiore,
magna pars laboris minueretur, sublato tædio & diffi-
cultate psalmos & alia hinc inde cum mora & molestia
perquirēdi, & difficillimam rationem longo tempore
perdiscendi. Versiculos, responsoria, & capitula omit-
tere idcirco visum est, nō quōd hęc superuacanea aut
inutilia viderentur, augent enim pietatem, & sunt scri-
pturæ sacræ particulæ, sed quoniā cū introductæ sint
ad cantus potissimum modulandos, & legentes sæpe
morentur cum molestia quæritandi, locū relinqui vo-
luimus continenti lectioni scripturæ sacræ, quæ magis
facit ad pietatem atq; doctrinam priuatim legentium,
quorum hac quidem in parte maiorem rationē haberi
voluimus, q̄ concinentium. Nec enim ad precandum
cuncta utilia & salubria congeri debent, ne clerici gra-
uentur iniquiori pondere. Atque vtinam tam robusti
essemus, vt totum etiā vetus testamētum in anno per-
legere non grauaremur, libenter enim omnes illius li-
bros legendos proponeremus, sed (vt dictum est) ha-
benda fuit ratio, ne precādi labor in tanta clericorum
infirmitate modum excederet. Officium beatæ virgi-
nis in alio breuiario vsitatum omititur, nec propterea
minuitur ipsius honor. Nā paucis festis exceptis, quo-
tidie variis commemorationibus adoratur, & obsecra-
tur, atque eius memoria multis dicatis eidem festis, &
octauis pro cuiusq; ratione celebratur, ipsiq; solidum
officium tribuitur sabbatis ferē omnibus, præterquam
in quadragesima, in qua ne ipsum quidē annuntiatio-
nis festum celebrari placuit veteribus patribus, vt do-
cet idem cōcilium, quod supra diximus, Toletanum.
Et profecto quorūdam Psalmorum grauem pleriq; re-
petitionem omitti, non tam molestū esse virgini ma-
tri, credi par est, q̄ gratum illud, quod clerici ad ipsius

Præfatio.

filijs Iesu Christi diuinum cultum cōmodissima & expedita ratione alliciantur. Ex sanctorum historiis diligenter consideratis, quasdam delegimus, ex probatis auctoribus Græcis & Latinis serè decerptas, & has cultiore stilo, non tamē fucato, sed potius ex industria & iussu Clemētis pontificis attēperato, disposuimus per annum totum. Nam licet veteribus in quadragesima nulla (vt docuimus) sanctorum festa celebrari placuerit, tamen à junioribus tam assiduè in ea quoque celebrantur, vt à nobis ne tum quidem omninò festa saltē solemnia sine aliquo pusillorū offendiculo vitari posse putauerimus. Vt igitur quasdam sanctorū historias retinuimus aut reposituimus denuò cōquisitas, sic quasdam omisimus illis, nec p̄bilitate, nec gravitate pares, temeritate videlicet priuata quorundam introductas, qui dum fugerent officij ferialis longitudinē, festa sanctorum studiosè conquirentes, quasdam in breuiario præter publicam auctoritatem incōsultis Pontificibus inserendas curauerunt, quas Pontifices ipsi haud dubiè in vsum ecclesiæ non admisissent. Sunt etiā nonnullæ (nisi fallimur) ex earū genere, quæ publico sanctissimoque decreto ab ecclesia reiciuntur, & quidem in eo loco sine capite celeberrimo in quo sancta Romana ecclesia quas scripturas clericis legendas admittat, & rursus quas reiciat, explicatur. Vbi cū multa summo iudicio sancita, tum illud habetur sanctissimè & grauissimè à sanctis patribus institutū de historiis sanctorum, quarum auctores ignorātur. Ibi enim Gelasius papa ex synodo septuaginta episcoporū, Gesta (inquit) sanctorū martyrum, qui multiplicibus tormentorum cruciatibus, & mirabilibus confessionum triumphis irradiant, quis ista esse catholicorum dubitet? & maiora eos in agone fuisse perpeffos? nec suis viribus, sed Dei gratia & adiutorio, vniuersa tolerasse? Sed ideo secundum auctoritatem antiquam & cōsue-

Præfatio.

udinē in sancta Romana ecclesia non leguntur, quia eorum, qui scribere, nomina penitus ignoratur, & ab infidelibus, aut dictis superflua, aut minus apta quam rei ordo fuerit: scripta esse putantur. Hactenus Gelasius papa. **Q**ui statim subiiciens exempla quorūdam sanctorum quorū historiarum ab hæreticis probabantur esse cōscriptæ, rursus ait, Propter quod (vt dictū est) ne vel leuius subsannandi oriretur occasio, in sancta Romana ecclesia non leguntur. sic Gelasius. Contra hæc igitur, quæ summa ratione fuerat à sanctis patribus instituta, animaduertentes quædā temeritate quorundā priuata irrepisse, diligenter curauimus: vt, quæ publico ecclesiæ decreto reiciuntur, omninō vitaremus, & in quibusdam alijs, refecatis quæ ad rem minus pertinerent, probatissima quæq; cōsectaremur, iuxta præceptum Pauli, quem his quoq; in rebus auctorem adhibere iubemur ibidē ab ecclesia. Gelasius enim in eodem loco de nōnullis historiis, certitudinis non admodum exploratæ, quæ à catholicis legerentur, locutus, hæc subiicit. Sed cū hoc ad catholicorū manus peruenerit, beati Pauli apostoli sententia præcedat. Omnia probate, quod bonum est, tenete. **P**ecum pro Pontificibus & regibus, & fidelium bonis spiritualibus ac temporalibus, diligenter est adhibita ratio. Nam singulis diebus ad matutinū & vesperam, nostris temporibus pacem, ecclesiæ iustitiam & sanctitatem precamur, & fideles omnes, tum viuentes, tum etiam defunctos deo commendamus. **Q**uod impensius etiā efficitur: cū officiū defunctorum, siue psalmi pœnitentiales cum litanis & orationibus leguntur, vt sæpe sit in quadragesima, quod prius tunc fiebat duntaxat cū ageretur de feria. Sed hoc tam rarum erat consuetudine clericorum festa pro feriis celebrantium, vt plerique ipsorum vix semel aut iterum toto anno legerent officium feriale. Itaq; si quis diligenter animaduertent, &

Præfatio.

Vetus patrum consilium institutumq; cōsiderauerit, planè intelliget, hoc breuiarium non tam esse nouum inuentum, quàm breuiarij antiqui, adhibito quodam temperamento, restitutionè. Habet igitur hæc precandi ratio tres maximas commoditates. Primam, quòd precantibus simul acquiritur veriusq; testamenti peritia. Secūdā, quòd res est expeditissima propter summam ordinis simplicitatem, & nõnullam breuitatem. Tertiam, quòd historiarum sanctorum sic cōscriptæ sunt, vt nihil habeāt, quod grates & doctas aures offendat. Si cui ergo laboriosum in hoc breuiario videbitur ple

raq; omnia ex libro legi, cum multa in alio, quæ propter frequentem repetitionem ediscuntur, memoriter pronuntientur, cōpenset cum hoc labore cognitionè sacræ scripturæ, quæ sic in dies augetur, & intentionem animi, quam Deus ante omnia in precantibus requirit (hanc enim maiore legentibus, quàm memoriter proferentibus adesse necesse est) & huiusmodi laborem non modo fructuosum, sed etiam salutarem iudicabit. Orandum est enim (vt Paulus ait) spiritu, & mente. Nam sine fructu mens eius est, qui orat

lingua tantum, id est, qui sine attentione,
ac velut aliud agens precatur, quod
ferè accidit iis, qui psalmos memoriter percurreunt. Ha-

bes pater sanctissi-

me instituti

nostri

ra-

tionem,

habes formulam

breuiarij. Superest, vt

quemadmodum cœpisti aspirare

inceptis nostris, & labori faueas pu-

blicæ commoditatis causa suscepto. Vale.

Tabula literarum Dominicalium.

A g f d c b **A** f e d c **A** g f
 e c b **A** g e d c b g f e d b
 d **A** f c b g f e d b
 d c

In tabula suprascripta, literam dominicalē singulis annis hoc pacto inuenies. primā literam, quæ est **A** tribue anno 1542. sequentē, quæ est **g**, tribue anno 1543. sicq; deinceps p̄gredere quousq; peruenias ad numerū anni, cuius literā scire vis, quia litera super quā cadit numer⁹ illi⁹ anni, erit litera dñicalis. Quæ si vnica occurrerit, annū cōmunē esse intelliges, si duplex, bifextilem. Et tunc prior, id est, superior vsq; ad festum Mathiæ apost. deseruiet. Inferior autē ad reliquā anni partē accōmodabitur. Sciendū autē, q̄ finitis 28. annis redeundū est ad principiū cū annis tunc currentibus.

Aureus numerus. iij. v. vi. vii. viii. ix. x. xi. xii. xiii. xiiii. xv. xvi. xvii. xviii. xix. j. ij. iij.

Simili modo, vt dictū est de litera dñicali, desphēdes etiā aureū numerū ī suprascripta numerorū serie. Nā primū numerū, q̄ est, iij. tribue āno 1542. Sequētē q̄ est v. tribue anno 1543. & sic deinceps donec ad annū tuū puenias. & finitis 19. ānis regredere iterū ad principiū.

Noniluniorum canon.

Noniluniū singulis mēsb⁹ sic reperitur. Habito auro numero anni tui, vbicūq; ille ī ordine aurei numeri ī cal. posito tibi occurrerit, à loco illi⁹ diei iuxta positi sequētīū verborū syllabas sursum cōputa. **In celis est hic** vnicuiq; diei accōmodādo syllabā vnā. Diesq; ille, sup̄ quē syllaba, **hic**, ceciderit, dies est nonilunij.

In tequeti cal. cuiusbet festo habēti aliquid propriū, apponitur quo folio id inueniatur. Alia verò festa, quibus non apponitur folium, nihil habēt propriū. Item in quibusdam diebus assignātur tertix̄ lectiones repetendæ ex epistolis, cū sit officiū de feria, quarum nonnullæ in quibusdā annis omittuntur, in aliis autē leguntur, vt infra in regulis generalibus videbitur.

Ianuarius habet dies.

X X X I.

Januarij

Au. nu.	Dies.		
iiij	A Calēdis. 1	Circūcisio Christi du. ma.	f. 357
	b iiij no. 2	Oct. sancti Steph. du. mi.	fo. 358
xj	c iij no. 3	Oct. scti loa. euā du. mi.	fo. 358
	d prid. no. 4	Oct. sctorū Inno. du. mi.	fo. 358
xix	e Nonis 5	De vigilia epiphaniæ.	fo. 358
viiij	f viij id. 6	Epipha. Christi du. ma.	fo. 358
	g vij id. 7	De octaua epipha.	fo. 360
xvj	A vj id. 8	De octaua epipha.	fo. 361
v	b v id. 9	De octaua. ep. pha.	fo. 361
	c iiij id. 10	De octaua epipha.	fo. 361
xiiij	d iij id. 11	De octaua epipha.	fo. 362
ij	e prid. id. 12	De octaua epipha.	fo. 362
	f Idibus 13	Octaua epipha. du. mi.	fo. 362
x	g xix cal. 14	Basili. ep̄s cōf. Fuit. 1. hu.	fo. 363
	A xvij cal. 15	Martina. v̄g. m̄. Fuit. 1. hu.	f. 363
xviiij	b xvij cal. 16	Marcellus papa mart.	fo. 364
vij	c xvj cal. 17	Antonius abbas du. mi.	fo. 364
	d xv cal. 18	Prista virgo mar.	fo. 364
xv	e xiiii cal. 19	Telesph. p̄p. m̄. Fuit. 3. hu.	365
iiiiij	f xiiij cal. 20	Fab. pa & Seb. m̄. du. mi.	fo. 365
	g xij cal. 21	Agnes virgo mar. du. mi.	fo. 365
xij	A xj cal. 22	Vincen. & Anasta. mart.	fo. 366
j	b x cal. 23	Alfonfus archiep̄s. cōf.	fo. 366
	c ix cal. 24	Timotheus ep̄s mar.	fo. 367
ix	d viij cal. 25	Cōuer. Pauli apo. du. ma.	f. 367
	e vij cal. 26	Policarpus ep̄s mar.	fo. 368
xvij	f vj cal. 27	Ioā. Chryfost. ep̄s cōf.	fo. 368
vj	g v cal. 28	Lucia. pb̄r m̄. Fuit. 7. hu.	fo. 369
	A iij cal. 29	Pau. primi ere. Fuit. 10. hu.	f. 369
xiiiiij	b iij cal. 30	Igin. pa. mar. Fuit. 11. hu.	fo. 370
iiij	a prid. cal. 31	Hila. ep̄s cōf. Fuit. 13. hu.	fo. 370

Februarius habet dies.

XXVIII.

Et si fuerit bissextus.

Au. nu.	Dies.	
	d' Calendis.	1 Ignatius episc. martyr. fo. 370
xj	e iiij no. 2	Purific. Marie vir. du. ma. fo. 371
xix	f iij no. 3	Blasius episc. mart. fo. 371
viii	g prid. no. 4	Philea eps & Philo. mar. f. 371
	A Nonis	5 Agatha virgo martyr. fo. 172
xvj	b viij id. 6	Dorothea virgo martyr.
v	c vi id. 7	Adauctus & socij mar. fo. 372
	d v id. 8	Cointha virgo martyr. fo. 372
xiiij	e v id. 9	Apollonia virgo martyr. fo. 373
ij	f iiij id. 10	Scholastica virgo.
	g iij id. 11	Ex epist. i. Petri. Petrus. fo. 338
x	A prid. id. 12	Eulalia virgo martyr.
	b Idibus	13 Ex epi. i. Pet. Propter qd. f. 339
xviii	c xvj cal. 14	Valentinus presby. mar.
vij	d xv cal. 15	Faustinus & Louisa mart.
	e xiiij cal. 16	Iuliana virgo martyr.
xv	f xiij cal. 17	Ex epi. i. Pet. D eponetes. fo. 339
iiii	g xij cal. 18	Ex epi. i. Pet. Charissimi. f. 340
	a xj cal. 19	Gabinus presbyter mart.
xij	b x cal. 20	Ex epi. i. Pet. S imiliter. fo. 340
j	c ix cal. 21	Ex ep. i. Pe. Christo igitur. f. 341
	d viij cal. 22	Cathedra. Pet. apo. du. ana f. 373
ix	e vij cal. 23	Ex ep. i. Pe. Seniores. f. 341. Vi.
	f vj cal. 24	Mathias apost. du. ma. fo. 374
xvij	g v cal. 25	Ex ep. Pau. ad Phil. Pau. fo. 342
vj	a iiij cal. 26	Ex ep. Pau. ad Phil. Mihi. f. 342
	b iij cal. 27	Iulianus & Eunus mart. fo. 374
xiiii	c prid cal. 28	Ex ep. Pau. ad Phil. taqj. f. 343

Martius habet dies.**X X X I.**

Au. nu.	Dies.	
ij	d Calēdis. 1	Ex ep. P. ad Phi. D e cete. f. 343
	e vj no. 2	Ex ep. Pau ad hil. Itaq. f. 344
xj	f v no. 3	Emete. & Cel. & Aste. m. fo. 375
	g iij no. 4	Lucius papa martyr. fo. 375
xix	A iij no. 5	Ex epi. ad Col. J aulus. fo. 345
vij	b prid. no. 6	Ex epi. ad Col. E t vos. fo. 345
	c Nonis 7	Thomas Aquin. cōf. fo. 375
xvj	d viij id. 8	Ex epi. ad Col. V idete. fo. 346
v	e vj id. 9	Q uadrageinta milites mar. f. 376
	f vj id. 10	
xiiij	g v id. 11	
ij	a iij id. 12	Gregorius pa. cōf. du. mi. f. 376
	b iij id. 13	
ix	c prid. id. 14	
	d Idibus 15	
xvij	e xvij cal. 16	
vij	f xvij cal. 17	
	g xv cal. 18	
xv	A xiiij cal. 19	Ioseph confes. du. mi. fo. 376
iiiiij	b xiiij cal. 20	
	c xij cal. 21	Benedictus abbas du. mi. f. 377
xij	d xj cal. 22	
j	e x cal. 23	
	f ix cal. 24	
ix	g viij cal. 25	Annūtia. Marię V. du. ma f. 377
	a vij cal. 26	
xvij	b vj cal. 27	
vj	c v cal. 28	
	d iij cal. 29	
xiij	e iij cal. 30	Ex epi. ad Col. I gitur sit. f. 346
ij	f prid cal. 31	Ex epi. ad Col. D nī qd. fo. 347

Aprilis habet dies.

X X X.

Annus.	Dies.	
	g Calēdis. 1	Ex epi. r. ad The. Paulus. f. 152
xxj	A iij no. 2	Ex ep. r. ad Th. ideo & nos. f. 154
	b ij no. 3	Pancratius martyr.
xix	c prid. no. 4	Isidorus episcop. cōf. fo. 378
viiij	d Nonis 5	Vincen. confes. ordi. prādi.
xvj	e viij id. 6	Xystus papa martyr. fo. 378
v	f vij id. 7	Ex ep. r. ad Th. De cetero. f. 155
	g vj id. 8	Dionysius episcop. conf.
xiiij	A v id. 9	Ex ep. r. ad Th. De tpi b^o. f. 156
ij	b iij id. 10	Ex epi. 2. ad The. Paul^o. fo. 157
	c ij id. 11	Leo primus papa confes. fo. 378
xx	d prid. id. 12	Ex epi. 2. ad Th. Rogam^o. f. 158
	e Idibus 13	Iustinus philosophus mar. f. 379
xviiij	f xviiij cal. 14	Valer. Tybar. & c. mar. fo. 379
vij	g xvij cal. 15	Ex ep. 2. ad Th. De cete. fo. 159
	A xvj cal. 16	Ex epist. ad Ephe. Paulus. f. 144
xv	b xv cal. 17	Anicetus papa martyr.
iiiiij	c xiiii cal. 18	Apollonius senator mar. fo. 379
	d xiii cal. 19	Ex epi. ad Ephe. Et vos. fo. 146
xij	e xij cal. 20	Ex epi. ad Ephe. Hui^o rei. f. 147
j	f xi cal. 21	Ex epi. ad Eph. Obscero. f. 148
	g x cal. 22	Caius papa martyr. fo. 380
ix	A ix cal. 23	Georgius martyr.
	b viij cal. 24	Ex ep. ad Eph. Renouami. f. 149
xviiij	c vij cal. 25	Marcus euang. Inp. ma. fo. 380
vij	d vj cal. 26	Clet. & Marcel. pp. & m. fo. 380
	e v cal. 27	Anastasius papa confes.
xiiij	f iij cal. 28	Vitalis martyr.
iiij	g ij cal. 29	Petrus ordi. prādi. mar. fo. 380
	A prid. cal. 30	Ex epi. ad Ephe. Videte. fo. 150

Maius habet dies

X X X I.

Au. su.	Dies			
xj	b	Calendia	Philip. & Ia. apo. du. ma.	fo. 381
	c	vj no. 2	Athanasius epif. confes.	fo. 382
xix	d	v no. 3	Inuē. sancte crucis du. ma.	f. 382
viiij	e	iiij no. 4	Monica mater sancti Augustini.	
	f	iiij no. 5	Alex. pp̄ mar. Fuit. j. huius	fo. 384
xvj	g	prid. no. 6	Io. ante portā lat. du. mi.	f. eod.
v	A	Nonas 7	Ex epi. ad Eph. Filij obe.	fo. 150
	b	viiij id. 8	Appa. sancti Mich. du. mi.	f. 384
xiiij	c	vij id. 9	Greg. Nazianze. epif. cōf.	fo. 385
ij	d	vj id. 10	Gordianus & Epimachus mar.	
	e	v id. 11	Ex epi. Iacobi. Iacobus.	fo. 231
x	f	iiij id. 12	Nereus, Achille. & Pancra. mar.	
	g	iiij id. 13	Ex epist. Iacobi. E. stote.	fo. 232
xviiij	A	prid. id. 14	Victor & Cerona mar.	fo. 386
vij	b	Idibus. 15	Ex epist. Iaco. Q. uicūq;	fo. 234
	c	xvij cal. 16	Ex epist. Iacob. Nolite.	fo. 235
xv	d	xvj cal. 17	Ex epi. Iaco. Vnde bella.	fo. 237
iiiiij	e	xv cal. 18	Ex epi. Iaco. A. gite nunc.	fo. 238
	f	xiiiiij cal. 19	Potentiana virgo.	fo. 321
xij	g	xiiij cal. 20	Bernardinus confessor.	fo. 321
j	A	xij cal. 21	Iuo presby. conf. Fuit. 19 huius.	
	b	xj cal. 22	Ex epi. ad Phil. P. aulus.	fo. 221
ix	c	x cal. 23	Ex epi. ad Phi. M. ihi em.	fo. 222
	d	ix cal. 24	Ex epi. ad Philip. I. taque.	fo. 223
xvj	e	viiij cal. 25	Urbanus papa martyr.	fo. 321
vj	f	vij cal. 26	Eleutherius papa martyr.	
	g	vj cal. 27	Ioannes papa martyr.	
xiiiiij	A	v cal. 28	Germanus epif. confes.	
iiiiij	b	iiiiij cal. 29	Ex epi. ad Phi. & c. cetero.	f. 224
	c	iiij cal. 30	Felix papa martyr.	fo. 322
xj	d	prid. cal. 31	Petronilla virgo.	

Iunius habet dies

X X X!

Au. us.

Dies

	e	Calendis		
xix	f	iiii	no. 2	Pāphilus presbyter mar. fo. 322
viii	g	iiii	no. 3	Marcellinus & Pe. mart. fo. eod.
xvii	A	prid.	no. 4	Ex epist. ad Phil. Itaque. fo. 225
v	b	Nonis.	5	Ex epi. 1. Ioan. Quod fuit. f. 307
	c	viii	id. 6	Ex epi. 1. Io. Filioli mei. fo. eod.
xiii	d	vii	id. 7	Ex epi. 1. Io. Filioli noui. fo. 308
ii	e	vi	id. 8	Ex epist. 1. Ioan. Videte. fo. eod.
	f	v	id. 9	Ex epi. 1. Io. Charissimi. fo. 309
x	g	iiii	id. 10	Primus & Felicianus martyres.
	A	iiii	id. 11	Ex epist. 1. Io. Omnis qui. fo. 310
xviii	b	prid.	id. 12	Barnabas apost. dup. ma. fo. 322
vii	c	Idibus.	13	Basilides, Cyrinus & c. martyr.
	d	xviii	cal. 14	Antonius cofes. ordi. mi. fo. 322
xv	e	xvii	cal. 15	Ex epist. 2. Io. Senior elec. f. 310
iiii	f	xvi	cal. 16	Vitus, Modestus & Crescen. mart.
	g	xv	cal. 17	Ex ep. 3. Io. Senior Caio. fo. 311
xii	A	xiiii	cal. 18	Ex epi. 1. ad Col. Paulus. fo. 214
i	b	xiii	cal. 19	Marcus & Marcel. mart. fo. 322
	c	xii	cal. 20	Geruasius & Protas. mart. fo. 324
ix	d	xi	cal. 21	Siluerius papa martyr.
	e	x	cal. 22	Ex epi. ad Col. Et vos cum. fo. 255
xvi	f	ix	cal. 23	Paulinus episco. confes.
v	g	viii	cal. 24	Ex ep. ad Col. Videte. f. 256. Vig.
	A	vii	cal. 25	Nati. sancti Io. ba. du. ma. fo. 324
xiiii	b	vi	cal. 26	De octaua sancti Ioan. fo. 325
iii	c	v	cal. 27	Io & Pau. mar. dup. min. fo. eod.
	d	iiii	cal. 28	De octaua sancti Ioan. fo. 326
xii	e	iii	cal. 29	De octa. sancti Ioan. fo. 326. Vig.
i	f	prid.	cal. 30	Petri & Pau. apo. du. ma. fo. eod.
				Comme. Pauli apo. du. mi. fo. 327

Iulius habet dies

XXXI.

Au. nu.	Dies	
xix	g	Calendis 1 Octa. na. S. Is. bap. du. mi. fo. 328
vij	Avj	no. 2 Viti. Mariz vir. du. ma. fo. 329
	b v	no. 3 De octava visitatio. fo. 330
xvj	c iij	no. 4 De octava visitatio. fo. eod.
v	d iij	no. 5 De octava visitatio. fo. eod.
	e prid.	no. 6 Oct. apo. Pe & Pau. du. mi. f. 331
xiiij	f Nonis.	7 De octava visitatio. fo. eod.
ij	g viij	id. 8 De octava visitatio. fo. eod.
	Avij	id. 9 Octava visita dup. mi. fo. 332
x	b vj	id. 10 Septem fratres martyres. fo. eod.
	c v	id. 11 Pius papa confessor. fo. eod.
xviiij	d iij	id. 12 Nabor & Felix martyres.
vij	e iij	id. 13 Analetus papa martyr. fo. 333
	f prid.	id. 14 Processus & Mar. foe. 2. hu. f. co.
xv	g Idibus.	15 Bon. car. ep. co. fu. 43 hu. fo. co.
iiiiij	A xvj	cal. 16 Eustachius episco. confes.
	b xvj	cal. 17 Alexius confessor.
xij	c xv	cal. 18 Symph. cu septē filiis mar. fo. 333
j	d xiiij	cal. 19 Iusta & Rufina virg. marty.
	e xiiij	cal. 20 Margarita virg. mar.
ix	f xij	cal. 21 Praxedis virginis. fo. 334
	g xj	cal. 22 Maria Magdalena du. mi. fo. eod.
xviij	A x	cal. 23 Apollinaris epif. mar.
vj	b ix	cal. 24 Christiana virgo mart. Vigilia.
	c viij	cal. 25 Iacobus apo. it. dup. ma. fo. 335
xviiij	d vij	cal. 26 Anna m. Mariz vir. du. mi. f. co.
iiij	e vj	cal. 27 Pantaleo martyr.
	f v	cal. 28 Nazarius & socij martyres.
xj	g iij	cal. 29 Martha virgo fo. 335
xix	A iij	cal. 30 Abdon & Sennem martyres.
	B prid.	cal. 31 Nem. & Luc. m. foe. 2. nu. fo. 336

Augustus habet dies XXXI.

Au. nu.	Dies		
vij	c	Calendis	Vincula sancti Pe. du. mi fo. 336
xvj	d	iiij no. 2	Stephanus papa mart. fo. 317
v	e	iiij no. 3	Inuen. s. Steph. prote mar. f. cod.
	f	prid. no. 4	Iustinus presbyter mar.
xiiij	g	Nonis. 5	Sanctę Marię ad ni. du. mi. f. eo.
ij	A	vij id. 6	Transfigu. dñi dup. ma. fo. 338
	b	vij id. 7	Dñic. co. d. mi. Fuit. s. hu fo. 339
x	c	vj id. 8	Cyriacus, Largus & c. marty.
	d	v id. 9	Xyst. ij. pa. m. fu. 6. hu. f. 339. Vi.
xviiij	e	iiij id. 10	Laurentius mar. dup. ma. fo. 340
vij	f	iiij id. 11	De octaua sancti Lauren. fo. 341
	g	prid. id. 12	C. ara virgo dup. mi. fo. cod.
xv	A	Idibus. 13	De octa. sancti Lauren. fo. cod.
iiiiij	b	xix cal. 14	De octa. s. Lauren. fo. 342 Vig.
	c	xviiij cal. 15	Assum. Marię vir. du. ma. fo. co.
xij	d	xvij cal. 16	De octaua assump. fo. 343
j	e	xvj cal. 17	Octa. sancti Lau. dup. ma fo. co.
	f	xv cal. 18	De octaua assump. fo. cod.
xj	g	xiiiiij cal. 19	De octaua assump. fo. 344
	A	xiiij cal. 20	De octaua assump. fo. cod.
xvij	b	xij cal. 21	De octaua assump. fo. cod.
vj	c	xj cal. 22	Octaua assump. du. mi. fo. 345
	d	x cal. 23	Berñ. ab. fu. 30. hu. fo. cod. Vig.
xiiiiij	e	ix cal. 24	Bartholo. apost. dup. ma. fo. cod.
iiiiij	f	viiij cal. 25	Ludouicus rex Francorum.
	g	vij cal. 26	Zepherinus papa mar. fo. 346
xj	A	vj cal. 27	Rufus martyr.
xix	b	v cal. 28	Augu. epi soses. dup. mi. fo. 346
	c	iiiiij cal. 29	Decol. loar. bap. du. ma fo. 347
viiij	d	iiiiij cal. 30	Felix & Adauctus martyr.
	e	prid. cal. 31	Ex epost. ad Col. Igitur. fo. 357

September habet dies

XXX.

An. nu.	Dies		
xvj	f	Calendis	Aegidius abbas.
v	g	iiij no. 2	Ex epi. ad Col. Dñi quod. f. 258
	a	iiij no. 3	Seraphia virgo martyr. fo. 347
xiiij	b	prid. no. 4	Ex epi. r. ad Tim. Paulus. f. 301
ij	c	Nonis. 5	Ex epist. r. ad Tim. Obse. fo. 302
	d	viiij id. 6	Ex epi. r. ad Tim. Fidelis. fo. 303
x	e	vij id. 7	Ex epi. r. ad Tim. Spiritus. f. 304
	f	v id. 8	Nati. Mariæ virg. du. ma. fo. 348
xviiij	g	v id. 9	De octaua nativita. fo. eod.
vij	a	iiij id. 10	De octaua fo. 349
	b	iiij id. 11	De octaua fo. eod.
xv	c	prid. id. 12	De octaua fo. eod.
iiiiij	d	Idibus. 13	De octaua fo. 150
	e	xviij cal. 14	Exalta. f. crucis dup. ma. fo. eo.
xij	f	xviij cal. 15	Octa. nati. virgi. dup. ma. fo. 351
j	g	xvj cal. 16	Pe. dor. & G. m. Fuc. y. hu. f. eod.
	a	xv cal. 17	Cor. & Cy. m. Fuc. 14. hu. fo. 352
ix	b	xiiij cal. 18	Methodius episco. mart.
	c	xiiij cal. 19	Ianuaris & socij martyr.
xviij	d	xij cal. 20	Eustachius & socij mar. Vigi.
vij	e	xj cal. 21	Matth. apo. & eua. du. ma. fo. 352
	f	x cal. 22	Mauricius & socij mar. fo. 353
xiiiiij	g	ix cal. 23	Linus papa martyr. fo. eod.
ij	a	viiij cal. 24	Tecla virgo martyr.
	b	vij cal. 25	Ex epi. r. ad Ti. Seniorem. f. 304
vij	c	v cal. 26	Ex epi. r. ad Ti. Quicunq; fo. 305
xix	d	v crl. 27	Cosmas & Damia mar. fo. 353
	f	iiiiij cal. 28	Ex epi. r. ad Phile. Paulus. f. 307
	f	iiij cal. 29	Dedi. Mich. arch. du. ma. fo. 354
viiij	g	prid. cal. 30	Micro. presby. cof. du. ma. fo. 355

October habet dies

XXXI.

Au. nu.	Dies	
xvj	A Calendis	1 Remigius epis. confes.
v	b vj	no. 2 Ex epi. 2. ad Tim. P aulus. fo. 259
xiiij	c v	no. 3 Ex ep. 2. ad Tim. P u ergo. fo. 261
ij	d iiij	no. 4 Franciscus confes. du. m. fo. 356
	e iiij	no. 5 Ex epi. 2. ad Tim. H oc aut. f. 262
x	f prid.	no. 6 Ex epi. 2. ad Ti. T estificor. f. 263
	g Nonis.	7 Marcus papa confes. fo. 356
xviij	A viij	id. 8 Ex epi. 2. ad Titu. P aulus. f. 264
vij	b viij	id. 9 Diony. Rusticus & c. mar. fo. 356
	c vi	id. 10 Ex epi. ad Ti. T u autem. fo. 265
xv	d v	id. 11 Ex epi. ad Titu. A dmone. fo. 266
iiiiij	e iiiij	id. 12 Ex epi. 1. ad Cor. P aulus. fo. 311
	f iiij	id. 13 Ex epi. 1. ad Cor. V idete. fo. 312
xij	g prid.	id. 14 Callistus papa mar. fo. 357
j	A Idibus.	15 Ex epi. 1. ad Cor. E t ego. fo. 312
	b xvij	cal. 16 Ex epi. 1. ad Cor. S ienos. fo. 313
ix	c xvj	cal. 17 Ex epi. 1. ad Cor. R ogo. fo. 314
	d xv	cal. 18 Lucas euangelista du. m. fo. 357
xvij	e xiiiiij	cal. 19 Ptolomzus & Lucius m. fo. 358
vij	f xiiij	cal. 20 Ex epi. 1. ad Cor. A udet. fo. 314
	g xij	cal. 21 Ursula & socia vir. & mart.
xiiij	A xj	cal. 22 Hilarion abb. Fun. heri. fo. 358
iiij	b x	cal. 23 Ex epi. 1. ad Cor. D e quib°. f. 315
	c ix	cal. 24 Ex epi. 1. ad Cor. D e vir. fo. 30.
xj	d viij	cal. 25 Chrysanthus & Daria mart.
xix	e vij	cal. 26 Euaristus papa mart. fo. 358
	f vj	cal. 27 Ex epi. 1. ad Cor. D e iis. fo. 316
viiij	g v	cal. 28 Simon & iudas ap. du. m. fo. 359
	A iiiij	cal. 29 Marcellus martyr. fo. 300.
xvj	b iiij	cal. 30 Ex ep. 1. ad Cor. N osum. fo. 316
v	c prid.	cal. 31 Ex ep. 1. ad Co. A t fa. f. 317. Vig.

Nouember habet dies!

X X X.

Au.nu.	Dies		
	d	Calendis	1 Festū omniū san. dup. ma. fo. 359
xlij	e	ilij no.	2 De oct. fo. 360 <i>Itē eod. defun.</i>
ij	f	ij no.	3 De octaua fo. 361
	g	prid. no.	4 De octaua fo. eod.
x	A	Nomis	5 De octaua fo. eod.
	b	vij id.	6 De octaua fo. eod.
xvlij	c	vij id.	7 De octaua fo. 362
vij	d	vj id.	8 Oct. omniū san. du. ma. fo. eod.
	e	v id.	9 Dedi. Basilicæ salua. du. mi. f. eo.
xv	f	iiii id.	10 Triphon & socii mar. fo. 363
iiii	g	iii id.	11 Martinus epi. cōf. du. ml. fo. eod.
	A	prid. id.	12 Martinus papa mart. fo. 364
xi	i	b	Idibus. 13 Britius epif. conf.
i	c	xviii cal.	14 Vit. & Agr. mart. fo. eod.
	d	xvii cal.	15 Ex epi. i. ad Cor. P ropter. fo. 317
ix	e	xvi cal.	16 Ex epi. i. ad Co. I mitatores. f. 318
	f	xv cal.	17 Ex ep. i. ad Cor. E go em. fo. eo.
xvii	g	xiiii cal.	18 Ued. Bali. Pe. & Pau. du. mi. f. 365
vi	A	xiii cal.	19 Pontianus papa martyr. fo. eod.
	b	xii cal.	20 Elisabeth vidua. Fuit heri. fo. eo.
xiiii	c	xi cal.	21 Præsen. Marix vir. du. ga. fo. eo.
iii	d	x cal.	22 Cecilia virgo mart. fo. eod.
	e	ix cal.	23 Clemens papa martyr fo. 366
xi	f	viii cal.	24 Chryfogonus mart. fo. eod.
xix	g	vii cal.	25 Catharina vir. m. du. mi. fo. eod.
	A	vi cal.	26 Petrus episc. mart. fo. 367
viii	b	v cal.	27 Ex epi. i. ad Cor. S icute m. f. 319
	c	iiii cal.	28 Ex ep. i. ad Cor. S ilinguis. f. 320
xvi	d	iii cal.	29 Saturni. & Sisin. mar. f. 367. Vig.
v	e	prid. cal.	30 Andreas apōst. dup. ma. fo. 368

December habet dies

XXXI.

Au. nu.	Dies	
xliij	f	Calendii 1 Ex epi. i. ad Cor. Nūc aut. f. 320
ij	g	iiij no. 2 Bibiana virgo mart. fo. 347
	A	iiij no. 3
x	b	prid. no. 4 Barbara virgo martyr.
	c	Nonis 5
xviiij	d	viij id. 6 Nico episc. confel. du. mi. fo. 348
vij	e	vij id. 7 Ambr. episc. confel. du. mi. fo. eod.
	f	vj id. 8 Concep. Mariz vir. du. ma. f. 349
xv	g	u id. 9
iiiiij	A	iiiiij id. 10 Melchiodes papa mart. fo. 349
	b	iiij id. 11 Damasus papa confel. fo. eod.
xij	c	prid. id. 12
j	d	Idibus 13 Lucia virgo mart. du. mi. fo. 350
	e	xix cal. 14
ix	f	xviiij cal. 15
	g	xvij cal. 16
xvj	A	xvj cal. 17
vj	b	xv cal. 18
	c	xiiiiij cal. 19
ix	d	xij cal. 20
iiij	e	xij cal. 21 Vigilia.
	f	xj cal. 22 Thomas ap. & dup. ma. fo. 350
xj	g	x cal. 23
xix	A	ix cal. 24 Vigilia.
	b	viiij cal. 25 Nathaniel dñi dup. ma. fo. 351
viiij	c	vij cal. 26 Stephanus proto. du. ma. fo. 353
	d	vj cal. 27 Ioan. apo. & euā. du. ma. fo. 354
xvj	e	v cal. 28 Innocentes mar. dup. mi. fo. 355
v	f	iiiiij cal. 29 Thomas archiepisc. mar. fo. eod.
	g	iiij cal. 30 De octaua natiuitatis. fo. 356
xliij	A	prid. cal. 31 Siluester papa confel. fo. eod.

January
but January

Infrascripta tabula indicat incrementa, & diminutiones dierum, ac noctium in decimum quonque diem cuiusque mensis per horas duntaxat integras, & quartas horæ partes extra rationem subtiliorem. Diem autem quantum attinet ad propositum appellamus ab ortu solis ad eius occasum: reliquum vero totum spatium appellamus noctem.

Mense	Die	Dies Horas	habet quartas	Nox horas	habet quartas
Ianuarii	1	9	1	14	3
	10	9	2	14	2
	20	9	3	14	1
Februarii	1	10		14	
	10	10	2	13	2
	20	11		13	
Martii	1	11	2	12	2
	10	12		12	
	20	12	2	11	2
Aprilis	1	13		11	
	10	13	2	10	2
	20	14		10	
Maii	1	14	1	9	3
	10	14	2	9	2
	20	14	3	9	1
Iunii	1	15		9	
	10	15		9	
	20	15		9	

Mense	Die	Dies Horas	habes quartas	Nox horas	habes quartas
<i>Iulii</i>	{ 1	14	3	9	1
	{ 10	14	2	9	2
	{ 20	14	1	9	3
<i>Augusti</i>	{ 1	14		10	
	{ 10	13	2	10	2
	{ 20	13		11	
<i>Septēbris</i>	{ 1	12	2	11	2
	{ 10	12	2	12	
	{ 20	11		12	2
<i>Octobris</i>	{ 1	11		13	
	{ 10	10	2	13	2
	{ 20	10		14	
<i>Novēbris</i>	{ 1	9	3	14	2
	{ 10	9	2	14	2
	{ 20	9	1	14	3
<i>Decēbris</i>	{ 1	9		15	
	{ 10	9		15	
	{ 20	9		15	
<i>Martii.</i>	10	{	<i>Equinoctia.</i>		
<i>Septemb.</i>	13				
<i>Iunii.</i>	11	{	<i>Solstitia.</i>		
<i>Decemb.</i>	14				

**Canon sequentis tabulæ ad
festa mobilia perpetuo
inuenienda.**

¶ In tabula infra scripta sic festa mobilia singulis annis inuenies. Primo quære aureum numerum anni cuius festa perquiris, deinde sub eius linea quære etiam literam dominicalem eiusdem anni, quære primo occurrerit. & notanter dicitur sub linea, nam litera dominicalis quære è regione aurei numeri fuerit, eidem numero non inseruit, sed solum superioribus. Postea in eadem linea transversali, in qua literam dominicalem inuenisti, inuenies etiam quo mense, & quo die singula festa mobilia incidant, & quot dominicæ vagantes sint ante septuagesimam, quot etiam dominicæ sint inter Pentecosten & aduentum. Omnia hæc sub suis titulis. In anno autem bissextili quot dominicæ vagantes occurrant ante septuagesimam, item, quo die septuagesima ipsa incidat; & quo feria quarta cinerum, inuenies per priorem eius anni literam, quære inseruit vsque ad festum Mathiæ. Reliqua verò omnia per posteriorem exquiruntur. Sed has duas literas anni bissextilis sic accipere oportet, vt neutra earum sit è regione aurei numeri; nam tunc omisis illis, recurrendum est ad alias similes inferius primo loco occurrentes. Præterea si in anno bissextili dies cinerum in mense Martio incidisse supra dicta ratione deprehendatur, per vnum diem retrahenda erit. In proximis tamen triginta annis non erit necesse inspicere hanc tabulam, sed solum indicem, qui post eam positus est.

Numerus	Littera do- micalis	Dicitur Vig. ante septuag. septuag. sim.	Janus.	Febr.	Crus.	Pascha.	Pentecoste.	Trinitate & Aduentum.	Aduentus.
16	D	0	18	4	Crus.	Mar.	10	28	29 Nouemb.
15	E	0	19	5		22	11	28	30
14	F	0	20	6		23	12	28	1 Decemb.
13	G	0	21	7		24	13	28	2
12	A	1	22	8		25	14	28	3
11	B	1	23	9		26	15	28	27 Nouemb.
10	C	1	24	10		27	16	27	28
9	D	1	25	11		28	17	27	29
8	E	1	26	12		29	18	27	30
7	F	1	27	13		30	19	27	1 Decemb.
6	G	1	28	14		31	20	27	2
5	A	2	29	15		1 Apr.	21	27	3
4	B	2	30	16		2	22	26	2 Nouemb.
3	C	2	31	17		3	23	26	28

I	9	17	6	14	3	II	16	8																
D	E	F	G	A	B	C	D	E	F	G	A	B	C											
2	2	2	2	2	3	3	3	3	3	3	3	4	4	4	4	4	4	4	4	5	5	5		
I	2	3	4	5	6	7	8	9	10	II	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21				
18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	Mar	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10			
5	6	7	8	9	10	II	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25				
24	25	26	27	28	29	30	31	Iud.	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	II	12	13			
26	26	26	26	26	26	25	25	25	25	25	25	25	25	24	24	24	24	24	24	24	24	24	23	23
29	30	I	2	3	27	28	29	30	I	2	3	17	28	29	30	I	2	3	27	28				
Decemb.					Novemb.				Decemb.					Novemb.				Decemb.						Novemb.

**Index festorum mobilium pro tri-
ginta annis.**

Num. ano.	Aure. num.	Lfa latica	Do. va. an. lxx	Septua. gesima	Cinis.	Pascha.
1544	6	fe	3	10 Feb.	27	13 Apr.
1545	7	d	2	1	18	5
1546	8	c	5	21	10 Mar.	25
1547	9	b	3	6	23 Feb.	10
1548	10	a g	2	29 Ian.	15	1
1549	11	f	4	17 Feb.	6 Mar.	21
1550	12	e	2	2	19 Feb.	6
1551	13	d	1	25 Ian.	1	29 Mar.
1552	14	c b	4	14 Feb.	2 Mar.	17 Apr.
1553	15	a	2	29 Ian.	15 Feb.	2
1554	16	g	0	21	7	25 Mart.
1555	17	f	3	10 Feb.	27	14 Apr.
1556	18	ed	2	2	19	5
1557	19	c	4	14	3 Mart.	18
1558	1	b	3	6	23 Feb.	10
1559	2	a	1	21 Ian.	8	26 Mar.
1560	3	g f	3	11 Feb.	28	14 Apr.
1561	4	e	2	2	19	6
1562	5	d	1	25 Ian.	11	29 Mar.
1563	6	c	3	7 Feb.	24	11 Apr.
1564	7	b a	2	30 Ian.	16	2
1565	8	g g	4	18 Feb.	7 Mar.	22
1566	9	f	3	10	27 Feb.	24
1567	10	e	1	26 Ian.	12	10 Mar.
1568	11	d c	4	15 Feb.	3 Mart.	18 Apr.
1569	12	b	3	6	23 Feb.	10
1570	13	a	1	22 Ian.	8	26 Mar.
1571	14	g g	3	11 Feb.	28	15 Apr.
1572	15	f e	2	3 Feb.	20	6
1573	16	d	0	18 Ian.	4	22 Mart.

Index festorum mobilium pro tri-
ginta annis.

Num. anno.	Roga- tiones.	Ascen- sio.	Pence- costes	Corp ^s Christi	Trispe & aduē- tus.	Aduen- tus.
15 4 4	19 Maij	22	1 Junij	12 Junij	25	30 No.
15 4 5	11	14	24 maij	4	26	29
15 4 6	31	3 Junij	13 Junij	24	23	28
15 4 7	16	19 Maij	29 maij	9	25	27
15 4 8	7	10	20	31 Maij	27	2 Decē.
15 4 9	27	30	9 Junij	20 Jun.	24	
15 5 0	12	15	25 maij	5	26	30 No.
15 5 1	4	7	17	28 maij	27	29
15 5 2	23	26	5 Junij	16 Jun.	24	27
15 5 3	8	11	21 Maij	1	27	3 Decē.
15 5 4	30 Apr.	3	13	24 maij	28	2
15 5 5	20 Maij	23	2 Junij	13 Junij	25	1
15 5 6	11	14	24 maij	4	26	29 No.
15 5 7	24	27	6 Junij	17	24	28
15 5 8	16	19	29 maij	9	25	27
15 5 9	1	4	14	25 maij	28	3 Decē.
15 6 0	20	23	2 Junij	13 Junij	25	1
15 6 1	12	15	25 maij	5	26	30 No.
15 6 2	4	7	17	28 maij	27	39
15 6 3	7	20	30	10 Jun.	25	28
15 6 4	8	11	21	1	27	3 Decē.
15 6 5	28	32	10 Junij	21	24	2
15 6 6	20	23	2	13	25	1
15 6 7	2	8	18 maij	29 maij	27	30 No.
15 6 8	24	27	6 Junij	17 Jun.	24	28
15 6 9	16	19	26 maij	9	25	27
15 7 0	1	4	14	25 maij	28	3 Decē.
15 7 1	21	24	3	14 Jun.	25	2
15 7 2	11	15	15 Junij	5	26	30 No.
15 7 3	26 Apr.	30 Apr.	10	21 maij	28	29

INDEX CHARTARVM.

AAA.BBB.CCC.a.b.c.d.e.f.g.h.i.k.l.m.n.o.p.q.r.s.
t.u.x.y.z.A.B.C.D.E.F.G.H.I.K.L.M.N.O.P.Q.
R.S.T.V.X.Y.Z.AA.BB.CC.DD.*.

Tetraſtichon ad lectorem.

Qui latij ſectare melos ſermonis, & vſu
Orans Romano numina ſacra colis:
En tibi, commodius quod iuſta precamina fundas
In duo diſſectum tempora cernis opus.

**INDEX LIBRO-
RVM VETERIS TESTA-
menti, qui in primis lectionibus
legendi sunt, quorum Gene-
sis integer legitur, ex aliis
verò capita quædam.**

Liber Genesis cap. 1.	173	Luce euangeliū. cap. 1.	75
Prouerbio. cap. 1.	114	Ioannis euange. cap. 1.	174
Iudith. cap. 1.	167	Acta apostol. cap. 1.	328
Hester. cap. 1.	168	¶ Epistolę Pauli.	
Lamētat. Ierem. cap. 1.	259	Ad Romanos. cap. 1.	278
Ecclesiasticus. cap. 1.	137	Ad Corinthios. cap. 1.	301
Iob. cap. 1.	170	Ad Galathas cap. 1.	137
Ecclesiastes. cap. 1.	127	Ad Ephesios cap. 1.	144
Sapientię. cap. 1.	128	Ad Philippen. cap. 1.	342
Ezechiele. cap. 34.	105	Ad Colossenses cap. 1.	345
Ex Elia magna pars va- riis in locis.		Ad Thessalonicenses cap. 1.	152
Ex Iere nia variis in locis.		Ad Timotheum cap. 1.	160
Ex Daniele variis in locis.		Ad Philemonē cap. 1.	166
Ex omnib ⁹ fere duodecim prophetis ponūtur capi- ta quædā in variis locis.		Epistola Petri. 1. cap. 1.	328
		Episto. Petri. 2. cap. 1.	167
INDEX LIBRO- rum noui testamēti qui o- mnes in secundis lectio- nibus leguntur inte- gri præter Apoc.		Epistola Iacobi cap. 1.	231
		Epist. Ioannis. 1. cap. 1.	220
		Epist. Ioan. 2. cap. 1.	228
		Epist. Ioan. 3. cap. 1.	229
		Apocalypsis cap. 1.	171
		CCC	

INDEX FESTO-

rum calendarij habentium
propriam lectionem.

Antonius abbas.	364	Emeterius & Cesed.	377
Agnes.	365	Fabianus & Sebast.	365
Agatha.	372	Felix papa	322
Adauctus.	372	Gregorius	376
Apollonia.	373	Geruasius, & Prota.	324
Annūtiatio virginis.	377	Grego. Nazianzenus	385
Apellonius.	379	Hilarius episcopus	370
Athanasius.	382	Ignatius	370
Alfonfus.	366	Ioan. Chrysoflo.	368
Alexander papa.	384	Ignatius.	370
Antonius confessor.	322	Ilhanus & Eunus	374
Ambrosius	348	Ioseph	376
Apparitio Michael.	384	Ifydorus	378
Basilius	363	Iustinus	379
Blasius	371	Inuentio sanctæ Cru.	382
Benedictus	377	Ioannis ante portam Lati-	
Barnabas	322	nam	384
Bibiana	347	Ioannis apostoli	354
Bernardinus	321	Innocentes	355
Conuersio Pauli	367	Lucianus	369
Circuncisio Christi	357	Lucius	375
Cathedra Petri.	373	Leoprinnus	378
Caius	380	Lucia.	350
Cletus, & Marcel.	380	Martina	363
Conceptio virginis	349	Marcellus papa	364
Cointha	372	Mathias	374
Damafus	349	Marcus euangelista	380
Epiphania	358	Marcel. & Petrus	322

T A B V L A.

Mareus & Marcel.	322	Quadragesima milites mar-	
Melchiasdes	349	tyres	376
Nicolaus	348	Stephanus ptomar.	353
Natiuitas domini	351	Syluefter papa	356
Paulus primus eremi.	369	Telesphorus.	365
Policarpus	368	Timotheus	367
Purificatio virginis	371	Thomas Aquinas	375
Phileas	371	Thomas apoffolus	350
Philippi & Iacobi	381	Thomas archiepisco.	355
Prisca	364	Vincentius & Anasta.	366
Petrus martyr ordinis	Præ	Valerianus Tybur.	379
dicatorum	380	Victor, & Corona.	386
Potentiana	321	Vrbanus papa	321
Pamphilus	322	Xyftus primus	378

CCC 2

REGVLAE

GENERALES AD

instructionem diuini officij.

REGVLÆ PRIMÆ.

Quomodo dicendæ sint horæ,
& in quo consistat diuersitas officij.

¶ Ante omnia sciendū est, quod omnes horæ dicuntur per totum annum quæ admodū explicatur in dominica prima aduentus. Item quod ad singulas horas singuli tantū dicendi sunt hymni ante psalmos, & ideo ad laudes non dicitur hymnus: quia matutinum & laudes pro vna hora reputantur. Sciendum præterea, quod psalmi singulis diebus totius anni sine vlla exceptione dicuntur ad omnes horas, quæ

admodum distributi sunt in psalterio. Similiter prima & secunda lectio semper dicuntur vt dispositæ sunt in dominicali, præterquam in die natiuitatis domini, & in die Epiphaniæ, quia tunc assignantur aliæ lectiones. Aduertendū insuper, quod hymni assignati in dominica prima aduentus ad Primam, Tertiam, Sextam, Nonam, & Completoriū. Item orationes.

*Domine deus omnipotens,
ad primam, & Vltima que*

sumus ad completorium,
ne non An̄a. **Salva nos,**
ad completorium nunquā
omittuntur in toto anno,
pr̄terquam in triduo an-
te pascha. Similiter Anti-
phona assignata in psalte-
rio ad primam, tertiam, se-
xtam, & nonam nunquam
mutantur. pr̄terquam à
feria quinta in cœna domi-
ni vsque ad Ascensionem,
ut suis locis videbitur. Ita-
que cum prædicta semper
dicantur eodem modo, si-
ue celebretur festum, siue
dominica vel feria intelli-
gendum est quod cum di-
cimus, Hodie fieri debet
officiū de tali festo, per-
inde est, ac si dicam⁹, quod
ad matutinū Inuitatoriū,
Hymnus, Antiphona, &
tertia lectio ad laudes An-
tiphona, & oratio (quæ di-
cenda est etiam ad reliquas
horas, pr̄ter primam &
completoriū, ad vesp̄as
hymnus, & antiphona di-
cuntur de ipso festo, & in
horum mutatione tantūm
consistit diuersitas officij.

**Vnde incipiendum sit
officiū singulis diebus.**

¶ Notandum, quod quando-
cunq; sit officium de domi-
nica: vel de feria, aut festo
simplici. Item de cōmuni
beatæ virginis in sabbatis,
semper incipitur officium
à matutino. **Qu**ando autem
celebratur festum duplex,
semper eius officij incipi-
tur à vesp̄is in die præce-
denti, nisi dicendæ sint de
alio duplici maiore, ex epl̄i
gratia. Si crastina die inci-
derit festum duplex, & nul-
lum aliud duplex hodie ce-
lebretur, vesp̄æ hodie di-
cendæ sunt de festo duplici
diei crastinæ, & similiter si
hodie celebratur festū du-
plex minus, & crastina die
occurrat aliud duplex,
quodcunq; sit, siue minus,
siue maius: vesp̄æ hodie
dicendæ sunt de festo du-
plici diei crastinæ, & finita
eius oratione, statim præ-
missa **Oremus**, dicenda est
oratio festi duplicis hodie-
ni, p̄ eius cōmemoratione.
Deinde **Benedicimus**. & c.
Sicut enim. & c. Et co-

SICVND A.

dem modo faciendum est, quando aliquod duplex maius sequitur. Immediatè post aliud duplex maius. Si autè hodie celebratur dupl. maius, & crastina die occurrat duplex minus: vespere hodie dicende sunt de duplici maiore hodierno: & finita eius oratione, statim p̄ commemoratione duplicis minoris diei crastine, dicuntur etus antiphona & oratio propria (si eas habuerit) alioquin de comuni. Et si prædicta intelligenda sunt exceptis quibusdam festis, & octauis duplicibus, in quibus aliter ordinatur, ut suis locis videbitur. Notandum autè q̄ nunquã debet fieri commemoratio de festo simplici, aut de feria in laudibus & vespere, præterquam de feria quadragesimæ, ut in feria quarta cinerũ explicatur. De dominica verò sit commemoratio per orationem tantum in laudibus & vespere ipsius dominicæ, quando in ea celebratur aliquod festum duplex, aut octaua ex iis, q̄ continentur in calendario, exceptis dominicis, quib⁹

non est assignata oratio. Et similiter quando infra aliquam octavam celebratur aliud festum duplex, fit commemoratio de octava per orationem tantum, nisi in aliqua earum aliud specialiter ordinatur.

TERTIA.

Quando festa duplicis sint transferenda, & quemodo.

¶ Notandũ, q̄ si in dominicis aduentus, aut in dominica in septuagesima & sequentibus dominicis vsq; ad dominicam palmarum inclusivè incidit aliquod festum duplex, officium fiet de dominica, & festum duplex transferendum est in feriam secundam, ita quod in dominica vespere dicatur de festo duplici, & post eius orationem dicatur etiã oratio dominicæ pro eius commemoratione. Advertendum tamen, quod si in feria secunda incidit aliud festum duplex, tunc festum duplex occurrens in dñica transferendum est in tertiã

feriam, aut in quartā, si etiā
in tertia incidit aliud du-
plex. Et eodē modo festū
duplex occurrens in feria
quarta cinerum transferen-
dum est in proximā quin-
tam feriā. Similiter quod-
cumq; festum duplex inci-
derit in calendario à feria
quinta in cœna Domini vs-
que ad octauā paschæ trās-
ferendum est in proximum
diem post octauam eodem
modo vt supra, & si conti-
gerit plura festa duplicia
incidere infra eandē octa-
uam, transferentur per or-
dinem, ita quod primū ce-
lebretur prius, secundū
posterius. Si autem festum
duplex alicuius sancti oc-
currens à die Pentecostes
vsque ad dominicam Tri-
nitatis inclusiuē, transferē-
dum est in proximum diē
post ipsam dominicā, sed
tunc ē diuerso vespere di-
cēdæ sunt de Trinitate, &
post eius orationē fiet cō-
memoratio per antiphonā
& orationem de festo du-
plici translato, quod cele-
brandum est in die sequen-
ti. Et similiter faciendum
est quando in die Ascen-

sionis, aut in die corporis
Christi incidit festū du-
plex alicuius sancti, quod
transferendum est in proxi-
mum sequentē diem. Ad-
uertendum autem, quod si
in calendario incidit fe-
stū simplex in die, quo ce-
lebrandum est festū duplex
translatum ex alio die, nō
fit officium de festo simpli-
ci, sed tantū commemoratio
per orationē in fine
primæ, vt in dominica pri-
ma aduentus explicatur.

QVARTA.

Quomodo debeat feri officium in octauis.

¶ Notandum, quod quan-
do in calendario vel in do-
minicali ordinatur officium
feri de aliqua octaua, tūc
Inuitatorium, hymni, anti-
phonæ, & oratio dicenda
sunt sicut in festo principa-
li, nisi aliquid prædictorū
aliter in aliqua octaua assi-
gnetur: tertia autem lectio
semper assignatur propria
cuiuslibet diei per totā octa-
uam. & est aduertendum,
quod antiphona assignata

In secundis vesperis festi principalis, dicenda est semper ad vespervas per totam octavam, nisi alia specialiter assignetur, Aduertendū insuper, quod antiphonæ ad matutinum laudes & vespervas, non duplicantur infra octavas, sed tantum in ipsa die octava, vt infra dicetur. Notandum etiam quod si concurrerēt simul octa. corporis Christi cum octa. sancti Ioannis (quod tamen rarissimè conuenget) officium fiet de octaua corporis Christi cū cōmemora. sancti Ioannis per orationem tantum. Sunt etiam quædā aliæ octauæ, de quibus nō fit officium, quia concurrunt cum aliis festis duplicibus, aut octauis: sed quid tunc fieri debeat, suis locis videbitur.

QVINTA.

Quot dominicæ sint in anno, & quomodo appellentur.

Notantum, q̄ annus à prima dominicā aduentus

ad aliam similiter primam aduentus exclusiue cōputando, habet communiter quinquaginta duas dominicas in hunc modū distributas, videlicet, Quatuor de aduentu, inter quas & septuagesimā necessario ad minus incidunt tres, quæ appellantur post aduentū. Sūt etiā aliæ tres, septuagesimæ, sexagesimæ & quinquagesimæ. Necnon quatuor quadragesimæ cū aliis duabus de passione & palmarum. Deinde pascha & aliæ quinque post pascha. Itē alia infra octauā Ascensionis. Proximo loco Pentecostes, inter quam & primam aduentus, nō possunt esse pauciores quam viginti tres dñicæ, quæ appellantur post Pentecosten. Sūt præterea quinq; aliæ, quas idcirco vagantes visum est appellare, quia propter varietatem septuagesimæ, nō semper habent eandem sedem, sed quibusdam annis incidunt omnes quinq; simul ante septuagesimam, quibusdam verò post Pentecosten: aliis autem annis (quod frequentius conti-

git) nō omnes quinque si-
mul, sed tātum pars earum
incidit ante septuagesimā,
& reliqua pars post Pente-
costen. Quia tamen rarif-
simē contingit, vt quinta
vagantium legenda sit ante
septuagesimā, ideo in bre-
uiario eam adiunximus vi-
ginti tribus post Pente-
sten, & appellatur vigesima
quarta. Alias autem qua-
tuor vagātes posuimus in-
ter tertiam post aduētum,
& septuagesimā, distribuē-
das singulis annis vt incide-
rint: quod quemadmodum
fieri debeat, inuenies regu-
lam ante dominicā primā
vagantium, item aliam regu-
lam cum indice ante do-
minicam tertiam post Pen-
tecosten, & ibi etiā sine
difficultate inuenies, quē-
admodū repetenda sit post
Pentecosten vna ex Vagā-
tibus, illa videlicet, quæ ul-
timo loco lecta fuit ante
septuagesimam, quando in
anno fuerint quinquagin-
ta tres dominicæ. Quod ta-
men non frequētius quam
sexto quoque anno cōtin-
gere potest.

SEXTA.

*Quando agendum
sit Officium de domi-
nica, & quando de fe-
sto aut octaua in ea os-
currenti.*

Notandum quod in do-
minicis in quibus non oc-
currit festum duplex aut
octaua, vel vigilia natiuita-
tis domini, aut vigilia epi-
phanie, semper fit officium
de dominica, & si festum
simplex in dominica inci-
derit, omittitur eius offi-
cium, & fit commemoratio
de eo per orationem tantū
in fine primæ antequam dā-
catur, Preciosa, præterquā
in dominicis Resurrectio-
nis, Pentecostes, & Trini-
tatis, quia tunc nulla debet
fieri commemoratio de fe-
sto simplici. Quando verō
festum duplex in domini-
ca occurrerit, tunc in præ-
dictis tribus dominicis, &
in dominicis aduētus, item
in dominica septuagesimæ
& sequentibus, vsque ad

octavam pasche, transferendum est, ut supra in tertia regula continetur. In aliis autem dominicis semper quando in calendario incidit festum duplex in dominica, fit officium de festo duplici cum commemoratione dominice in laudibus & vesperis per orationem tantum, nisi sit de dominicis, quibus non sit assignata oratio. Et similiter quando dominica incidit infra aliquam octavam, semper fit officium de octava cum commemoratione dominice, ut supra, nisi sit de vagantibus, quae interponuntur post Pentecosten, aut de incidentibus infra octavas Natiuitatis Christi, & festorum eius mobilium, quia tunc non debet fieri commemoratio dominice. Tertia autem lectio assignata dominice in dominicali semper omittitur quando in ea fit officium de aliquo festo duplici aut de octava ex iis quae continentur in calendario, praeterquam in dominica incidenti infra octavam Epiphaniae, ut in ea videbitur.

SEPTIMA.

Quando agendum sit officium de feriis.

Notandum, quod quando in aliqua feria nullum incidit festum aut octava, officium fiet de feria, & tunc inuitorium, hymni, antiphonae & oratio dicenda sunt, siue dicta fuerint in dominica, quae proxime praecesserit, nisi forte in dicta dominica celebratum fuerit aliquod festum duplex, aut octava. Tunc etiam supradicta dicenda sunt, quemadmodum dicta fuissent, si in dominica non incidisset festum duplex, aut octava. Quaedam tamen sunt feriae, in quibus non sicut in praecedenti dominica, sed aliud assignatur officium, ut suis locis videbitur. Tertia autem lectio legenda est ex epistolis, ut occurrerit assignata in calendario. Excipiuntur tamen ab hac regula feriae omnes quadragesimae, in quibus nisi incidit festum duplex, aut ce-

lebrandum sit transfatum
ex feria quarta cinerum,
vel ex aliqua dñica, sem-
per sit officium de feria, vt
latius explicatur in feria
quarta cinerum, & cuilibet
feriæ assignantur tunc ter-
tia lect. & oratio propriæ.
Similiter in aduentu cui-
bet ferie, quando nullum
incidit festum, assignatur
tertia lectio ex sermonib⁹
sanctorum Ambrosij, &
Augustini.

OCTAVA.

*Quando tertia le-
ctiones occurrentes in
calendario ex epistolis,
& officia festorū sim-
plicium sine omittēda.*

Notandum, quod tertiæ
lectiones assignatæ in ca-
lendario ex epistolis omit-
tendæ sunt per totū aduen-
tum, & per totam quadra-
gesimam. item in omnibus
dominiciis, & in omnibus
sabbatis toti⁹ anni, & quā-
docunque sit officium de

aliquo ex festis domini aut
eorum octauis, quæ conti-
nentur in dominicali, quia
in prædictis diebus aliæ
sunt tertiæ lectiones assi-
gnatæ, vt suis locis videbitur.
Item omittenda sunt
officia festorum simplicium
occurrentium in prædictis
omnibus diebus, præter-
quam in feriis aduentus. Si
quis tamen extraordinariè
voluerit etiā legere lectio-
nem, est simplicis, præfer-
tim cum fuerit propria, lau-
dabiliter faciet.

NONA.

*Quomodo dicendæ
sunt antiphonæ.*

Notandum, quod quatuor-
docunque celebratur festū
duplex, aut octaua du-
plex, item à dominica de
passione vsque ad pascha,
& etiam in officio defun-
ctorum, antiphonæ ad ma-
tutinum, laudes, & vespe-
ras dicuntur integræ in prin-
cipio ante psalmos, & dein-
de repetuntur etiam inte-
græ finitis psalmis. In alijs

autē horis, antiphonæ in-
cipiuntur tantum in princi-
pio ante psalmos, & postea
finitis psalmis dicuntur in-
tegræ. Et eodem modo in-
cipiuntur tantum in princi-
pio, & dicuntur integræ
in fine psalmorum in om-
nibus horis, quando sit of-
ficium de dominica, seu de
feria aut festo simplici, vel
de communi beatæ Virgi-
nis in sabbatis, & etiam in-
fra octavas, præterquā in
ipsa die octava, quæ sem-
per est duplex, excepta die
octava ascensionis, quia nõ
finitur in ea officium ascen-
sionis, vt ibi videbitur.

DECIMA.

De oratione.

Notandum, quod oratio
assignata ad primas vespere
in festis duplicibus, di-
cenda est ad omnes horas,
præter Primam & Cople-
torium, nisi in aliquo festo
alia specialiter assignetur.
Et similiter dicenda est ora-
tio assignata ad laudes in
dominicis & feriis, item in

festis simplicibus, & in co-
muni beatæ virginis. No-
tandum etiam quod ante
orationem siue dicatur prin-
cipaliter, siue p̄ cōmemora-
tionem, semp̄ præmittitur
Oremus, præterquā in ora-
tionibus, quæ dicuntur in
litania, & in officio defun-
ctorum, quia tunc ante pri-
mam tantū orationem dicitur
Oremus, & non in aliis.

VNDECIMA.

De anno bissextili.

Notandum, quod in an-
no bissextili Februarius ha-
bet dies viginouem, &
tunc festum sancti Mathie
non vigesimaquarta, sed
vigesimaquinta die celebrā-
dum est. ideo tunc tam die
vigesimaquarta quam die
vigesima sexta legitur ter-
tia lectio assignata in calē-
dario diei vigesimaquin-
tæ. Similiter die vigesima-
septima legitur tertia lectio
assignata diei vigesima sex-
tæ. Die autem vigesima oct-
tava fit officium de san-
ctis Iuliano & Euno, & die

vigesimanona legitur ter-
tia lectio assignata diei vi-
gesimo octauo. Supradic-
ta vero intelligenda sunt,
cum sit officiu de feria an-
te quadragesimam. Nam si
in aliquo ex predictis die-
bus inciderit dominica, vel
sabbatum, aut si fuerit qua-
dragesima, vel si festu san-
cti Mathie fuerit transfe-
redum, tunc seruandę sunt
altere regule super his tra-
ditę. Quod autem attinet
ad psalmos, necno ad pri-
mam & secundam lectio-
nem nihil refert, sit ne an-
nus bissextilis, an non.
nam semper dominica ha-
bet suos psalmos, feria se-
cunda suos. Tertia suos, &
sic de aliis. & similiter ha-
bent primam & secundam
lectionem.

QVANDO RECVRRENDVM SIT
ad commune, videbis regulam in principio
communis sanctorum.

Quomodo fieri debeat officium in sabbatis, vide regu-
lam in communi beatæ virginis cir-
ca finem Breuarij.

Quando dicendum sit officium defunctorum, & quã-
do etiam dicendi sint septem psalmi, videbis regu-
las in eorum principiis in fine Breuarij.

DE ADVENTV.

¶ Notandum, quòd aduentus domini semper celebra-
tur vbicūque dominica inciderit inter quintum calend.
Decēbris, & tertium no. eiusdem mēsis, & erit semper do-
minica proxima festo sancti Andree. Sæpe etiã dictū
festum occurrit in ipsa eadem dominica.

Quando quatuor tempora celebrantur.

¶ Notandū, quod quatuor tēpora semper celebrātur in fe-
riis quartis proximis post dies sanctæ Lucie, & cinerū
& Pentecostes, & exaltationis sanctæ Crucis. in officio
autē diuino nihil propterea additur aut minuitur, sed
solū hic ponitur, vt scias, quā celebrātur, propter ieiū-
niū & ea quæ in missæ celebratione in eis dicenda sunt.

Quid singulis diebus aduertendum sit, anie- quæ dicatur officium.

¶ Dicturus ergo officium diuinum singulis diebus a-
nimaduertere debet sit ne dominica, an feria, aut sabbat-
tum, & quæ dominica vel quæ feria: item quotus dies
mēsis sit. Deinde inspiciat quid eo die occurrat in ca-
ledario vel in dominicali, & sic ex superscriptis regulis
erit ei facillimum scire quod officium agere, quos item
psalmos, & quas lectiones legere debeat.

INDEX INVITATORIVM, ET
hymnorum, qui dicendi sunt per totum annum
quando fit officium de dnica vel feria.

In adventu. Inuitato.	Domine prestolamur &c. f. 74.
Hymnus ad matut.	Vox clara. fo. eod.
Hymnus ad vespe.	Corditor. fo. 79.
Ab octaua epiphaniæ usq; ad septuagesimam.	
Inuitato.	Dominum qui fecit nos. fo. 130.
Hymnus ad matut.	Nocte surgentes. fo. eod.
Hymnus ad vespe.	O lux beata. fo. 131.
A dnica in septuagesima usq; ad feriam quartam cinerum.	
Inuitato.	Præoccupemus faciem. fo. 171.
Hymnus ad matut.	Primo dierum. fo. eod.
Hymnus ad vespe.	Lucis creator. fol. 175.
A feria quarta cinerum usq; ad dominicam de passione.	
Inuitato.	Hodie si vocem. fol. 192.
Hymnus ad matut.	Ex more. fol. eod.
Hymnus ad vespe.	Audi benigne. fo. 194.
A dnica de passione usq; ad feriam quintam in cenâ dñi.	
Inuitato.	Christum Dei filium. fo. 239.
Hymnus ad matut.	Pange lingua. fo. eod.
Hymnus ad vespe.	Vexilla regis. fo. 241.
A pascha usque ad Ascensionem.	
Inuitato.	Surrexit dominus. fo. 267.
Hymnus ad matut.	Aurora lucis. fo. eod.
Hymnus ad vespe.	Ad cenam agni. fol. 269.

¶ Item in supradictis foliis inuenientur etiam antiphonæ dicendæ ad matutinum, laudes, & vespere in prædictis temporibus, quæ tamen nonnunquam mutandæ sunt, ut sui loci videbitur.

¶ Inuitatoria autem, & hymni, necnō antiphonæ festiuæ non indigēt indice, quia propria reperietur in festiuitatibus propriis; cōmuniis verō in cōmuniis sexctorū.

PRAESENS INDEX, CVM
tabula, regulisque propositis
conueniunt parti
hyemali.

PSALTERIUM

dispositum in dies, & horas, ordine,
quo totum singulis hebdo-
madis dicitur per to-
tum Annum.

¶ Dominica ad Matutinum. Psalmus primus.



Beat⁹ vir
qui non
abit in
consilio
impio-
rum, &

Non sic impij, nō sic: sed
tanquā puluis, quē proi-
cit ventus à facie terræ.

Ideo non resurgunt impij
in iudicio: neque peccato-
res in consilio iustorum.

Quoniam nouit dñs viam
iustorum: & iter impiorū
peribit. Deinde dicitur.

Gloria patri, & filio, & spi-
ritui sancto.

Sicut erat in principio, &
nūc, & semper, & in secula
seculorum. Amen.

¶ Predicto modo dicitur

Gloria patri. &c. in fine o-
mnium psalmorum, & cantico-
rum per totū annū prater-
q̄ in triduo ante Pascha &
in officio defunctorū, & in

Et via pec-
catorum nō stetit: & in ca-
thedra pestilentiæ nō sedit.
Sed in lege domini volun-
tas eius: & in lege eius me-
ditabitur die ac nocte.

Et erit tanquam lignum
quod plantatum est secus
decursus aquarum: quod
fructum suum dabit in tē-
pore suo.

Et foliū eius non defluet:
& omnia quæcunque fa-
ciat, prosperabuntur.

B.

N.

Dominica ad Matutinum.

- Cantico trium puercorum.** **E**t sperent in te, qui nouerunt nomen tuum: quonia non dereliquisti quarentes te domine.
- Psalmus 9.**
- C**onfitebor tibi domine in toto corde meo: narrabo omnia mirabilia tua.
- I**xtabor, & exultabo in te: psallam noi tuo altissime.
- I**n conuertendo inimicum meum retrorsum: infirmabuntur, & peribunt a facie tua.
- Q**uonia fecisti iudicium meum, & causam mea: sedisti super thronum, qui iudicas iustitiam.
- I**ncrepassi gentes, & perisit impius nomen eorum delecti in aeternum, & in seculum seculi.
- I**nimici defecerunt frax in finem: & ciuitates eorum destruxisti.
- T**erit memoria eorum cum sonitu: & dominus in aeternum permanet.
- F**rauit in iudicio thronum suum: & ipse iudicabit orbem terra in aequitate, iudicabit populos in iustitia.
- E**t factus est dominus refugium pauperi: adiutor in opportunitatibus, in tribulatione.
- F**allite domino qui habitat in Sion. annuntiate inter gentes studia eius.
- Q**uonia requirens sanguinem eorum recordatus est: non est oblitus clamorera pauperum.
- M**iserere mei domine: uide humilitatem meam de inimicis meis.
- Q**ui exaltas me de portis mortis: ut annuntiem omnes laudationes tuas in portis filiae Sion.
- E**xultabo in salutari tuo: infixae sunt gentes in interitu, quem fecerunt.
- I**n laqueo isto, quem absconderunt: comprehensus est pes eorum.
- C**ognoscetur dominus iudicia faciens in operibus manuum suarum comprehensus est peccator.
- C**onuertantur peccatores in infernum, omnes gentes quae obliuiscuntur deum.
- Q**uonia non in finem obliuio erit pauperis: patientia pauperum non peribit in finem.

Dominica ad Matutinum.

3

Exurge domine, nō confortetur homo: iudicētur gentes in conspectu tuo.

Constitue domine legislatores super eos, vt scient gētes, quoniā hoīes sunt.

Vt quid domine recessisti longe: despicias in opportunitatib⁹ in tribulatione?

Dum superbit impius, incenditur pauper: comprehenditur in consiliis quibus cogitant.

Quoniam laudatur peccator in desiderijs aīæ suæ: & iniquus benedicitur.

Exacerbauit dominū peccator: secundum multitudinē iræ suæ, non quæret.

Non est deus in cōspectu eius: inquinati sunt vīx illius in omni tempore.

Auferuntur iudicia tua à facie eius: omnium inimicorū suorū dominabitur.

Dixit enim in corde suo, non mouebo à generatione in generationem, si ne malo.

Cuius maledictiōe os plenum est, & amaritudine, & dolo, sub lingua eius labor & dolor.

Sedet in insidijs cum dimittibus in occultis, vt in-

terficiat innocentem.

Oculi eius in pauperē respiciunt: insidiatur in abscondito quasi leo in spelunca sua.

Insidiatur, vt rapiat pauperem: rapere pauperem dum attrahit eum.

In laqueo suo humiliabit eum: inclinabit se, & cadet, cūm dominat⁹ fuerit pauperum.

Dixit enim in corde suo, oblitus est deus: auertit faciem suam, ne videat in finem.

Exurge domine deus, & exaltetur man⁹ tua: ne obliuiscaris pauperum.

Propter quid irritauit impius deum? dixit enim in corde suo, non requiret.

Vides quoniam tu laborem & dolorem consideras: vt tradas eos in manus tuas.

Tibi derelict⁹ est pauper: orphano tu eris adiutor.

Contere brachium peccatoris, & maligni: quæretur peccatum illius, & non inuenietur.

Domin⁹ regnabit in æternū, & in seculū seculi: peribitis gētes de terra illius.

Dominica ad Matutinum.

Desyderium pauperū exaudiuit dominus: præparationem cordis eorū audiuit auris tua.

Judicare pupilo, & humili: vt nō apponat ultra magnificare se homo super terram. **Psalmus. 17**

Diligā te domine fortitudo mea: domin⁹ firmamētum meū, & refugium meum, & liberator meus.

Deus meus adiutor me⁹: & sperabo in eum.

Protector meus, & cornu salutis meæ, & susceptor meus.

Laudās inuocabo dominum: & ab inimicis meis saluus ero.

Circumderunt me dolores mortis: & torrentes iniquitates cōturbauerunt me.

Dolores inferni circumderunt me: præoccupauerunt me laquei mortis.

In tribulatione mea inuocaui dominum, & ad Deū meum clamaui.

Et exaudiuit de tēplo sancto suo vocem meā, & clamor meus in cōspectu ei⁹ introiuit in aures eius.

Cū mota est, & cōtremuit

terra: fundamenta montiū conturbata sunt, & cōmota sunt, quā iratus est eis.

Ascēdit famus in ira eius: & ignis à facie eius exarsit: carbonēs succensi sunt ab eo.

Inclinauit cælos, & descendit: & caligo sub pedibus eius.

Et ascendit super Cherubin, & volauit: volauit super pennas ventorum.

Et posuit tenebras latibulum suum, in circuitu eius tabernaculū eius: tenebrosa aqua in nubibus aeris.

Præ fulgore in conspectu eius nubes trāsierunt: grando, & carbonēs ignis.

Et intonuit de cælo Dominus, & altissimus dedit vocem suā, grando, & carbonēs ignis.

Et misit sagittas suas, & dissipauit eos, fulgura multiplicauit, & cōturbauit eos.

Et apparuerunt fontes aquarum, & reuelata sunt fundamēta orbis terrarū.

Ab increpatione tua domine: ab inspiratione spiritus iræ tuæ.

Misit de summo, & accepit me: & assumpsit me: de

quis multis.

Eripuit me de inimicis meis, fortissimis; & ab his qui oderunt me: quoniam confortati sunt super me.

Praeueniunt me in die afflictionis meae: & factus est dominus protector meus.

Et eduxit me in latitudinem: saluum me fecit, quoniam voluit me.

Et retribuet mihi Dñs secundum iustitiam meam: & secundum puritatem manuum mearum, retribuet mihi.

Quia custodiui vias Dñi, nec impie gessi à deo meo.

Quoniam omnia iudicia eius in conspectu meo, & iustitias eius non repuli à me.

Et ero immaculatus cum eo: & obseruabo me ab iniquitate mea.

Et retribuet mihi dominus secundum iustitiam meam: & secundum puritatem manuum mearum, in conspectu oculorum eius.

Cum sancto sanctus eris: & cum viro innocente, innocens eris.

Et cum electo electus eris: & cum perverso puerteris.

Quoniam tu populum humile saluum facies, & oculos

superborum humiliabis.

Quoniam tu illuminas lucernam meam dñe, deus meus illumina tenebras meas.

Quoniam in te eripiar à tentatione: & in deo meo transgrediar murum.

Deus meus impolluta via eius: eloquia Domini igne examinata: protector est omnium sperantium in se.

Quoniam quis deus praeter dominum: aut quis Deus praeter deum nostrum?

Deus qui praecinxit me virtute: & posuit immaculatam viam meam.

Qui perfecit pedes meos tanquam ceruorum: & super excelsa statuens me.

Qui docet manus meas ad praehium: & posuisti ut arcum aereum brachia mea.

Et dedisti mihi protectionem salutis tuae: & dextera tua suscepit me.

Et disciplina tua correxit me in finem: & disciplina tua ipsa me docebit.

Dilatasti gressus meos sub tus me. & non sunt infirmata vestigia mea.

Persequar inimicos meos, & comprehendam illos, & non conuertar, donec deficient.

Dominica ad Matutinum.

Confringā illos, nec poterunt stare: cadent subtus pedes meos.

Et præcinxisti me virtute ad bellum: supplatasti insurgētes in me subtus me.

Et inimicos meos dedisti mihi dorsum: & odientes me disperdidisti.

Clamauerūt, nec erat qui saluos faceret: ad dominū, nec exaudiui eos.

Et cōminuam eos vt puluerem ante faciem vēti: vt lutū platearū delebo eos.

Eripies me de contradictionibus populi: constitues me in caput gētium.

Populus quē non cognoui, seruiuit mihi: in auditu auris obediuit mihi.

Filij alieni mētici sunt mihi, filij alieni inueterati sunt: & claudicauerunt à semitis suis.

Viuuit dominus, & benedictus Deus meus: & exaltatur, deus salutis meæ.

Deus qui das vīdictas mihi, & subdis populos sub me: liberator meus de inimicis meis iracundis.

E tab insurgētibus in me exaltabis me: à viro iniquo eripies me,

Propterea confitebor tibi in nationibus domine: & nomini tuo psalmū dicā.

Magnificans salutes regis eius, & faciens misericordiā Christo suo David: & semini eius vsq; in seculū.

¶ Sequēs hy⁹. dē finitis tribus lecti. ad matuti. p totū annū: pter q̄ in aduētū, & dñica in septuage. vsq; ad Pascha, & etiā tūc dē si agatur de aliquo sancto. Hy⁹.

TE Deū laudamus: te dominū cōstitemur.

TE æternū patrē: omnis terra veneratur.

Tibi oēs Angeli: tibi celi & vniuersæ potestates.

Tibi Cherubin, & Seraphin: incessabili voce proclamant.

Sanctus, Sāctus, Sāctus dominus deus sabaoth.

Pleni sunt celi, & terra: maiestatis gloriæ tuæ.

Te gloriosus apostolorū chorus.

Te prophetarum laudabilis numerus.

Te martyrum candidatus laudat exercitus.

Te per orbem terrarū: sancta confitetur ecclesia.

Patrē immēse maiestatis,

Venerandum tuum verū,
& vnicū filium.

Sanctum quoque paracle-
tum spiritum.

Tu rex gloriæ Christe.

Tu p̄ris sep̄tern⁹ es filius.

Tu ad liberandū susceptu-
rus hominem: nō horru-
isti virginis uterum.

Tu deuictō mortis acu-
leo: aperuisti credentibus
regna cælorum.

Tu ad dexterā Dei sedes:
in gloria patris.

Iudex crederis esse vētur⁹.

Te ergo quęsumus famu-
lis tuis sabueni: quos pre-
cioso sanguine redemisti.

Aeterna fac cum sanctis
tuis in gloria numerari.

Saluum fac populum tuū
domine: & benedic hære-
ditati tuæ.

Et rege eos: & extolle il-
los, vsque in æternum.

Per singulos dies: benedi-
cimus te.

Et laudamus nomē tuū in
seculū: & in seculū seculi.

Dignare dñe die isto: sine
peccato nos custodire.

Miserere nostri Domine:
miserere nostri.

Fiat misericordia tua do-
mine super nos: quemad-

modum sperauimus in te.
In te domine speraui: non
confundar in æternum.

¶ Ad laudes.

Psal. 65.



Vbilate deo
omnis terra,
psalmū dici-
te nos eius:
date gloriam

laudi eius.

Dicite Deo, **Q**uā terribi-
lia sunt opera tua domine:
in multitudine virtutis tuæ
mentiētur tibi inimici tui.

Omnis terra adoret te, &
psallat tibi: psalmum dicat
nomini tuo.

Venite, & videte opera
Dei: terribilis in consiliis,
super filios hominum.

Qui cōuertit mare in ari-
dā, in flumine pertrāsibūt
pedes: ibi lætabimur in ip̄o.

Qui dominatur in virtu-
te sua in æternū, oculi ei⁹
super gētes respiciūt: qui
exasperant, nō exaltentur
in semetipsis.

Benedicite gentes Deum
nostrum: & auditam facite
vocem laudis eius.

Qui posuit animā meam
ad vitam: & non dedit in
cōmotionem pedes meos.

Quoniam probasti nos

Dominica ad Laudes.

deus: igne nos examinasti:
sicut examinatur argentum.

Induxisti nos in laqueum,
posuisti tribulationes in
dorso nostro: imposuisti
hostes super capita nostra.

Transiimus per ignem, &
aquam: & eduxisti nos in
refrigerium.

Introibo in domum tuam
in holocaustis: reddam tibi
vota mea, quae distinxerunt
labia mea.

Et locutum est os meum:
in tribulatione mea.

Holocausta medullata of-
feram tibi, cum incenso a-
rietum: offeram tibi boues
cum hircis.

Venite, audite, & narrabo
omnes qui timetis deum,
quanta fecit animae meae.

Ad ipsum ore meo clama-
ui: & exaltaui sub lingua
mea.

Iniquitatem si aspexi in
corde meo: non exaudiet
dominus.

Propterea exaudiuit deus:
& attendit voci deprecationis
meae.

Benedictus deus, qui non
amouit orationem meam:
& misericordiam suam ad
me.

Cantate domino canticum
nouum: cantate do-
mino omnis terra.

Cantate Domino, & be-
nedicite nomini eius: an-
nuntiate de die in diem sa-
lutare eius.

Annuntiate inter gentes glo-
riam eius: in omnibus po-
pulis mirabilia eius.

Quonia magnus Dominus, &
laudabilis nimis: terribilis
est super omnes deos.

Quoniam omnes dii gen-
tium daemonia: Dominus
autem caelos fecit.

Confessio, & pulchritu-
do in conspectu eius, san-
ctimonia, & magnificentia
in sanctificatione eius.

Afferite domino patriae gen-
tium, afferite domino glo-
riam, & honorem: afferite do-
mino gloriam nomini eius.

Tollite hostias, & introi-
te in atria eius: adorare do-
minum in atrio sancto eius.

Comoueatur a facie eius
vniuersa terra: dicite in gen-
tibus quia dominus regnauit.

Etenim correxit orbem ter-
rae qui non commouebit-
ur: iudicabit populos in
aequitate.

Psalms. 95. Intentur caeli, & exultent

terra: commoueat^r mare, & plenitudo eius: gaudebunt campi, & omnia quæ in eis sunt.

Tunc exultabunt omnia ligna sylvarum à facie domini, quia venit: quoniam venit iudicare terram.

Iudicabit orbem terræ in æquitate, & populos in veritate sua.

¶ Cant. Iriú puer. Dan. 3.

Benedicite omnia opera Domini, domino: laudate, & superexaltate eum in secula.

Benedicite angeli dñi, dño: benedicite cæli domino.

Benedicite aquæ omnes, quæ super cælos sunt, domino: benedicite oēs virtutes domini, domino.

Benedicite sol, & luna dño: benedicite stellæ cæli dño.

Benedicite imber, & ros domino: benedicite omnis spiritus Dei, domino.

Benedicite ignis, & æstus domino: benedicite frigus & æstas, domino.

Benedicite rores, & pruinæ domino: benedicite gelu, & frigus, domino.

Benedicite glacies, & nives domino: bñdicite no-

ctes, & dies, domino.

Benedicite lux, & tenebræ dño: benedicite fulgura, & nubes, domino.

Benedicat terra dominû: laudet, & superexaltet eum in secula.

Benedicite môtēs & colles, dño: benedicite vniuersa germinetia in terra, dño.

Benedicite fontes, domino: benedicite maria, & flumina, domino.

Benedicite cete, & omnia quæ mouëtur in aquis, domino. bñdicite omnes volucres cæli, domino.

Benedicite omnes bestię, & pecora, domino: benedicite filij hominû, domino.

Benedicat Israel Dominum: laudet & superexaltet eum in secula.

Benedicite sacerdotes domini, domino: benedicite serui domini, domino.

Benedicite spiritus, & animæ iustorum, domino: benedicite sancti, & humiles corde, domino.

Benedicite Anania, Azaria, Misael, dominum: laudate, & superexaltate eum in secula.

Benedicamus patrē, & fi-

Dominica ad Primam.

Ium cum sancto Spiritu:
laudemus, & superexalte-
mus eum in secula.

Benedictus es domine in
firmamento caeli. & lauda-
bilis, & gloriosus, & super
exaltatus in secula. Amē.

**¶ Canticū Zacharię pro-
phetę. Et dicitur quondie
ad Laudes. Luc. 1.**

Benedictus dominus
deus Israel: quia visi-
tauit & fecit redem-
ptionem plebis suę.

Et erexit cornu salutis no-
bis, in domo David pue-
ri sui.

Sicut locutus est per os
sanctorū: qui à seculo sunt
prophetarum eius.

Salutem ex inimicis no-
stris: & de manu omnium
qui oderunt nos.

Ad faciendam misericor-
diam cum patribus nostris:
& memorari testamēti sui
sancti.

Iurandū quod iurauit
ad Abrahamā patrem nostrū:
daturum se nobis.

Vt sine timore de manu
inimicorum nostrorum li-
berati: seruiamus illi.

In sanctitate & iustitia co-
rā ipso: oībus diebus nostris,

Et tu puer propheta altis-
simi vocaberis. præbis enī
ante faciem domini, para-
re vias eius.

Ad dandam scientiam sa-
lutis plebi eius: in remissio-
nem peccatorum eorum.

Per viscera misericordię
dei nostri: in quibus visita-
uit nos oriens ex alto.

Illuminare his qui in tene-
bris, & in umbra mortis se-
dent: ad dirigendos pedes
nostros in viam pacis.

¶ Ad primam. Antiph.
Vtinam,



Psalmus. 55.
Eus in nomi-
ne tuo saluā
me fac: & in
virtute tua
iudica me.

Deus exau-
di orationē meā: auribus
percipe verba auris mei.

Quonia alieni insurrexe-
rūt aduersum me, & fortes
quęsierunt animā meam:
& non proposuerunt deū
ante conspectum suum.

Ecce enim Deus adiuuat
me: & dominus susceptor
est animę meę.

Auerte mala inimicis me-
is: & in veritate tua disper-
de illos.

Voluntarie sacrificabo tibi: & cōfitebor noī tuo domine, quoniā bonum est.

Quoniā ex omni tribulatione eripuisti me: & super inimicos meos despexit oculus meus. *Psalmus 117.*

Beati immaculati in via: qui ambulant in lege domini.

Beati qui scrutantur testimonia eius: in toto corde exquirunt eum.

Non enim qui operantur iniquitatē: in viis eius ambulauerunt.

Tu mandasti mādata tua: custodiri nimis.

Vtinā dirigatur viā meā: ad custodiendas iustificationes tuas.

Tunc non confundar: cū perspexero in omnib⁹ mādati tuis.

Cōfitebor tibi in directione cordis: in eo quod didici iudicia iustitiæ tuæ.

Iustificationes tuas custodiam. non me derelinquas vsquequaque.

In quo corrigit adolescentior viam suā: in custodiendo sermones tuos.

In toto corde meo exquiui te: ne repellas me à mā-

dati tuis.

In corde meo abscondi eloquia tua: vt nō peccē tibi.

Bene dictus es Dñe: doce me iustificationes tuas.

In labiis meis pronuntiaui: omnia iudicia oris tui.

In via testimoniorū tuorum delectatus sum: sicut in omnibus diuitiis.

In mādati tuis exercebor: & considerabo vias tuas.

In iustificationib⁹ tuis meditabor: non obliuiscar sermones tuos.

Retribue seruo tuo, viuifica me: & custodia sermones tuos.

Reuela oculos meos: & considerabo mirabilia de lege tua.

Incola ego sum in terra: non abscondas à me mandata tua.

Concupiuit aīa mea desiderare iustificationes tuas: in omni tempore.

Increpasti superbos: maledicti qui declinant à mādati tuis.

Aufer à me opprobriū, & contemptū: quia testimonia tua exquisiui.

Et enim sederunt principes, & aduersum me lo-

quebantur : seruus autem tuus exercebatur in iustificationibus tuis.

Nā & testimonia tua meditatio mea est : & consiliū meum iustificationes tuæ.

Ad hæsit pauimēto anima mea : viuifica me secundum verbum tuum.

Vias meas enūtiaui, & exaudisti me : doce me iustificationes tuas.

Viam iustificationū tuarū instrue me : & exercebor in mirabilibus tuis.

Dormitauit anima mea præ tadio : confirma me in verbis tuis.

Viam iniquitatis amoue à me : & de lege tua miserere mei.

Viam veritatis elegi : iudicia tua non sum oblitus.

Ad hæsi testimoniis tuis dñe : noli me confundere.

Viam mandatorum tuorum cucurri : cū dilatasti cor meum.

¶ Symbolū Athanasij epi.

Quicumq; vult salu⁹ esse : ante omnia opus est, vt teneat catholicam fidem.

Quam nisi quisque integram, inuioletamque ser-

uauerit : absque dubio in æternum peribit.

Fides autē catholica hæc est, vt vnum Deum in trinitate : & trinitatem in vnitatem veneremur.

Neque cōfundentes personas : neque substantiam se parantes.

Alia est em̄ psona patris, alia filij, alia spūs sancti.

Sed patris, & filij, & spiritus sancti vna est diuinitas : æqualis gloria, cōterna maiestas.

Qualis pater, talis filius : talis spiritus sanctus.

Increatus pater, increatus filius : increat⁹ spūs sc̄tus.

Immensus pater, immensus filius : immensus spiritus sanctus.

Aternus pater, æternus filius : æternus spūs sc̄tus.

Et tamen non tres æterni : sed vnus æternus.

Sicut nō tres increati, nec tres immensi : sed vnus increatus, & vnus immensus.

Similiter omnipotens pater, oīpotens filius : omnipotens spiritus sanctus.

Et tamen, non tres omnipotentes : sed vnus oīmpotens.

Ita, deus pater, de^o filius: deus spiritus sanctus.

Et tamen, nō tres dij: sed vnus est deus.

Ita, dominus pater, dominus filius: dominus spiritus sanctus.

Et tamen non tres domini: sed vnus est dominus.

Quia, sicut sigillatī vnāquamq; personam, deum, ac dominū confiteri Christiana veritate compellimur: ita tres deos, aut dominos dicere, catholica religione prohibemur.

Pater à nullo est factus: nec creatus, nec genitus.

Filius à patre solo est: nō factus, nec creatus, sed genitus.

Spiritus sanctus à patre, & filio: non factus nec creatus, nec genitus, sed procedens.

Vnus ergo pater, nō tres patres: vnus filius, nō tres filij: vnus spiritus sanctus, non tres spiritus sancti.

Et in hac trinitate nihil prius, aut posterius: nihil maius, aut minus: sed totæ tres personæ coæternæ sibi sunt, & coæquales.

Ut, vt per omnia, sicut iā

supradictum est: vt vnitas in trinitate, & trinitas in vnitate veneranda sit.

Qui vult ergo salu^o esse: ita de trinitate sentiat.

Sed necessarium est ad æternam salutem: vt incarnationem quoque Domini nostri Iesu Christi fideliter credat.

Est ergo fides recta: vt credamus, & consisteamur, quia Domin^o noster Iesus Christus Dei filius: Deus, & homo est.

Deus est ex substantia patris, ante secula genitus: & homo est ex substantia matris in seculo natus.

Perfectus deus, perfectus homo, ex aīa rationali: & humana carne subsistens.

Aequalis patri, secundum diuinitatem: minor patre, secundum humanitatem.

Qui licet deus sit, & homo: non duo tamen: sed vnus est Christus.

Vpus autem non conuersione diuinitatis in carnē: sed assumptione humanitatis in deum.

Vnus omnino non confusione substantiæ: sed vnitate personæ.

Dominica ad Tertiam.

Nam sicut anima rationalis, & caro vnus est homo: ita deus & domo vnus est Christus.

Qui passus est pro salute nostra, descendit ad inferos: tertia die resurrexit à mortuis,

Ascendit ad cælos: sedet ad dexteram Dei patris omnipotentis: inde venturus est iudicare viuos, & mortuos.

Ad cuius aduentum, omnes homines resurgere habent cum corporibus suis: & redditori sunt de factis propriis rationem.

Et qui bona egerunt, ibunt in vitam æternam: qui vero mala in ignem æternum.

Hæc est fides catholica, quã nisi quisque fideliter, firmiterque crediderit: saluus esse non poterit.

Antiph. Vtinam dirigantur viæ meæ, ad custodiendas iustificationes tuas.

Prædictum symbolū dicitur ad primam: in dñicis diebus, per totū annū, siue fiat offm de dñica, siue de aliquo festo, aut octaua in ea incidenti. ¶ Ad tertiã.

Antiph. Da mihi. **Psalmus.**



Egem pone mihi domine viã iustificationum tuarũ: & exquiram eam

semper.

Da mihi intellectum, & scrutabor legem tuam: & custodiam illam in toto corde meo.

Educ me in semita mandatorum tuorum: quia ipsam volui.

Inelina cor meũ i testimonia tua: & non in auaritiã.

Auerte oculos meos ne videant vanitatem: in via tua viuifica me.

Statue seruo tuo eloquiũ tuum: in timore tuo.

Amputa opprobriũ meũ quod suspicatus sum: quia iudicia tua iucunda.

Ecce concupiui mandata tua: in æquitate tua viuifica me.

Et veniat super me misericordia tua domine: salutare tuum, secundum eloquiũ tuum

Et respondebo exprobrãtibus mihi verbũ: quia speraui in sermonibus tuis.

Et ne auferas de ore meo

refugit

verbum veritatis vsq; quaque: quia in iudiciis tuis speraui.

Et custodiã legem tuam semper: in seculum, & in seculum seculi.

Et ambulabam in latitudine: quia mandata tua exquisiui.

Et loquebar de testimoniis tuis in conspectu regum: & non confundebar.

Et meditabar in mandatis tuis: quæ dilexi.

Et leuaui manus meas ad mandata tua, quæ dilexi: & exercebor in iustificationibus tuis.

Memor esto vbi tui seruo tuo: in quo mihi spem dedisti.

Hæc me consolata est in humilitate mea: quia eloquiũ tuum viuificauit me.

Superbi iniquè agebãt vsquequaque: à lege autem tua non declinaui.

Memor fui iudiciorũ tuorum à seculo Domine: & consolatus sum.

Desectio tenuit me: pro peccatoribus derelinquentibus legem tuam.

Cantabiles mihi erant iustificationes tuæ, in loco

peregrinationis meæ.

Memor fui nocte nominis tui domine, & custodiui legem tuam.

Hæc facta est mihi: quia iustificationes tuas exquisiui.

Portio mea domine, dixi, custodire legem tuam.

Deprecatus sum faciẽ tuã in toto corde meo: misere mei scdm eloquiũ tuũ.

Cogitauit vias meas, & cõuertit pedes meos, in testimonia tua.

Paratus sum, & non sum turbatus: vt custodiã mandata tua.

Funes peccatorũ circumplexi sunt me: & legẽ tuã non sum oblitus.

Media nocte surgebã ad confitendũ tibi: super iudicia iustificationis tuæ.

Particeps ego sum omnium timentium te: & custodientium mandata tua.

Misericordia tua domine plena est terra: iustificationes tuas doce me.

Bonitatẽ fecisti cum seruo tuo dñe: secundum verbum tuum.

Bonitatẽ, & disciplinã, & scientiam doce me: quia mandatis tuis credidi.

Dominica ad sextam.

Frius quā humiliater ego deliqui : propterea eloquium tuum custodiui.

Bonus es tu : & in bonitate tua doce me iustificationes tuas.

Multiplicata est super me iniquitas superborū : ego autem in toto corde meo scrutabor mandata tua.

Coagulatum est sicut lac cor eorum : ego verò legē tuam meditatus sum.

Bonum mihi, quia humiliasti me : vt discam iustificationes tuas.

Bonum mihi lex oris tui : super milia auri & argēti.

Manus tuæ fecerunt me, & plasmauerūt me : da mihi intellectum, vt discam mandata tua.

Qui timent te, videbunt me, & Ixtabuntur : quia in verba tua supersperauī.

Cognoui domine quia equitas iudicia tua, & in veritate tua humiliasti me.

Fiat misericordia tua, vt consoletur me : secundum eloquiū tuum seruo tuo.

Veniant mihi miserationes tuæ, & viuam : quia lex tua meditatio mea est.

Confundantur superbi,

quia iniuste iniquitatem fecerunt in me : ego autem exercebor ī mādatīs tuis.

Conuertātur mihi timentes te : & qui nouerunt testimonia tua.

Fiat cor meum immaculatum in iustificationibus tuis : vt non confundar.

Añā. Da mihi intellectū & scrutabor legem tuam.

¶ Ad sextam. Añā. Tuus sum.

Psalmus.



Defecit in salutare tuum anima mea : & in verbū tuū supersperauī.

Defecerunt oculi mei in eloquium tuum : dicentes quando consolaberis me?

Quia factus sum sicut vter in pruina : iustificationes tuas non sum oblitus.

Quot sunt dies serui tui : quādo facies de persecutoribus me iudicium.

Narrauerunt mihi iniqui fabulationes : sed non vobis lex tua.

Omnia mandata tua veritas : iniqui persecuti sunt me adiuua me.

Paulo minus cōsummauerunt

runt

rūt me in terra: ego autem
 nō dereliqui mandata tua.
Secūdum misericordiam
 tuam uiuifica me: & custo-
 diam testimonia oris tui.
In æternū domine: verbū
 tuum permanet in cælo.
In generatione, & genera-
 tionem veritas tua: funda-
 sti terram, & permanet.
Ordinatione tua perseue-
 rat dies: quoniam omnia
 seruiunt tibi.
Nisi quod lex tua medita-
 tio mea est: tunc fortè pe-
 riissem in humilitate mea.
In æternum nō obliuiscar
 iustificationes tuas: quia
 in ipsis uiuificasti me.
Tuus sum ego, saluū me
 fac: quoniam iustificatio-
 nes tuas exquisiui.
Me expectauerunt pecca-
 tores, vt perderent me. te-
 stimonia tua intellexi.
Omnis consummationis
 vidi finem: latum manda-
 tum tuum nimis.
Quomodo dilexi le-
 gem tuam domine?
 tota die medita-
 tio mea est.
Sup inimicos meos pru-
 dentem me fecisti manda-
 to tuo: quia in æternū

mihī est.
Super omnes docētes me
 intellexi: quia testimonia
 tua meditatio mea est.
Sup senes intellexi: quia
 mandata tua quæsiui.
Ab omni via mala prohi-
 bui pedes meos: vt custo-
 diam verba tua.
Aiudiciis tuis non decli-
 nauī quia tu legem posui-
 sti mihi.
Quam dulcia faucibus
 meis eloquia tua: super
 mel ori meo.
Amandatis tuis intellexi:
 propterea odiui omnem
 viam iniquitatis.
Lucerna pedib⁹ meis v̄bū
 tuū: & lumen semitis meis.
Iurauī & statui: custodire
 iudicia iusticiæ tuæ.
Humiliatus sum vsque-
 quaque domine: uiuifica
 me secundum verbū tuū.
Voluntaria oris mei be-
 neplacita fac domine: & iu-
 dicia tua doce me.
Anima mea in manibus
 meis semper: & legem tuā
 non sum oblitus.
Posuerunt peccatores iā-
 queum mihi: & de manda-
 tis tuis non errauī.
Hereditate acquisiui testi-

B. N.

b

Dominica ad Nonam.

monia tua in æternū: quia exultatio cordis mei sunt.

Inclinaui cor meum ad faciēdas iustificationes tuas in æternum: propter retributionem.

Iniquos odio habui: & legem tuam dilexi.

Adulator, & susceptor meus es tu: & in verbum tuum supersperaui.

Declinate à me maligni: & scrutabor mādāta dei mei.

Suscipe me secundum eloquium tuum, & viuam: & non confundas me ab expectatione mea.

Adiua me, & saluus ero: & meditabor in iustificationibus tuis semper.

Spreuisti omnes discedētes à iudiciis tuis: quia iniusta cogitatio eorum.

Preuaricātes reputaui omnes peccatores terræ: ideo dilexi testimonia tua.

Confuge timore tuo carnes meas: à iudiciis enim tuis timui.

Feci iudiciū, & iustitiā: nō tradas me calūniātib⁹ me.

Suscipe seruum tuum in bonum: non calumniētur me superbi.

Oculi mei defecerunt in

salutare tuum: & in eloquium iustitiæ tuæ.

Pacum seruo tuo secundum misericordiam tuam: & iustificationes tuas doce me.

Seruus tuus sum ego: da mihi intellectum, ut sciam testimonia tua.

Tempus faciēdi dñe: dissi pauerunt legem tuam.

Ideo dilexi mandata tua: super aurum, & topazion.

Propterea ad omnia mandata tua dirigebar: omnem viam iniquam odio habui.

Ans. Tuus sum ego, saluum me fac.

¶ ANonam. Antipho. Declaratio. Psāmus.



Irabilia testimonia tua: ideo scrutata est ea anima mea.

Declaratio sermonū tuorum illuminat: & intellectum dat paruulis.

Os meum aperui, & attraxi spiritum: quia mandata tua desiderabam.

Aspice in me, & miserere mei, secundam iudiciū diligētium nomen tuum.

Gressus meos dirige secū-

dum eloquium tuum : & non dominetur mei omnis in iustitia.

Redime me à calumniis hominū: vt custodiā mandata tua.

Faciem tuam illumina super seruum tuum: & doce me iustificationes tuas.

Fixitas aquarum deduxerunt oculi mei quia non custodierunt legem tuam.

Iustus es domine: & rectū iudicium tuum.

Mandasti iustitiā testimonij tua. & veritatem tuam nimis.

Tabescere me fecit zelus meus: quia oblitī sunt verba tua inimici mei.

Ignitum eloquium tuum vehemēter: & seruus tuus dilexit illud.

Adolecentulus sum ego & contemptus: iustificationes tuas non sum oblitus.

Iustitia tua iustitia in æternum: & lex tua veritas.

Tribulatio, & angustia inueniunt me: mandata tua meditatio mea est.

Aequitas testimonia tua in æternum: intellectum da mihi, & viuam.

Clamauī in toto corde, exaudi me domine: iustificationes tuas requiram.

Clamauī ad te, saluum me fac: vt custodiam mandata tua.

Praueni in maturitate, & clamauī: quia in verba tua supersperaui.

Praueniunt oculi mei ad te diluculo: vt mediterer eloquia tua.

Vocem meam audi secundum misericordiam tuam domine: & secundum iudicium tuum viuifica me.

Appropinquauerūt persequentes me iniquitati à lege autem tua longè facti sunt.

Prope es tu domine. & omnes viæ tuæ veritas.

Initio cognoui de testimonio tuo: quia in æternum fundasti ea.

Vide humilitatem meā & eripe me: quia legem tuam non sum oblitus.

Iudica iudicium meum, & redime me: ppter eloquiū tuum viuifica me.

Longè à peccatoribus salus: quia iustificationes tuas non exquisierunt.

Misericordie tuæ multæ

Domine ad Vesperas.

domine: secundum iudiciū tuum viuifica me.

Multi qui psequuntur me & tribulant me: à testimoniis tuis non declinaui.

Vidi prauaricantes, & tabescebā: quia eloquia tua non custodierunt.

Vide quoniam mandata tua dilexi domine: in misericordia tua viuifica me.

Pincipium verborū tuorum veritas: in æternū omnia iudicia iustitiæ tuæ.

Pincipes persecuti sunt me gratis: & à verbis tuis formidauit cor meum.

Lætabor ego super eloquia tua: sicut qui inuenit spolia multa.

Iniquitatem odio habui & abominatus sum: legem autem tuam dilexi.

Septies in die laudem dixi tibi: super iudicia iustitiæ tuæ.

Pax multa diligētibus legem tuam: & non est illis scandalum.

Expectabā salutare tuum dñe: & mādāta tua dilexi.

Custodiuit anima mea testimonia tua: & dilexit ea vehementer.

Seruauī mādāta tua, & testimonia tua: quia oēs viæ meæ in conspectu tuo.

Appropiuet deprecatio meā in conspectu tuo domine: iuxta eloquium tuū da mihi intellectum.

Intret postulatio mea in conspectu tuo: secundum eloquium tuum eripe me.

Erustabunt labia mea hymnum, cūm docueris me iustificationes tuas.

Pronuntiabit lingua mea eloquium tuum: quia omnia mādāta tua equitas.

Fiat manus tua, vt saluet me: qñ mādāta tua elegi.

Concupiui salutare tuum domine: & lex tua meditatio mea est.

Viuet anima mea, & laudabit te: in iudicia tua adiuuabunt me.

Erraui, sicut ovis quæ perit: quare seruū tuū dñe, quia mādāta tua nō sum oblitus. **Ant.** Declaratio sermonū tuorū illuminat.

¶ Ad Vesperas. Psal. 109.

Dixit dñs dño meo, sede à dextris meis. **¶** Donec ponā inimicos

tuos, scabellū pedū tuorū.

Virgā virtutis tuæ emit-
tet Dñs ex Sion: dñare in
medio inimicorū tuorū.

Tecum principium in die
virtutis tuæ in splendori-
bus sanctorum: ex utero
ante luciferum genuite.

Iurauit dñs, & non pœni-
tebit eum: tu es sacerdos
in æternum, secundum or-
dinem Melchisedech.

Dñs à dextris tuis: cōfre-
git in die iræ suæ reges.

Iudicabit in nationib⁹, im-
plebit ruinas: cōquassabit
capita, in terra multorum.

De torrente in via bibit,
propterea exaltabit caput.

Psalmus 110.

Confitebor tibi Do-
mine in toto corde
meo, in consilio iu-
storū, & congregatione.

Magna opera dñi: exquisi-
tā in oēs voluntates eius.

Confessio, & magnificen-
tia opus eius: & iustitia ei⁹
manet in seculum seculi.

Memoriā fecit mirabi-
lū suorū, misericors,
& miserator dñs: eicā de-
dit timentibus se.

Memor erit in seculū te-
stamētī sui, virtutem ope-

rum suorum annuntiabit
populo suo.

Vi det illis hæreditatem
gentium: opera manuum
eius, veritas, & iudicium.

Fidelia omnia mandata e-
ius: confirmata in seculū
seculi, facta in veritate, &
æquitate.

Redemptionem misit dñs
populo suo: mādauit in æ-
ternum testamentum suū.

Sanctum, & terribile no-
men eius: initium sapien-
tiæ, timor domini.

Intellectus bonus omni-
bus facientibus eum: lau-
datio eius manet in seculū
seculi. **Psalmus. 113.**

In exitu Israel de Aegy-
pto, domus Iacob de
populo barbaro.

Facta est Iudæa sanctifica-
tio ei⁹, Israel potestas ei⁹.

Mare vidit, & fugit: Iorda-
nis cōuersus est retrorsum.

Montes exultauerunt vt
arietes: & colles sicut agni
ouium.

Quid est tibi mare quod
fugisti: & tu Iordanis, quia
conuersus es retrorsum?

Montes exultastis sicut
arietes: & colles sicut agni
ouium.

Dominica ad Vesperas.

- A** facie domini mota est terra : à facie Dei iacob. & protector eorum est.
- Q**ui conuertit petram in stagna aquarum : & rupem in fontes aquarum.
- N**on nobis dñe, nō nobis : sed nomini tuo da gloriā. **B**enedixit domui Israel : benedixit domui Aaron. **B**enedixit omnibus qui timent dominum : pusillis cum maioribus.
- U**per mīa tua, & veritate tua : nequādo dicāt gētes, ubi est deus eorum.
- D**eus autē noster in celo : oīa quecūq; voluit fecit.
- S**imulachra gentium argentum & aurum : opera manuum hominum.
- O**s habent : & non loquuntur : oculos habent, & non videbunt.
- A**ures habent, & non audient : nares habent, & non odorabunt.
- M**anus habent, & nō palpabunt, pedes habent, & non ambulabunt : non clamabunt in guttore suo.
- S**imiles illis fiant qui faciunt ea : & omnes qui confidunt in eis.
- D**omus Israel sperauit in domino : adiutor eorum, & protector eorum est.
- D**omus Aaron sperauit in domino : adiutor eorum, & protector eorum est.
- Q**ui timēt dñm, sperauerunt in dño : adiutor eorum, & protector eorum est.
- D**ominus memor fuit nostri : & benedixit nobis.
- B**enedixit domui Israel : benedixit domui Aaron. **B**enedixit omnibus qui timent dominum : pusillis cum maioribus.
- A**diiciat Dominus super vos : super vos, & super filios vestros.
- B**enedixit vos à domino : qui fecit calum & terram. **C**ælū cæli dño : terrā autē dedit filiis hominum.
- N**on mortui laudabunt te domine : neque omnes qui descendunt in infernum.
- S**ed nos qui viuimus, benedicim⁹ domino : ex hoc nūc, & vsque in seculum.
- C**anticum beatæ virginis, & dicitur quotidie ad Vesperas. **L**uca. i.
- M**agnificat : anima mea dominum. **E**t exultauit spūs meus : in deo salutari meo.
- Q**uia respexit humilitatē ancillæ suæ : ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.
- Q**uia fecit mihi magna, qui potens est : & sanctum

nomen eius.

Et misericordia eius, a progenie in progenies: timentibus eum.

Fecit potentiam in brachio suo: dispersit superbos mente cordis sui.

Deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles.

Furiētes impleuit bonis: & diuites dimisit inanes.

Suscepit Israel puerum suum: recordatus misericordiae suae.

Sicut loquutus est ad patres nostros. Abraham, & semini eius in secula.

¶ Ad Completorium.

Psalmus 4.

Cum inuocarem exaudiuit me Deus in iustitia mea: in tribulatione dilatasti mihi.

Miserere mei & exaudi orationem meam.

Filij hominum, usquequo graui corde? ut quid diligitis vanitatem, & queritis mendacium?

Scitote, quoniam mirificauit Dominus sanctum suum: dominus exaudiet me, cum clamauero ad eum.

Non rascimini, & nolite peccare: quae dicitis in cordibus vestris, & in cubilibus ve-

stris compungimini.

Sacrificate sacrificium iustitiae, & sperate in domino: multi dicunt quis ostendit nobis bona?

Signatum est super nos lumen vultus tui domine: dedisti letitiam in corde meo.

A fructu frumenti, vini, & olei sui: multiplicati sunt. In pace in idipsum: dormiam & requiescam.

Quoniam tu domine: singulariter in specie constituiti me.

Psalmus. 30.

In te domine speraui non confundar in aeternum: in iustitia tua libera me.

Inclina ad me aurem tuam: accelera ut eruas me.

Esto mihi in Deum protectorem, & in domum refugij: ut saluum me facias.

Quonia fortitudo mea & refugium meum es tu: & propter nomen tuum deduces me, & enutries me.

Educes me de laqueo hoc quem absconderunt mihi: quoniam tu es protector meus.

In manus tuas commendo spiritum meum: rede-

Dominica ad Completorium.

22
misti me domine, deus veritatis.

Psalmus 90.

Qui habitat in adiutorio altissimi: in protectione dei eius commorabitur.

Dicit domino, susceptor meus tu: & refugium meum deus meus: sperabo in eum.

Quoniam ipse liberavit me de laqueo venantium, & a verbo aspero.

Scapulis suis obumbrabit tibi: & sub pennis eius sperabis.

Icuto circumdabit te veritas eius: non timebis a timore nocturno.

Asagitta volante in die, a negotio perambulante in tenebris: ab incursu, & demonio meridiano.

Cadent a latere tuo mille & decem millia a dextris tuis: ad te autem non appropinquabit.

Veruntamen oculis tuis considerabis: & retributionem peccatorum videbis.

Quoniam tu es domine spes mea: altissimum posuisti refugium tuum.

Non accedet ad te malum: & flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo.

Quonia angelis suis mandavit de te: ut custodiant te in omnibus viis tuis.

In manibus portabunt te: ne forte offendas ad lapidem pedem tuum.

Super aspidem, & basiliscum ambulabis: & conculcabis leonem, & draconem.

Quia in me speravit liberabo eum, protegā eum quia cognovit nomen meum.

Clamavit ad me, & ego exaudia eum: cum ipso sum in tribulatione: eripiam eum, & glorificabo eum.

Longitudine dierum replebo eum: & ostendam illi salutem meam.

¶ Canticum Simeonis prophete, & dicitur quotidie ad Completorium. Luc. 2.

Nunc dimittis servum tuum domine: secundum verbum tuum in pace.

Quia viderunt oculi mei: salutem tuam.

Quod parasti: ante faciem omnium populorum.

Lumen ad revelationem gentium: & gloriam plebis tue Israel.

¶ Feria secunda ad Mattheum. Psalmus. 101.



Nte domine
speraui, non
confundar in
eternum in
iustitia tua

anima mea & veter meus.
Quoniam defecit in do-
lore vita mea, & anni mei
in gemitibus.

Infirmata est in paupertate
virtus mea, & ossa mea
conturbata sunt.

Super omnes inimicos
meos factus sum oppro-
brium vicinis meis valde,
& timor notis meis.

Qui videbant me, foras
fugerunt a me. obliuioni
datus sum, tanquam mor-
tuus a corde.

Factus sum tanquam vas
perditum: quoniam audiui viti-
perationem multorum comorantium
in circuitu.

In eo dum conueniret simul
aduersum me: accipere ani-
mam meam consiliati sunt.

Ego autem in te speraui
domine: dixi, Deus meus
es tu, in manibus tuis for-
tes meæ.

Ripe me de manu inimi-
corum meorum, & a per-
sequentibus me.

Illustra faciem tuam super
seruum tuum, saluum me
fac in misericordia tua: do-
mine non confundar, quoniam
inuocaui te.

Rubescant impij, & de-

libera me.

Inclina ad me aurem tuam:
accelera ut eruas me.

Esto mihi in Deum pro-
tectorem, & in domum re-
fugij: ut saluum me facias.

Quoniam fortitudo mea &
refugium meum es tu: & pro-
pter nomen tuum deduces
me, & enutries me.

Educes me de laqueo hoc
quem absconderunt mihi: quoniam
tu es protector meus.

In manus tuas commendo
spiritum meum: redemisti
me domine Deus veritatis.

Odisti obseruantes vani-
tates: superuacue.

Ego autem in domino spe-
raui: exultabo, & letabor
in misericordia tua.

Quoniam respexisti humilita-
tem meam: saluasti de neces-
sitatibus animam meam.

Nec conclusisti me in ma-
nibus inimici: statuisti in
loco spatioso pedes meos.

Miserere mei domine, quoniam
tribulor: conturbatus
est in ira oculus meus

ducantur in infernum: muta fiant labia dolosa.

Quis loquuntur aduersus iustum iniquitatem, in superbia, & in abusione.

Quam magna multitudo dulcedinis tuæ dñe, quam abscondisti timentibus te.

Perfecisti eis qui sperant in te: in conspectu filiorum hominum.

Abcondes eos in abscondito faciei tuæ, à conturbatione hominum.

Proteges eos in tabernaculo tuo, à contradictione linguarum.

Benedictus dñs: quoniam mirificauit misericordiam suam mihi, in ciuitate munita.

Ego autem dixi in excessu mentis meæ: proiectus sum à facie oculorum tuorum.

ideo exaudisti vocem orationis meæ, dum clama-rem ad te.

Diligite dominum omnes sancti eius: quoniam veritatem requirit Dominus & retribuet abundanter facientibus superbiam.

Viriliter agite, & confortetur cor vestrum: omnes qui speratis in domino,

Psalmus. 104.

Iudica Domine nocentes me: expugna impugnantes me.

Apprehende arma & scutum. & exurge in adiutorium mihi.

Effunde frameam, & concludere aduersus eos, qui persequuntur me: dic anima mea, salus tua ego sum.

Confundatur, & reuertantur querentes animam meam.

Auertantur retrorsum, & confundantur: cogitantes mihi mala.

Fiant tanquam puluis ante faciem venti: & angelus domini coarctans eos.

Fiant via illorum tenebræ, & lubricum: & angelus domini persequens eos.

Quoniam gratis absconderunt mihi interitum laquei sui: superuacue exprobrauerunt animam meam.

Veniat illi laqueus quem ignorat, & captio quam abscondit, apprehendat eum: & laqueus cadat in idipsum.

Anima autem mea exultabit in domino: & delectabitur super salutari suo.

Omnia ossa mea dicent, domine, quis similis tibi?

Et ripientes inopem de manu

fortiorū ei⁹, egenū & pau-
perem à diripiētibus eum.

Surgentes testes iniqui :
quꝫ ignorabam interroga-
bant me.

Retribuebant mihi mala
pro bonis : sterilitatē ani-
mæ meæ.

Ego autē cūm mihi mole-
sti essent, induebar cilicio.

Humiliabam in ieiunio a-
nimam meā : & oratio mea
in sinu meo conuerteretur.

Quasi proximum, & qua-
si fratrem nostrum, sic cō-
placebam: quasi lugens, &
cōtristatus sic humiliabar.

Et aduersum me lætati
sunt, & conuenerunt: con-
gregata sūnt super me fla-
gella, & ignorauī.

Dissipati sūnt, nec cōpū-
cti, tentauerunt me, sub-
sannaauerunt me subfanna-
tione: frenduerunt super
me dentibus suis.

Domine, quando respi-
cies? restitue animā meam
à malignitate eorū, à leo-
nibus vnica meam.

Confitebor tibi in eccle-
sia magna: in populo gra-
ui laudabo te.

Non supergaudeant mihi
qui aduersantur mihi ini-

quē: qui oderunt me gra-
tis, & annuunt oculis.

Quoniam, mihi quidam
pacificē loquebantur: & in
iracūdia terrę loquentes,
dolos cogitabant.

Et dilatauerunt super me
os suū: dixerunt, euge, eu-
ge, viderunt oculi nostri.

Vidisti, domine, ne sis eas:
domine, ne discedas à me.

Exurge, & intēde iudicio
meo: Deus meus, & dñs
meus in causam meam.

Iudica me secūdū iustitiā
tuā domine, Deus meus:
& nō supergaudeant mihi.

Non dicant in cordibus
suis, euge, euge, animę nō-
strę: nec dicant, deuorabi-
mus eum.

Erubescant, & reuerentur
simul: qui gratulantur
malis meis.

Induantur confusione, &
reuerentia: qui maligna lo-
quuntur super me.

Exultent, & lætentur qui
volunt iustitiam meam: &
dicant semper, magnifice-
tur dominus, qui volunt
pacem serui eius.

Et lingua mea meditabi-
tur iustitiam tuā: tota die
laudem tuam.

Psalms. 104.

Confitemini domino, & inuocate nomen eius: annuntiate inter gentes opera eius.

Cantate ei & psallite ei: narrate omnia mirabilia eius.

Laudamini in nomine sancto eius: lætetur cor quærentium dominum.

Quærite dominum, & confirmamini: quærite faciem eius semper.

Memoretote mirabilium eius quæ fecit: prodigia eius, & iudicia oris eius.

Semen Abraham serui eius: filij Iacob electi eius.

Ipsè dñs Deus noster: in uniuersa terra iudicia eius.

Memor fuit in seculum testamenti sui: uerbi quæ madauit in mille generationes.

Quod disposuit ad Abraham: & iuramenti sui ad Isaac.

Et statuit illud Iacob in præceptum: & Israel in testamentum æternum.

Dicens, tibi dabo terram Chanaan. funiculum hæreditatis vestræ.

Cum essent numero breui: paucissimi, & incolæ eius.

Et pertransierunt de gen-

te in gentem: & de regno ad populum alterum.

Non reliquit hominem nocere eis, & corripuit per eis reges.

Nolite tangere Christos meos: & in prophetis meis nolite malignari.

Etrouocauit famem super terram: & omne firmamentum panis contriuit.

Misit ante eos uirum: in seruum uenudatus est Ioseph.

Humiliauerunt in conspectibus pedes eius, ferrum pertransiit animam eius: donec ueniret uerbum eius.

Eloquium domini inflamauit eum: misit rex, & soluit eum, princeps populorum, & dimisit eum.

Constituit eum dominum domus suæ: & principem omnis possessionis suæ.

Vterudiret principes eius sicut semetipsum: & senes eius prudentiam doceret.

Et intrauit Israel in Aegyptum: & Iacob accola fuit in terra Cham.

Et auxit populum suum uehementer: & firmavit eum super inimicos eius.

Conuertit cor eorum ut adirent populum eius: & do-

lum faceret in ſeruos eius.
Miſit Moſen ſeruum ſuum
 Aarō quem elegit ipſum.
Poſuit in eis verba ſigno-
 rum ſuorum: & prodigio-
 rum in terra Cham.

Miſit tenebras & obſcu-
 rauit: & non exacerbauit
 ſermones ſuos.

Conuertit aquas eorum
 in ſanguinem: & occidit
 piſces eorum.

Et dedit terra eorū ranas,
 in penetralibus regum ip-
 ſorum.

Dixit, & venit cynomyia
 & cynipheſ, in omnibus
 finibus eorum.

Poſuit pluuias eorū gran-
 dinem: ignem comburen-
 tem in terra ipſorum.

Et percuffit vineas eorū,
 & ficulneas eorum: & cō-
 trivit lignū finiū eorum.

Dixit, & venit locuſta, &
 bruchus, cuius non erat
 numerus.

Et comedit omne foenū in
 terra eorū: & comedit om-
 nem fructū terræ eorum.

Et percuffit omne primo-
 genitū in terra eorū: pri-
 mitias omnis laboris eorū.

Et eduxit eos cum argen-
 to, & auro: & non erat in

tribubus eorum inſirmus.
Lætata eſt Aegypt⁹ in p-
 fectione eorū: quia incu-
 buit timor eorū ſup eos.

Expandit nubem in pro-
 tectionē eorū: & ignem,
 vt luceret eis per noctem.

Petierunt, & venit cotur-
 nix, & pane cæli ſaturauit
 eos.

Dirupit petram, & fluxe-
 runt aquæ: abierunt in ſic-
 co flumina.

Quoniā memor fuit ver-
 bi ſancti ſui: quod habuit ad
 Abraham puerum ſuum.

Et eduxit populū ſuum
 in exultatione: & electos
 ſuos in lætitia.

Et dedit illis regiones gē-
 tium: & labores populorū
 poſſederunt.

Vt cuſtodiat iuſtificatio-
 nes eius: & legem eius ex-
 quirant.

Psalmus. 97.



Antate dō-
 mino canti-
 cum nouū:
 quia mirabi-
 lia fecit.

Saluauit ſibi dextera ei⁹:
 & brachiū ſanctum eius.
Notum fecit dñs ſalutare
 ſuū: in cōſpectu gentium

reuelauit iustitiam suam.
Recordatus est misericordie suae, & veritatis suae, domui Israel.

Viderunt omnes termini terrae: salutare Dei nostri.
Iubilate deo ois terra: cunctate, & exultate, & psallite.

Psallite domino in cithara, in cithara, & voce psalmi: in tubis ductilibus, & voce tubae corinae.

Iubilate in conspectu regis dñi moueatur mare & plenitudo eius. orbis terrarum, & qui habitant in eo.

Reliqua plaudent manu, simul montes exultabunt à conspectu domini: quoniam uenit iudicare terram.

Iudicabit orbem terrarum in iustitia: & populos in æquitate.

Psalmus 103.

Benedic anima mea domino domine deus meus magnificatus es uehementer.

Confessionem, & decorum induisti: amictus lumine sicut vestimento.

Et extendens caelum sicut pellem: qui tegis aquis superiora eius.

Qui ponis nubem ascen-

suum tuum: qui ambulat super pennas ventorum.

Qui facis Angelos tuos spiritus: & ministros tuos ignem urentem.

Qui fundasti terram super stabilitatem suam, non inclinabitur in seculum seculi.

Abyssus sicut vestimentum amictus eius: super montes stabunt aquae.

Ab increpatione tua fugient: à voce tonitruus tui formidabunt.

Ascendunt montes, & descendunt campi: in locum quem fundasti eis.

Terminum posuisti quem non transgredientur: neque conuertentur operire terram.

Qui emittis fontes in conuallibus: inter medium montium pertransibunt aquae.

Pascunt omnes bestiae agri: expectabunt onagri in siti sua.

Super ea uolucres caeli habitabunt: de medio petrarum dabunt voces.

Rigas montes de superioribus suis: de fructu operum tuorum satiabitur terra.

Produces foenum iumentis: & herbam seruituti hominum.
Et educas panem de terra.

Vinum lætificet cor hoīs.

Vt exhilaret faciem in oleo: & panis cor hominis confirmet.

Saturabuntur ligna campi, & cedri Libani, quas plantauit: illic passerēs nidificabunt.

Erodij dom⁹ dux est eorū, montes excelsi ceruis: petra refugium herinaciis.

Fecit lunam in tēpora: sol cognouit occasum suum.

Posuisi tenebras, & facta est nox in ipsa pertransibunt omnes bestię siluę.

Catuli leonum rugientes vt rapiant: & quęrant a Deo escam sibi.

Ortus est sol, & cōgregati sunt: & in cubilibus suis collocabuntur.

Exibit homo ad op⁹ suū, & ad operationem suā vsque ad vesperam.

Quam magnificata sunt opera tua domine: omnia in sapientia fecisti: impleta est terra possessione tua.

Hoc mare magnū, & spaciosum manib⁹: illic reptilia, quorū nō est numer⁹.

Alia pusilla cū magnis: illic naues pertransibunt.

Dracono iste quem forma-

sti ad illudendū ei: omnia ad te expectant, vt des illis escam in tempore.

Date te illis, colligēt: aperiente te manum tuā, omnia implebūtur bonitate.

Auertēte autē te faciē turbabūtur: auferes spiritum eorū, & deficient & in puluerem suum reuertentur.

Emitte spiritum tuum, & creabuntur: & renouabis faciem terrę.

Sit gloria domini in sęculum: letabitur dominus in operibus suis.

Qui respicit terram, & facit eam tremere: qui tangit montes, & fumigant.

Cantabo domino in vita mea: psallam Deo meo quandiu sum.

Lucundum sūt ei eloquiū meum: ego verō delectabor in domino.

Deficiāt peccatores a terra, & iniqui, ita vt nō sint: benedic anima mea dño.

¶ Canticum Esaię prophetę. Cap. 12.

Confitebor tibi Domine, quoniam iratus es mihi: conuersus est furor tuus, & consolatus es me.

Feria. ij. ad Primam.

Ecce deus saluator meus, fiducialiter agam, & non timebo.

Quia fortitudo mea, & laus mea dñs: & factus est mihi in salutem.

Haurietis aquas in gaudio de fontibus saluatoris: & dicetis in illa die, Cōfitemini domino, & inuocate nomen eius.

Notas facite in populis adinuationes eius: memē-tote quoniam excelsum est nomen eius.

Cantate domino, quoniam magnificē fecit: annuntiate hoc in vniuersa terra.

Fxulta, & lauda habitatio Sion: quia magnus in medio tui sanctus Israel.

Deinde Canticum. Benedictus. fo. 1.

¶ Ad Primam. Antiph.
Vias tuas. **Psalmus. 32.**



Dominus regit me, & nihil mihi deerit: in loco paſ-cuę, ibi me collocauit.

Super aquam refectionis educauit me: animā meam conuertit.

Deduxit me super ſemitas iuſtitie: propter nomen ſuum.

Nam ſi ambulauero in medio umbrę mortis, nō timebo mala: quoniam tu mecum es.

Virga tua, & baculus tuus: ipſa me conſolata ſunt.

Paraſti in conſpectu meo menſam, aduerſus eos qui tribulant me.

Impinguati ſi oleo caput meum: & calix meus inebrians, quā præclarus eſt?

Et miſericordia tua ſubſequetur me: omnibus diebus vitę meę.

Et vt inhabitem in domo domini: in longitudinem dierum. **Psalmus. 33.**

Domini eſt terra, & plenitudo eius: orbis terrarum, & vniuerſi qui habitant in eo.

Quia ipſe ſup maria fundauit eum: & ſup flumina præparauit eum.

Quis aſcendet in mōtem domini? aut quis ſtabit in loco ſancto eius?

Innocēs manibus, & mūdo corde, qui non accepit in vano aiām ſuā. nec iurauit in dolo proximo ſuo.

Hic

Hic accipiet benedictionem à Dno : & misericordiam à Deo saluari suo.

Hæc est generatio querentium eum: querentium faciem Dei Iacob.

At tollite portas principes vestras, & eleuamini portæ æternales: & introibit rex gloriæ.

Quis est iste rex gloriæ? dominus, fortis & potens: dominus potēs in prælio.

At tollite portas principes vestras, & eleuamini portæ æternales: & introibit rex gloriæ.

Quis est iste rex gloriæ? dominus virtutum ipse est rex gloriæ. *Psalmus, 24.*

AD te domine leuaui animam meam: Deus meus in te confido non erubescam.

Neq; irideat me inimici mei: etenim vniversi q; sustinent te non confundentur.

Confundatur omnes iniqua agentes: superuacue.

Vias tuas domine demonstra mihi: & semitas tuas edoce me.

Dirige me in veritate tua, & doce me: quia tu es deus saluator meus, & te susti-

B.

N.

nui tota die.

Reminiscere miserationum tuarum domine: & misericordiarum tuarum, quæ à sæculo sunt.

Delicta iuuentutis meæ: & ignorantias meas ne memineras.

Secundum misericordiam tuam memento mei tu: propter bonitatem tuam dñe.

Dulcis, & rectus dominus: propter hoc legem dabit delinquentibus in via.

Diriget mansuetos in iudicio, docebit mites vias suas.

Vniversæ viæ domini, misericordia, & veritas requiruntur testimonium eius: & testimonia eius.

Propter nomen tuum domine, propitiaberis peccato meo: multum est enim.

Quis est homo qui timeat dominum: legem statuit ei in via quam elegit.

Anima eius in bonis demorabitur: & semen eius hæreditabit terram.

Firmamentum est dominus timentibus eum: & testamentum ipsius, vt manifestetur illis.

Oculi mei semper ad Do-

Feria. ij. ad Tertiam.

minum: quoniã ipse eu-
let de laqueo pedes meos.

Respice in me, & miserere
mei: quia vnicus & pauper
sum ego.

Tribulationes cordis mei
multiplicatæ sunt: de ne-
cessitatibus meis erue me.

Vide humilitatem meã, &
laborem meum: & dimitte
vniuersa delicta mea.

Respice inimicos meos,
quoniã multiplicati sunt:
& odio iniquo oderunt me.

Custodi animã meam, &
erue me: non erubescam
quoniam speraui in te.

Innocentes, & recti adhae-
runt mihi: quia sustinui te.

Libera Deus Israel ex oĩ-
bus tribulationibus suis.

Antiphona. Vias tuas do-
mine demonstra mihi.

¶ Symboli Apostolorũ.

Credo in Deum pa-
trem omnipotentem:
Creatorem celi, &
terre.

Et in Iesum Christũ filiũ
eius vnicum dñm nostrũ.

Qui conceptus est de spi-
ritu sancto, Natus ex Ma-
ria virgine.

Passus sub Pontio Pilato,
crucifixus, mortuus, & se-

pultus.

Descendit ad inferos, tertĩã
die resurrexit à mortuis.

Ascendit in cælum: sedet
ad dexteram Dei patris om-
nipotentis.

Inde venturus est iudicare
viuos, & mortuos.

Credo in spiritũ sanctũ.

Sanctã ecclesiã catholicã.

Sãctorum cõmunionem,

Remissionem peccatorũ.

Carnis resurrectionem.

Vitam æternam. Amen.

**¶ Prædictũ symbolũ dicitur
semper ad primã in oĩb⁹
diebus præterq̃ in dñicis
Post triduo ante Pascha.**

¶ Ad tertiam. Antiphona.

Ab occultis. Psalmus. 12.



Ixit insipies
I corde suo:
nõ est deus.

Corrupti,
sunt, & abor-
minabiles facti sunt in stu-
diis suis: non est qui faciat
bonum, non est vsque ad
vnum.

Dominus de cælo prospe-
xit super filios hominum:
vt videat, si est intelligens,
aut requirens deum.

Omnes declinauerunt, si-
mul inutiles facti sunt: nõ

est qui faciat bonum, non tñat firmamentum.

est vsque ad vnum. **D**ies diei eructat verbum: & nox nocti indicat scientiam.

Sepulchrũ pacens est guttur eorum: linguis suis dolose agebant, venenũ aspidum sub labiis eorum. **N**on sunt loquelæ, neq; sermones: quorum nõ audiantur voces eorum.

Quorũ os maledictione, & amaritudine plenum est: In omnem terrã exiuit sonus eorũ: & in fines orbis terræ verba eorum.

veloces pedes eorũ ad effundendum sanguinem. **I**n sole posuit tabernaculum suum. & ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo.

Contritio, & infelicitas in viis eorum, & viam pacis non cognouerunt: non est timor Dei ante oculos eorum. **E**xultauit vt gigas ad currendam viã: à summo celo egressio eius.

Nonne cognoscẽt omnes qui operãtur iniquitatem: qui deuorant plebẽ meam sicut escam panis? **E**t occursum eius vsque ad summũ eius: nec est qui se abscondat à calore eius.

Dominum non inuocauerunt: illic trepidauerunt timore, vbi non erat timor. **L**ex Domini immaculata, conuertens animas: testimonium Domini fidele, sapientiam præstãs paruulis.

Quoniam dominus in generatione iusta est, cõsiliũ inopis confudistis, quoniã dominus spes eius est. **I**ustitiæ domini rectæ, lætificantes corda: præceptũ domini lucidum, illuminans oculos.

Quis dabit ex Sion salutare Israel? cum auerterit dominus captiuitatem plebis suæ, exultabit Iacob, & lætabitur Israel. **T**imor Dñi sanctus, permanens in sæculum sæculi: iudicia domini vera, iustificata in semetipsa.

Psalmus. 118.

COEh enarrant gloriam Dei, & opera manũ eius annun- **D**esyderabilia super aurum & lapidem pretiosum

multum: & dulciora super
mel & fauum.

Ftenim seruus tuus custo
dit ea: in custodiendis illis
retributio multa.

Delicta quis intelligit? ab
occultis meis munda me: &
ab alienis parce seruo tuo.

Si mei non fuerint domi
nati, tunc immaculatus ero,
& emundabor a delicto ma
ximo.

Et erunt, vt complacent
eloquia oris mei: & medi
tatio cordis mei in conspe
ctu tuo semper.

Domine adiutor meus: &
redemptor meus. *Psalm. 19.*

Exaudiat te Dominus
in die tribulationis:
protegat te nomen
Dei Iacob.

Mittat tibi auxiliu de san
cto: & de Sion tueatur te.

Memor sit omnis sacrifici
cij tui: & holocaustum tuu
pingue fiat.

Tribuat tibi secundum cor
tuum: & omne consilium
tuum confirmet.

Letabimur in salutari tuo:
& in nomine dei nostri ma
gnificabimur.

Impleat Dominus omnes
petitiones tuas. nunc cogno

ui, quoniam saluum fecit
dominus Christum suum.

Exaudiet illu de caelo san
cto suo: in potentatibus sa
lus dexterz eius.

Hi in curribus, & hi in e
quis: nos autem in nomi
ne Domini Dei nostri in
uocabimus.

Ipsi obligati sunt, & ceci
derunt: nos autem surrexi
mus & erecti sumus.

Domine saluum fac regem:
& exaudi nos in die, qua
inuocauerimus te.

Antiph. Ab occultis meis
munda me, & ab alienis par
ce seruo tuo.

¶ Ad Sextam. Antiph.
In deo. *Psalmus. 38.*



Dixi, Custo
diam vias
meas: vt
non delin
qua in lin
gua mea.

Posui ori
meo custodia cum consisteret
peccator aduersum me.

Obmutus, & humiliatus
sum, & filius a bonis: & do
lor meus renouatus est.

Concaluit cor meu intra
me: & in meditatione mea
exardescet ignis.

Loquutus sum in lingua mea: notum fac mihi domine finem meum.

Et numerum dierum meorum quis est? ut sciam quid desit mihi.

Ecce mensurabiles posuisti dies meos: & substantia mea tanquam nihilum ante te.

Veruntamen vniuersa vanitas, omnis homo viuens.

Veruntamen in imagine pertransit homo: sed & frustra conturbatur.

Thesaurizat: & ignorat cui congregabit ea.

Et nunc, quæ est expectatio mea? nonne Dominus: & substantia mea apud te est?

Ab omnibus iniquitatibus meis erue me: opprobrium insipienti dedisti me.

Obmui, & non aperui os meum: quonia tu fecisti: amoue a me plagas tuas.

A fortitudine manus tuæ ego defeci in increpationibus: propter iniquitatem corripuisti hominem.

Et tabescere fecisti sicut araneam animam eius: veruntamen vanè conturbatur omnis homo.

Exaudi orationem meam domine, & deprecationem

meam: auribus percipe: lacrymas meas.

Ne fileas quonia aduena ego sum apud te, & peregrinus, sicut omnes patres mei.

Remitte mihi, ut refrigerer priusquam abeam, & amplius non ero. **Psal. 61.**

Nonne Deo subiecta erit anima mea? ab ipso enim salutare meum.

Nam & ipse deus meus, & salutaris meus: susceptor meus, non mouebor amplius.

Quoufque irruitis in hominem? iterficitis vniuersi vos: tanquam parieti inclinato, & maceræ depulsa?

Veruntamen pretium meum cogitauerunt repellere, ut curri in siti: ore suo benedicebant, & corde suo maledicebant.

Veruntamen Deo subiecta esto anima mea: quoniam ab ipso patientia mea.

Quia ipse Deus meus, & saluator meus: adiutor meus, non emigrabo.

In Deo salutare meum, & gloria mea: Deus auxilij mei, & spes mea in deo est.

Sperate in eo omnis con-

gregatio populi, effundi-
te coram illo corda vestra:
Deus adiutor noster in æ-
ternum.

Veruntamen vani filij ho-
minum, mendaces filij ho-
minum in stateris, vt deci-
pian ipsi de vanitate in id-
ipsum.

Nolite sperare in iniquita-
te, & rapinas nolite concu-
piscere: diuitiæ si affluant,
nolite cor apponere.

Semel locutus est Deus,
duo hæc audiui: quia po-
testas dei est, & tibi domi-
ne misericordia: quia tu red-
des unicuique iuxta opera
sua.

Psalmus. 114.

Dilexi, quoniam ex-
audiet dominus: vo-
cem orationis meæ.

Quia inclinauit auræ suâ
mihî: & in diebus meis in-
uocabo.

Circunderunt me dolo-
res mortis: & pericula in-
ferni inuenerunt me.

Tribulationem & dolorê
inueni: & nomen Domini
inuocaui.

Domine libera animam
meam, misericors Domi-
nus & iustus: & Deus no-
ster miseretur.

Custodiens paruulos do-
minus: humiliatus sum &
liberauit me.

Conuertere anima mea in
requiem tuam: quia domi-
nus benefecit tibi.

Quia eripuit animam me-
am de morte, oculos meos
à lachrymis: pedes meos à
lapsu.

Placebo domino: in regio-
ne viuorum. *Antiphona.*
In Deo salutare meum, &
gloria mea.

Ad Nonam. Antiphona.
Deus.

Psalmus. 70.



Vi regis Is-
rael intede:
qui deducis
velut ouem,
Ioseph.

Qui sedes
super Cherubin, manife-
stare corâ Ephraim, Bèia-
min, & Manassè.

Excita potètiâ tuam, &
veni: vt saluos facias nos.

Deus conuerte nos: & o-
stende faciem tuam, & sal-
uî erimus.

Domine Deus virtutum,
quousque irasceris super
orationem serui tui?

Contribuit nos pane lachry-
marû: & potû dabis nobis

in lachrymis in mensura.

Posuit nos in contradictionem vicinis nostris: & inimici nostri subsannauerunt nos.

Deus virtutum conuerte nos: & ostende faciem tuam, & salui erimus.

Vineam de Aegypto transtulisti: eiecisti gentes, & plantasti eam.

Dux itineris fuisti in conspectu eius: & plantasti radices eius, & impleuit terram.

Operuit montes umbra eius: & arbuta eius cedros dei.

Ex tendit palmites suos usque ad mare: & usque ad flumen propagines eius.

Vt qui id destruxisti maceriam eius: & vindemiant eam omnes qui praetergrediuntur viam?

Exterminauit eam aper de sylua: & singularis ferus depastus est eam.

Deus virtutum conuerte: respice de caelo, & vide, & visita vineam istam.

Et perlice eam, quam plantauit dextera tua, & super filium hominis, quem confirmasti tibi.

Incensa igni, & suffossa: ab increpatione vultus tui

peribunt.

Fiat manus tua super virtutem dexteram tuam: & super filium hominis, quem confirmasti tibi.

Et non discedimus a te: viuificabis nos, & nomen tuum inuocabimus.

Dne deus virtutum conuerte nos: & ostende faciem tuam, & salui erimus. **Psalm. 98.**

Dominus regnauit, dirastantur populi qui sedes super Cherubim, moueatur terra.

Dns in Sion magnus: & excelsus super omnes populos.

Consiteantur nomini tuo magno, quoniam terribile & sanctum est: & honor regis iudicium diligit.

Tu parasti directiones: iudicium & iustitiam in Iacob tu fecisti.

Exaltate dominum deum nostrum, & adorate scabellum pedum eius: quoniam sanctum est.

Moyses, & Aaron in sacerdotibus eius: & Samuel inter eos, qui inuocant nomen eius.

Inuocabant Dominum, & ipse exaudiebat eos: in columna nubis loquebatur ad eos.

Custodiebant testimonia eius, & praecipuum, quod

dedit illis.

Domine Deus noster tu exaudiebas eos: de^o tu propitius fuisti eis, & vlciscēs in oēs adinuetiones eorū.

Exaltate dominum deum nostrū, & adorare in monte sancto eius: quoniā sanctus domin⁹ deus noster.

Psalmus. 125.

In conuertendo dñs captiuitatē Sion: facti sumus sicut consolati.

Tunc repletū est gaudio os nostrum, & lingua nostra exultatione.

Tunc dicent inter gentes: Magnificauit dominus facere cum eis.

Magnificauit dominus facere nobiscū: facti sumus letantes.

Conuerte Domine captiuitatem nostram sicut torrens in austro.

Qui seminant in lachrymis: in exultatione metēt.

Euntes ibant & flebant, mittentes semina sua.

Venientes autem venient cum exultatione: portantes manipulos suos.

Antipho. Deus virtutum conuerte nos.

¶ Ad vespas. P. Gal. 76.

Voce mea ad Dominum clamaui: voce mea ad deum, & intendit mihi.

In die tribulationis meę Deum exquisiui, manibus meis nocte contra eum: & non sum deceptus.

Renuit consolari aia mea: memor fui Dei, & delectatus sum, & exercitatus sum: & defecit spūs meus.

Anticipauerunt vigilias oculi mei: turbatus sum, & non sum locutus.

Cogitavi dies antiquos: & annos æternos in mente habui.

Et meditatus sum nocte cū corde meo: & scopebā spiritum meū.

Nūquid in æternū proficiet Deus? aut nō apponet vt cōplacitior sit adhuc?

Aut in finē misericordiā suam abscindet, à generatione in generationem?

Aut obliuiscetur misereri deus? aut continebit in ira sua misericordias suas?

Et dixi, Nunc cœpit hæc mutatio dexterę excelsi.

Memor fui operum domini: quia memor ero ab initio mirabilium tuorum.

Et meditabor in omnibus
operibus tuis: & in adinuen-
tionibus tuis exercebor.

Deus in sancto via tua: quia
Deus magnus sicut Deus
noster: tu es Deus qui fa-
cis mirabilia.

Notam fecisti in populis
virtutem tuam: redemisti in
brachio tuo populum tuum,
filios Iacob, & Ioseph.

Viderunt te aquae deus, vi-
derunt te aquae: & timuerunt
& turbatae sunt abyssi.

Multitudo sonitus aquarum:
vocem dederunt nubes.

Etem sagittae tuae transierunt:
vox tonitruum tuum in rota.

Illuxerunt coruscationes
tuae orbi terrae: commota
est, & contremuit terra.

In mari via tua, & semitae
tuae: in aquis multis: & ve-
stigia tua non cognoscuntur.

Deductisti sicut oves po-
pulum tuum: in manu Moy-
si, & Aaron. *Psal. iij.*

Redidi, propter quod
locutus sum: ego au-
tem humiliatus sum
nimis.

Ego dixi in excessu meo:
omnis homo mendax.

Quid retribuam domino, pro
omnibus quae retribuit mihi?

Calicem salutaris accipiam:
& nomen domini inuocabo.

Vota mea domino reddam
coram omni populo eius:
pretiosa in conspectu do-
mini mors sanctorum eius.

O domine, quia ego seruus
tuus, ego seruus tuus, & fi-
lius ancillae tuae.

Dirupisti vincula mea, tibi
sacrificabo hostiam lau-
dis: & nomen domini inuocabo.

Vota mea domino reddam in
conspectu omnis populi eius:
in atrio domus domini, in me-
dio tui Iesuralem. *Psal. iij.*

Domine exaudi ora-
tionem meam, auribus
percipe obsecrationem
meam: in veritate tua
exaudi me in tua iustitia.

Et non intres in iudicium
cum seruo tuo: quia non
iustificabitur in conspectu
tuo omnis viuens.

Quia persecutus est inimi-
cus animam meam humili-
auit in terra vitam meam.

Collocauit me in obscu-
ris sicut mortuos seculi: &
anxius est super me spi-
ritus meus: in me turbatus
est cor meum.

Memor fui dierum anti-
quorum: meditatus sum in

Feria. II. ad Completorium.

omnibus operibus tuis: & in factis manuum tuarum meditabar.

Expandi manus meas ad te: anima mea sicut terra sine aqua tibi.

Velociter exaudi me domine: defecit spiritus meus.

Non auertas faciem tuam a me: & similis ero descendentibus in lacum.

Auditam fac mihi manum tuam: quia in te speraui.

Nota fac mihi viam in qua ambulem: quia ad te leuaui animam meam.

Eripe me de inimicis meis domine ad te confugi: doce me facere voluntatem tuam: quia Deus meus es tu.

Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam: propter nomen tuum domine viuificabis me in æquitate tua.

Educes de tribulatione animam meam. & in misericordia tua disperdes omnes inimicos meos.

Et disperdes omnes qui tribulant animam meam. quonia ego seruus tuus sum. **Deinde.**

Magnificat anima. sol. II.

¶ Ad Completorium. Psal. 7.

Domine Deus meus in te speraui: saluum me fac ex omnibus

persequentibus me, & libera me.

Nequando rapiat ut leo animam meam: dum non est qui redimat, neque qui saluum faciat.

Domine deus meus si feci istud: si est iniquitas in manibus meis.

Si reddidi retribuendis mihi mala: decidam merito, ab inimicis meis inanis.

Persequatur inimicus animam meam, & comprehendat: & conculcet in terram vitam meam: & gloria mea in puluerem deducat.

Exurge domine in ira tua: & exaltare in sinibus inimicorum meorum.

Et exurge Domine Deus meus in precepto quod mandasti: & sinagoga populorum circumdabit te.

Et propter hanc in altum regredere: dominus iudicet populos.

Iudica me domine secundum iustitiam meam: & secundum innocentiam meam super me.

Consumetur nequitia peccatorum, & diriges iustitiam: scrutans corda, & renes deus.

Iustum adiutorium meum a Domino: qui saluos facit

rectos corde.

Deus iudex iustus, fortis,
& patiens: nunquid irasci-
tur per singulos dies?

Nisi conuersi fueritis, gla-
diū suū vibrauit: arcū suū
tendit, & parauit illum.

Et in eo parauit vasa mor-
tis: sagittas suas ardentibus
effecit.

Ecce parturit iniustitiam,
concepit dolorem: & pepe-
rit iniquitatem.

Lacum aperuit, & effodit
eum: & incidit in foueam
quam fecit.

Conuertetur dolor ei⁹ in
caput eius: & in verticē ip-
sius iniquitas ei⁹ descēdet.

Confitebor domino secū-
dum iustitiam eius: & psal-
lam nomini domini altis-
simi.

Psalmus. 14.

Domine, quis habita-
bit in tabernaculo
tuo? aut quis requie-
scet in monte sancto tuo?

Qui ingreditur sine macu-
la: & operatur iustitiam.

Qui loquitur veritatē in
corde suo: qui non egit do-
lum in lingua sua.

Nec fecit pximo sua ma-
lum: & opprobrium non
accepit aduersus pximos

suos.

Ad nihilum deductus est
in cōspectu eius malign⁹:
timentes autem dominum
glorificat.

Qui iurat proximo suo,
& non decipit, qui pecu-
niam suā non dedit ad vsū
ram: & munera super inno-
centem non accepit.

Qui facit hæc, non com-
uebitur in æternum.

Psalmus. 124.

Qui confidunt in do-
mino, sicut mons
Sion: non com-
mouebitur in æternū, qui
habitat in Ierusalem.

Montes in circuitu eius:
& dominus in circuitu po-
puli sui: ex hoc nunc & vs-
que in sæculum.

Quia non relinquet Do-
minus virgam peccatorum
super sortem iustorum: vt
non extendant iusti ad ini-
quitate manus suas.

Bene fac domine bonis, &
rectis corde.

Declinantes autē in obli-
gationes adducet domin⁹
cū operatibus iniquitatē:
pax super Israel. *Deinde.*

Nunc dimittis. folio. 12.

Feria. iij. ad Matutinum.

Feria tertia ad Matutinum.



Noli emulari in malignantibus: neque zelaueris facientes iniquitatem.

Quoniam tanquam fenū velociter arescent: & quē admodum olera herbarū cito decident.

Spera in dño, & fac bonitatem: & inhabita terram, & pascere in diuitiis eius.

Delectare in dño: & dabit tibi petitiones cordis tui.

Reuela dño viam tuam, & spera in eo: & ipse faciet.

Et educet quasi lumen iustitiam tuam, & iudicium tuū tanquā meridiē: subditus esto dño, & ora eum.

Noli emulari in eo: qui prosperatur in via sua, in hōie faciente iniustitias.

Desine ab ira, & derelinque furorem: noli emulari, vt maligneris.

Quoniam qui malignatur, exterminabūtur: sustinentes autem dominū, ipsi hæ rediabitur terram.

Et adhuc pusillum, & nõ erit peccator. & quæ res lo

cum eius, & non inuenies.

Mausueti autem hæreditabunt terrā, & delectabuntur in multitudine pacis.

Obseruabit peccator iustum, & stridebit super eū dentibus suis.

Dominus autem irridebit eum: quoniam prospicit, quod veniet dies eius.

Gladium euaginauerunt peccatores, intenderūt arcum suum.

Vt decipiatur, pauperem & inopem, vt trucidet rectos corde.

Gladius eorum intret in corda ipsorum: & arcus eorum confringatur.

Melius est modicū iusto, super diuitias peccatorum multas.

Quoniam brachia peccatorum conterentur: confirmat autē iustos dominus.

Nouit dominus dies immaculatorum: & hæreditas eorum in æternum erit.

Non confundentur in tempore malo, & in diebus famis saturabūtur. quia peccatores peribunt.

Inimici verò dñi, mox vt honorificati fuerint, & exaltati: deficientes, quemad

modum fumus deficient.

Mutuabitur peccator, & non soluet: iustus autē miseretur, & retribuet.

Quia benedicētes ei hære ditabit terram: maledicētes autem ei, disperibunt.

A pud dominū gressus hominis dirigentur: & viam eius volet.

Cum ceciderit, non collidetur: quia dominus supponit manum suam.

Iunior fui, etenim senui, & non vidi iustum derelictum: nec semen eius quærens panem.

Tota die miseretur, & cōmodat & semē illius in benedictione erit.

Declina à malo, & fac bonum, & inhabita in sæculum sæculi.

Quia dominus amat iudicium: & non derelinquet sanctos suos: in æternum conseruabuntur.

Inusti punientur: & semē impiorum peribit.

Iusti autem hære ditabunt terram: & inhabitabunt in sæculū sæculi super eam.

Os iusti meditabitur sapientiam: & lingua eius loquetur iudicium.

Lex Dei eius in corde ipsius: & non supplantabuntur gressus eius.

Considerat peccator iustum: & quærit mortificare eum.

Dominus autem non derelinquet eum in manibus eius: nec damnabit eum, cum iudicabitur illi.

Expecta dominum, & custodi viam eius: & exaltabit te, vt hæreditate capias terram: cum perierint peccatores, videbis.

Vidi impium superexaltatum, & eleuatum, sicut cedros Libani.

Et trāsui, & ecce nō erat: quæsiui eum, & nō est inuentus locus eius.

Custodi innocentiam, & vide equitatē: quoniam sunt reliquæ homini pacifico.

Inusti autem disperibunt: simul reliquæ impiorum interibunt.

Salus autem iustorū à domino: & protector eorum in tempore tribulationis.

Et adiuuabit eos dominus, & liberabit eos: & eruet eos à peccatoribus, & saluabit eos: quia sperauerūt in eo.

Psalmus. 48.

Feria. ij. ad Matutinum

Deus, auribus nostris
audiuimus: patres
nostri annuntiaue-
runt nobis.

Opus, quod operatus es in
diebus eorum: & in diebus
antiquis.

Manus tua gentes disper-
didit, & plantasti eos: af-
fixisti populos, & expul-
listi eos.

Nec enim in gladio suo pos-
sederunt terram, & brachium
eorum non saluauit eos.

Sed dextera tua, & bra-
chium tuum, & illumina-
tio vultus tui: quoniam com-
placuisti in eis.

Tu es ipse rex meus, &
deus meus, qui mandas sa-
lutes iacob.

In te inimicos nostros ve-
tilabimus cornu: & in no-
mine tuo spernemus insur-
gentes in nobis.

Non enim in arcu meo spe-
rabo: & gladius meus non
saluabit me.

Saluasti enim nos de affli-
gentibus nos: & odientes
nos confundisti.

In Deo laudabimur tota
die: & in nomine tuo con-
fitebimur in seculum.

Nunc autem repulisti, &

confudisti nos: & non e-
gredieris deus in virtuti-
bus nostris.

Auertisti nos retrorsum
post inimicos nostros: &
qui oderunt nos, diripie-
bant sibi.

Dedisti nos tanquam oves
escarum: & in gentibus di-
spersisti nos.

Vendidisti populum tuum
sine pretio: & non fuit mul-
tudo in commutationi-
bus eorum.

Posuisti nos opprobrium
vicinis nostris, subfanna-
tionem, & derisum his, qui
sunt in circuitu nostro.

Posuisti nos in similitudi-
nem gentibus: commotio-
nem capitis in populis.

Tota die verecundia mea
contra me est: & confusio
faciei meae cooperuit me.

A voce exprobrantis, &
obloquentis: a facie inimi-
ci, & persequentis.

Hec omnia venerunt su-
per nos, nec oblitus sumus
te: & inique non egimus in
testamento tuo.

Et non recessit retro cor
nostrum: & declinasti semi-
tas nostras a via tua.

Quoniam humiliasti nos

in loco afflictionis: & con-

peruit nos umbra mortis.

Si oblitus sumus nomen dei nostri: & si expandimus manus nostras ad Deum alienum.

Nonne deus requiret ista: ipse enim nouit abscondita cordis.

Quoniam propter te mortificamur tota die: & estimati sumus, sicut oues occisionis.

Exurge, quare obdormis domine? exurge, & ne re-
pellas in finem.

Quare faciem tuam auertis, obliuisceris inopiam nostram & tribulationis nostrae?

Quonia, humiliata est in puluere anima nostra: conglutinatus est in terra uenter noster.

Exurge domine, adiuua nos: & redime nos, propter nomen tuum. *Psalms. 108.*

Deus, laudem meam
ne tacueris: quia os
peccatoris, & os do-

losi super me apertum est.

Loquuti sunt aduersum me lingua dolosa, & sermonibus odij circuderunt me: & expugnauerunt me gratis.

Pro eo ut me diligerent, detrahebant mihi: ego autem orabam.

Et posuerunt aduersum me mala pro bonis: & odium pro dilectione mea.

Constitu super eum peccatorem: & diabolus stet a dextris eius.

Cum iudicatur, exeat condemnatus: & oratio eius fiat in peccatum.

Fiat dies eius pauci: & episcopatum eius accipiat alter.

Fiant filij eius orphani: & uxor eius uidua.

Nutates transferantur filij eius & mendicet: & eiiciantur de habitationibus suis.

Scrutetur fornicator omnem substantiam eius: & diripiat alieni labores eius.

Non sit illi adiutor: nec sit qui misereatur pupillis eius.

Fiant nati eius in interitum: in generatione una deleatur nomen eius.

In memoriam redeat iniquitas patrum eius, in conspectu domini: & peccatum matris eius non deleatur.

Fiant contra Dominum semper, & disperat de terra memoria eorum: pro

ed quod non est recordatus facere misericordiam.

Et persecutus est hominē inopem, & mendicū, & cō punctū corde mortificaro.

Et dilexit maledictionē, & veniet ei: & voluit benedictionem, & elongabitur ab eo.

Et induit maledictionem sicut vestimentum, & intravit sicut aqua in interiora eius, & sicut oleum in ossibus eius.

Fiat ei sicut vestimentum quo operitur: & sicut zona qua semper præcingitur.

Hoc opus eorum, qui detrahunt mihi apud Dñm: & qui loquuntur mala aduersus animam meam.

Et tu dñe dñe, fac mecum propter nomen tuū: quia suavis est misericordia tua.

Libera me, quia egenus & pauper ego sum: & cor meum cōcurbatum est intra me.

Sicut umbra eū declinat, ablati sum: & excussus sum, sicut locustæ.

Gruua mea infirmata sunt à ieiunio: & caro mea immutata est propter oleū.

Et ego factus sum oppro-

brium illis: viderunt me, & mouerunt capita sua.

A diuua me domine deus meus: saluum me fac secundum misericordiā tuam.

Et scient, quia manus tua hæc: & tu dñe fecisti eam.

Maledicent illi, & tu benedices: qui insurgūt in me, confundantur: seruus autem tuus lætabitur.

Induantur qui detrahunt mihi pudore: & operiantur, sicut diploide confusione sua.

Confitebor dño nimis in ore meo: & in medio multorum laudabo eum.

Qui assistit à dextris pauperis: vt saluā faceret à persequentibus animam meā.

¶ **Ad Laudes. Psal. 94.**

Venite exultemus domino, iubilem⁹ deo salutari nostro.

Preoccupemus faciē eius in confessione: & in psalmis iubilemus ei.

Quoniam Deus magnus dominus, & rex magn⁹ super omnes deos.

Quia in manu eius sunt fines terræ: & altitudines montium ipsius sunt.

Quoniam ipse est mare, & ipse

& ipse fecit illud: & siccam
manus eius formauerunt.

Venite adoremus & proci-
damus, & ploremus ante
dominum, qui fecit nos:
quia ipse est dñs Deus n̄r.

Et nos populus pascuæ e-
ius: & oues manus eius.

Hodie si vocem eius au-
dieritis, nolite obdurare
corda vestra.

Sicut in irritatione: secun-
dum diem tentationis in
deserto.

Vbi tentauerūt me patres
vestri: probauerunt & vi-
derunt opera mea.

Quadragesima annis offen-
sus fui generationi illi: &
dixi semp, hi errāt corde.

Et isti non cognouerunt
vias meas: vt iurau in ira
mea, si introibūt in requiē
meam.

Psalmus. 144.

Xaltabo te deus me⁹

Erex: & benedicam no-
mini tuo in sæculum:
& in sæculum sæculi.

Magnus dominus, & lau-
dabilis nimis. & magnitu-
dinis eius non est finis.

Generatio, & generatio
laudabūt opera tua: & po-
tentiam tuā pronūtiabūt.

Magnificentia gloriæ san-
cti tui.

B. N.

Citatis tuæ loquentur: &
mirabilia tua narrabunt.

Et virtutem terribiliū tuo-
rum dicent: & magnitudi-
dinem tuam narrabunt.

Memoria abūdantiæ sua-
uitatis tuæ eructabunt: &
iustitia tua exultabunt.

Miserator, & misericors
dominus: patiens, & mul-
tum misericors.

Suauius dominus vniuer-
sis: & miserationes eius su-
per omnia opera eius.

Confiteatur tibi domine
omnia opera tua: & sancti
tui benedicant tibi.

Gloriam regni tui dicent:
& potentia tuā loquentur.

Vt notam faciant filiis ho-
minum potentiam tuam:
& gloriam magnificentia
regni tui.

Regnū tuum, regnū o-
mnium sæculorū: & domi-
natio tua in omni genera-
tione, & generationem.

Fidelis dominus in omni-
bus verbis suis: & sanctus
in omnibus operibus suis.

Alleuat dominus omnes
qui coruunt, & erigit om-
nes elisos.

Oculi omnium in te spe-
rant domine: & tu das esca-

d

illorum in tempore oportuno.

Aperis tu manum tuam: & implebis omne animal benedictione.

Iustus dominus in omnibus viis suis: & sanctus in omnibus operibus suis.

Prope est dominus omnibus inuocantibus eum: omnibus inuocantibus eum in veritate.

Voluntatem timetium se faciet, & deprecationem eorum exaudiet: & saluos faciet eos.

Custodit dominus omnes diligentes se, & omnes peccatores disperdet.

Laudationem domini loquetur os meum: & benedicat omnis caro nomini sancto eius in seculum, & in seculum seculi.

Canticum Ezechie.

Haiz. 28.

Ego dixi, in dimidio dierum meorum: vadam ad portas inferi.

Quasi residuum annorum meorum dixi, non videbo dominum Deum in terra viventium.

Non aspiciam hominem ultra: & habitatorem quietis.

Generatio mea ablata est: & conuoluta est a me: quasi

tabernaculum pastorum.

Precisa est velut a texente vita mea: dum adhuc ordirer succidit me, de mane usque ad vesperam finies me.

Sperabam usque ad mane, quasi leo sic contriuit omnia ossa mea.

De mane usque ad vesperam finies me, sicut pullus hirudinis sic clamabo: meditabor ut columba.

Atenuati sunt oculi mei: suspicientes in excelsum.

Domine vim patior, responde pro me: quid dicam: aut quid respondebit michi cum ipse fecerim?

Recogitabo tibi omnes annos meos: in amaritudine anime mee.

Domine si sic viuitur, & in talibus vita spiritus mei: corripies me, & viuificabis me: ecce in pace amaritudo mea amarissima.

Tu autem eruiisti animam meam ut non periret: proiecisti post tergum tuum omnia peccata mea.

Quia non infernus confitebitur tibi, neque mors

laudabit te: non expectabunt qui descendunt in lacum veritatem tuam.

Viuens viuens ipse confitebitur tibi, sicut & ego hodie: pater filiis nota faciet veritatem tuam.

Domine saluum me fac: & psalmos nostros catabim⁹ cunctis diebus vite nostre in domo domini.

¶ Deinde. Benedictus. 76. 70. ¶ Ad primam. an. Mane astabo. Psalmus. 5.

Verba mea auribus percipe domine: intellige clamorem meum.

Intende voci orationis mee, rex meus & Deus meus.

Quoniam ad te orabo domine: mane exaudies vocem meam.

Mane astabo tibi & videbo: quoniam non Deus volens iniquitatem tu es.

Neque habitabit iuxta te malign⁹: neq; permanebunt iniusti ante oculos tuos.

Odisti omnes qui operantur iniquitatem: perdes omnes qui loquuntur mendacium.

Virum sanguinum & dolosum abominabitur do-

minus: ego autem in multitudine misericordie tue.

Introibo in domum tuam: adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo.

Domine deduc me in iustitia tua propter inimicos meos: dirige in conspectu tuo viam meam.

Quoniam non est in ore eorum veritas: cor eorum vanum est.

Sepulchrum patens est guttur eorum linguis suis dolose agebant: iudica illos Deus.

Decidat a cogitationibus suis, secundum multitudinem impietatum eorum expelle eos: quoniam irritauerunt te domine.

Et letetur omnes qui sperant in te in aeternum exultabunt & habitabis in eis.

Et gloriabuntur in te omnes qui diligunt nomen tuum: quoniam tu benedices iusto.

Domine, ut scuto bonae voluntatis tue coronasti nos.

Psalmus. 16.

Exaudi domine iustitiam meam: intende deprecationem meam.

Auribus percipe orationem

nem meam, non in labiis
dolosus.

De vultu tuo iudiciū meū
prodeat: oculi tui videant
æquitatem.

Probaſti cor meum, & vi-
ſtaſti nocte: igne me exa-
minaſti, & non eſt inuenta
in me iniquitas.

Vt nō loquatur os meum
opera hominum: propter
verba labiorum tuorū ego
cuſtodiui vias duras.

Perſice grefſus meos in ſe-
mitis tuis: vt non mouean-
tur veſtigia mea.

Ego clamaui, quoniā ex-
audiſti me Deus: inclina
aurem tuam mihi, & exau-
di verba mea.

Mirifica mīas tuas, qui ſal-
uos facis ſperantes in te.

Areſiſtētibus dexteræ tuę
cuſtodi me, vt pupillam
oculi.

Sub vmbra alarū tuarum
protege me, à facie impio-
rum qui me afflixerunt.

Inimici mei animā meam
circūdederunt, adipē ſuū
concluſerunt: os eorum
loquutum eſt ſuperbiam.

Proiciētes me, nunc cir-
cūdederunt me: oculos
ſuos ſtatuērunt declinare

in terram.

Suſceperunt me, ſicut leo
paratus ad prædam: & ſi-
cut catulus leonis habitans
in abditis.

Exurge domine, præue-
ni eum, & ſupplanta eum:
eripe animā meam ab im-
pio, frameam tuam, ab ini-
micis manus tuæ.

Domine à paucis de terra
diuide eos in vita eorū: de
abſconditis tuis adimple-
tus eſt venter eorum.

Saturati ſunt filiis: & dimi-
ſerunt reliquias ſuas par-
nalis ſuis.

Ego autem in iuſtitia ap-
parebo conſpectui tuo: ſa-
tiabor cum apparuerit glo-
ria tua.

Psalmus. 35.

Iudica me domine, quo-
niam ego in innocen-
tia mea ingreſſus ſum: &
in domino ſperās non in-
firmabor.

Proba me domine, & ten-
ta me: vre renes meos, &
cor meum.

Quoniā miſericordia tua
ante orulos meos eſt & cō-
placui in veritate tua.

Non ſedi cum conſilio va-
nitatis: & cum iniqua gerē-
tibus non introibo.

Odiui ecclesiam malignā.
tium: & cum impiis non
sedebo.

Lauabo inter innocentes
manus meas: & circunda-
bo altare tuum domine.

Vt audiam vocem laudis
tuz, & enarrem vniuersā
mirabilia tua.

Domine dilexi decorem
domus tue, & locum habi-
tationis glorię tuę.

Ne perdas cū impiis deus
animam meam: & cum vi-
ris sanguinum vitā meam:

In quorū manibus iniqui-
tates sunt: dextera eorum
repleta est muneribus.

Ego autem in innocentia
mea ingressus sum: redime
me & miserere mei.

Pes meus stetit in directo:
in ecclesiis benedicā te do-
mine. **In.** Mane astabo ti-
bi, & videbo qm̄ nō Deus
volens iniquitatem tu es.

Deinde. Credo. &c.
¶ Ad terciam. Antiphona.
Cantabimus. **Psalmus. 25.**

Domine in
virtute tua
letabitur
rex: & sup
salutare tuū
exultabit ve

hementer.

Desiderium cordis eius
tribuisti ei: & voluntate la-
biorum eius non fraudas-
ti eum.

Quoniam preuenisti eum
in benedictionibus dulce-
dinis: posuisti in capite
eius coronam de lapide
precioso.

Vitam petiit à te & tribui-
sti ei lōgitudinem dierum
in sæculum: & in sæculum
sæculi.

Magna est gloria eius in
salutari tuo: gloriam, &
māgnū decorem impo-
nes super eum.

Quoniam dabis eum in be-
nedictionem in sæculum
sæculi: lætificabis eum in
gaudio, cum vultu tuo.

Quoniam rex sperat in
domino: & in misericor-
dia altissimi non commo-
uebitur.

Inueniatur manus tuę o-
mnibus inimicis tuis: dex-
tera tua inueniat omnes
qui te oderunt.

Pones eos vt elibanū ignis
in tēpore vultus tui: Dñs
in ira sua conturbabit eos
& deuorabit eos ignis.

Fructum eorum de terra

perdes & semen eorum à filiis hominum.

Quoniam declinauerunt in te mala: cogitauerunt consilia, que non potuerunt stabilire.

Quoniam pones eos dorsum: in reliquiis tuis præparabis vultum eorum.

Exaltare domine in virtute tua: cantabimus, & psallemus virtutes tuas.

Psalmus. 28.

Afferte domino filij dei afferte domino filios arietum.

Afferte domino gloriam, & honoré, afferte domino gloriam nomini eius: adorate dominum in atrio sancto eius.

Vox domini super aquas Deus maiestatis intonuit: dñs super aquas multas.

Vox domini in virtute: vox dñi in magnificentia.

Vox domini cõfringentis cedros: & cõfringet dominus cedros Libani.

Et comminuet eas, tanquã vitulum Libani: & dilectum quemadmodum filius unicornium.

Vox domini intercidentis flammam ignis: vox domini concutientis desertum,

& commouebit dominus desertum Cades.

Vox domini præparantis ceruus, & reuelabit confensa, & in templo eius omnes dicent gloriam.

Dominus diluuium inhabitare facit: & sedebit dñs rex in æternum.

Dominus virtutem populo suo dabit. Dominus benedicet populo suo in pace.

Psalmus. 31.

Beatissimi quorum remissa sunt iniquitates: & quorum tecta sunt peccata.

Beatus vir cui non imputauit dñs peccatum: nec est in spiritu eius dolus.

Quoniam tacui: inueterauerunt ossa mea: dum clamarem tota die.

Quonia die ac nocte grauata est super me manus tua: cõuersus sum in grana mea dum configitur spina.

Delictum meum cognitum tibi feci: & iniusticiam meã non abscondi.

Dixi, cõfitebor aduersum me iniusticiam meam Domino: & tu remisisti impietatem peccati mei.

Pro hac orabit ad te om-

nis sanctus in tempore oportuno.

Veruntamen in diluio aquarum multarū: ad eum non approximabunt.

Tu es refugium meum à tribulatione quæ circumdedit me: exultatio mea erue me à circumdantibus me.

Intellectum tibi dabo, & instruam te in via hac, qua gradieris: firmabo super te oculos meos.

Nolite fieri sicut equus & mulus, quibus non est intellectus.

In chamo & freno maxillas eorum constringe: qui non approximant ad te.

Multa flagella peccatoris: sperātem autem in domino misericordia circumdabit.

Lætamini in domino & exultate iusti: & gloriamini omnes recti corde. *Añs.*

Cantabimus, & psallemus virtutes tuas.

Ad Sextam. Antiphō.
Sit nomen. *Psalmus. 72.*



Dixit insipiens in corde suo: nō est Deus. **C**orrupti sunt, & a-

bominabiles facti sunt in iniquitatibus non est qui faciat bonum.

Deus de cælo prospexit super filios hominum: ut videat, si est intelligēs, aut requirens Deum.

Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt: nō est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum.

Nōne scient omnes, qui operantur iniquitatē: qui deuorāt plebem meam, ut cibum panis?

Deum nō inuocauerunt: illic trepidauerūt timorē, ubi nōn erat timor.

Quoniam Deus dissipauit ossa eorum, qui hominibus placent: cōfusi sunt quoniam deus spreuit eos.

Quis dabit ex Sion salutare Israel? cū cōuerterit de captiuitate plebis suæ, exultabit Iacob, & læbitur Israel. *Psalmus. 77.*

Deus iudicium tuum regi da: & iustitiam tuam filio regis.

Iudica populum tuum in iustitia, & pauperes tuos in iudicio.

Suscipiant montes pacem populo: & colles iustitiā.

Judicabit pauperes populi, & saluos faciet filios pauperum: & humiliabit calumniatorem.

Et permanebit cum sole, & ante lunā, in generatione, & generationem.

Descendet, sicut pluuia in vellus: & sicut stillicidia stillantia super terram.

Orietur in diebus eius iustitia, & abundantia pacis: donec auferatur luna.

Et dñabitur à mari vsque ad mare: & à flumine vsq; ad terminos orbis terrarū.

Coram illo procidēt Aethiopes: & inimici eius terram lingent.

Reges Tharsis, & insulæ munera offerent: reges Arabum, & Saba dona adducent.

Et adorabunt eum omnes reges terræ: omnes gentes seruient ei.

Quia liberabit pauperem à potēte, & pauperem, cui non erat adiutor.

Parceat pauperi, & inopi: & animas pauperū saluas faciet.

Ex vsuris, & iniquitate redimet animas eorum: & honorabile nomen eorū co-

ram illo.

Et viuet, & dabitur ei de auro Arabiq; & adorabunt de ipso semper. tota die benedicent ei.

Et erit firmamentum in terra in summis montium, superextolletur super Libanum fructus eius: & florebunt de ciuitate, sicut fœnum terræ.

Sit nomē eius benedictū in sæcula: ante solem permanet nomen eius.

Et benedicetur in ipso omnes tribus terræ: omnes gentes magnificabūt eum.

Benedict⁹ dñs Deus Israel, qui facit mirabilia solus.

Et benedictū nomen maiestatis eius in æternum, & replebitur maiestate eius omnis terra, fiat fiat.

Psalmus. 120.

IEuai oculos meos in montes: vnde veniet auxilium mihi.

Auxilium meum à domino: qui fecit cælū & terrā.

Non det in cōmotionem pedem tuū: neque dormitet qui custodit te.

Ecce non dormitabit neque dormiet, qui custodit Israel.

Dominus custodit te, do-
min⁹ protectio tua : super
manum dexteram tuam.

Per diem sol non vret te:
neque luna per noctem.

Dominus custodit te ab
omni malo : custodiat ani-
mam tuam dominus.

Domin⁹ custodiat introi-
tum tuū & exitū tuum, ex
hoc nūc & vsq; in sæculū.

Ana. Sit nomen domini
benedictum in sæcula.

Ad Nonam Antiphona.
Sit splendor, **Psalmus. 89.**

Domine refugiu
factus es nobis:
à generatione in
generationem.

Prius quā montes fierent,
aut formaretur terra & or-
bis: à sæculo, & vsq; in sæ-
culum tu es Deus.

Ne auertas hominē in hu-
militatem, & dixisti, con-
uertimini filij hominum.

Quoniam mille anni ante
oculos tuos: tanquam dies
hesterna, quæ præteriit.

Et custodia in nocte: quæ
pro nihilo habentur, eo-
rum anni erunt.

Mane sicut herba transeat
mare floreat & trāseat: ve-
spere decidat, induret, &

arescat.

Quia defecim⁹ in ira tua:
& in furore tuo cōturbati
sumus.

Posuiti iniquitates nras
io conspectu tuo: sæculū
nostrum in illuminatione
vultus tui.

Quoniam omnes dies no-
stri defecerunt: & in ira tua
defecimus.

Anni nostri, sicut aranea
meditabuntur: dies anno-
rum nostrorum in ipsis se-
ptuaginta anni.

Si autem in potentatibus
octoginta anni: & amplius
eorum labor & dolor.

Quoniam superuenit mā-
suetudo: & corripiemur.

Quis nouit potestaté iræ
tuæ: & præ timore tuo irā
tuam dinumerare?

Dexteram tuam sic notā
fac: & eruditos corde in sa-
pientia.

Conuertere domine, vs-
quequo? & deprecabilis e-
sto super seruos tuos.

Repleti sumus mane misē-
ricordia tua: & exultau-
imus, & delectati sumus o-
mnibus diebus nostris.

Lætati sumus pro diebus
quibus nos humiliasti: an-

nis quibus vidimus mala.

Respice in seruos tuos, & in opera tua: & dirige filios eorum.

Et sit splendor domini dei nostri super nos, & opera manuum nostrarum dirige super nos: & opus manuum nostrarum dirige.

Psalmus. 94.

Dominus regnavit exultet terra: lætentur insulæ multæ.

Nubes, & caligo in circuitu eius: iustitia, & iudiciū correctio sedis eius.

Ignis ante ipsum præcedet: & inflamabit in circuitu inimicos eius.

Alluxerunt fulgura eius orbi terræ: vidit, & commota est terra.

Montes, sicut cæra, fluxerunt à facie domini: à facie domini omnis terra.

Annunciauerunt cæli iustitiam eius: & viderunt omnes populi gloriam eius.

Confundatur omnes, qui adorant sculptilia: & qui gloriantur in simulachris suis.

Adorate eum omnes angeli eius, audiuit, & lætata est Sion.

Et exultauerunt filie Iudæ, ppter iudicia tua dñe.

Quoniam tu dominus altissimus super omnem terram, nimis exaltatus es super omnes deos.

Qui diligitis dominum, odite malum: custodit dominus animas sanctorum suorum, de manu peccatoris liberavit eos.

Lux orta est iusto: & relictis corde lætitia.

Lætamini iusti in domino: & constemini memorie sanctificationis eius.

Psalmus. 126.

Nisi dominus ædificauerit domum: in vanum laborauerunt, qui ædificant eam.

Nisi dominus custodierit ciuitatem, frustra vigilat, qui custodit eam.

Vanum est vobis ante lucem surgere: surgite postquam sederitis, qui manducatis panem doloris.

Cum dederit dilectis suis somnum: ecce hæreditas domini, filij, merces fructus ventris.

Sicut sagittæ in manu potentis: ita filij excussorum.

Beatus vir, qui impleuit

desyderium suum ex ipsis: non confundetur, cum loquetur inimicis suis in porta. **Antiphona.** Sit splendor domini Dei nostri super nos. ¶ **Ad Vesperas.**

Psalms. 31.

Benedicam dominum in omni tempore: semper laus eius in ore meo.

In domino laudabitur anima mea: audiant mansueti, & lætentur.

Magnificate dñm mecum: & exaltemus nomen eius in idipsum.

Exquisiui dominum, & exaudiuit me: & ex omnibus tribulationibus meis eripuit me.

Accedite ad eum, & illuminamini: & facies vestre non confundentur.

Iste pauper clamauit, & dominus exaudiuit eum: & ex omnibus tribulationibus eius saluauit eum.

Immittet angelus domini in circuitu timentium eum: & eripiet eos.

Gustate, & videte, quonia fruis est dominus. beatus vir qui sperat in eo.

Timete dominum omnes

sancti eius: quoniam non est inopia timētibz eum.

Diuites eguerunt, & esurierunt: inquirentes autem dominum, non minuētur omni bono.

Venite filij, audite me: timorem dñi docebo vos.

Quis est homo qui vult vitam, diligit dies videre bonos?

Prohibe linguam tuam a malo, & labia tua ne loquantur dolum.

Diuerte a malo, & fac bonum: inquire pacē, & persequere eam.

Oculi dñi super iustos: & aures eius in preces eorū.

Vultus autē dñi super facientes mala: vt perdat de terra memoriam eorum.

Clamauerunt iusti, & dominus exaudiuit eos: & ex omnibus tribulationibus eorum liberauit eos.

Iuxta est dominus iis, qui tribulato sunt corde, & huius miles spiritu saluabit.

Multę tribulationes iustorum: & de omnibus his liberabit eos dominus.

Custodit dominus omnia ossa eorum: vnum ex his non conteretur.

Mors peccatorum pessima: & qui oderunt iustum, delinquent.

Redimet dominus animas seruorum suorum: & non delinquent omnes, qui sperant in eo. *Psalmus. 46.*

Beatus vir qui intelligit super egenum & pauperem. in die mala liberabit eum dominus.

Dominus conseruet eum & viuificet eum: & beatum faciat eum in terra: & non tradat eum in animam inimicorum eius.

Dominus opem ferat illi super lectum doloris eius: vniuersum stratum eius versasti in infirmitate eius.

Ego dixi domine misere-re mei: sana animam meam, quia peccaui tibi.

Inimici mei dixerunt mihi mala: quando morietur, & peribit nomen eius.

Et si ingrediebatur ut videret: vana loquebatur cor eius: congregauit iniquitatem sibi.

Egrediebatur foras: & loquebatur in idipsum.

Aduersum me susurrabant omnes inimici mei: aduersum me cogitabant mala mihi.

Verbum iniquum constituerunt aduersum me: nunquid qui dormit non adiciet ut resurgat?

Etenim homo pacis meae in quo speraui. qui edebat panes meos, magnificauit super me supplantationem.

Tu autem Domine misere-re mei: & resuscita me, & retribuam eis.

In hoc cognoui quoniam voluisti me, quoniam non gaudebit inimicus meus super me.

Me autem propter innocentiam suscepisti & confirmasti me in conspectu tuo in aeternum.

Benedictus dominus deus Israel: a saeculo & usque in saeculum. fiat fiat.

Psalmus. 112.

Laudate pueri Domini: laudate nomen Domini.

Sicut nomen Domini benedictum: ex hoc nunc, usque in saeculum.

A solis ortu usque ad occasum: laudabile nomen domini.

Excelsum super omnes gentes dominus: & super caelos gloria eius.

Quis sicut dominus Deus noster, qui in altis habitat.

& humilia respicit in celo?
& in terra?

Suscitans à terra inopem,
& de stercore erigens pau-
perem.

Vt colloceat eum cū prin-
cipibus, cum principibus
populi sui.

Qui habitare facit sterile
in domo: matrem filiorum
letantē. *Deinde canticum.*
Magnificat anima. *fo. 11.*

Ad Completorium.

Psalms. 10.



N Domino
cōfido: quo-
modo dicitis
animæ
meæ, trans-

migra in montem, sicut
passer?

Quoniam ecce peccatores
intenderunt arcum: para-
uerunt sagittas suas in pha-
reta, vt sagittent in obscu-
ro reōtos corde.

Quoniam, quæ perfecisti
destruxerūt: iustus autem
quid fecit?

Dominus in templo san-
cto suo: dominus in celo
sedes eius.

Oculi eius in pauperē re-
spiciunt: palpebræ eius in-
terrogant filios hominum.

Dominus interrogat iu-
stum, & impium: qui autē
diligit iniquitatem, odit a-
nimam suam.

Pluet super peccatores la-
queos: ignis, & sulphur, &
spiritus procellarum, pars
calicis eorum.

Quoniam iustus dominus
& iustitias dilexit: æquita-
tem vidit vultus eius.

Psalms. 15.

Conserua me domi-
ne, quoniam spera-
ui in te: dixi domi-
no, Deus meus es tu quo-
niam honorum meorum
non eges.

Sancis, qui sunt in terra
eius, mirificauit omnes vo-
luntates meas in eis.

Multiplicatæ sunt infirmē-
tates eorum, postea acce-
lerauerunt.

Non congregabo conuē-
ticula eorum de sanguini-
bus: nec memor ero nomi-
num eorum per labia mea.

Dominus pars hæredita-
tis meæ, & calicis mei, tu
es qui restitues hæredita-
tem meam mihi.

Punes ceciderunt mihi in
præclaris: etenim hæredi-
tas mea præclara est mihi.

Feria. iij. ad Completorium.

Benedicam dominum, qui tribuit mihi intellectum insuper, & usque ad noctem increpauerunt me renes mei.

Prouidebam dominum in conspectu meo semper: quoniam a dextris est mihi ne commouear.

Propter hoc lætatum est cor meum, & exultauit lingua mea: insuper, & caro mea requiescet in spe.

Quoniam non derelinques animam meam in inferno: nec dabis sanctum tuum videre corruptionem.

Notas mihi fecisti vias vite: adimplebis me lætitia cum vultu tuo: delectationes in dextera tua usque in finem.

Psalmus. 29.

Exaltabo te domine, quoniam suscepisti me: nec delectasti inimicos meos super me.

Domine Deus meus clamaui ad te: & sanasti me.

Domine eduxisti ab inferno animam meam: saluasti me a descendantibus in lacum.

Pallite domino sancti eius, & confitemini memorie sanctitatis eius.

Quoniam ira in indigna-

tionem eius: & vita in voluntate eius.

Ad vesperum demorabitur fletus: & ad matutinum lætitia.

Ego autem dixi in abundantia mea, non mouebo in æternum.

Domine, in voluntate tua: præstitisti decori meo virtutem.

Auertisti faciem tuam a me, & factus sum conturbatus.

Ad te domine clamabo, & ad deum meum deprecabor.

Quare utilitas in sanguine meo: dum descendo in corruptionem?

Nunquid confitebitur tibi puluis: aut annuntiabit veritatem tuam?

Audiuit dominus, & miseratus est mei: dominus factus est adiutor meus.

Conuertisti placetum meum in gaudium mihi: concidisti lacum meum, & circumdedisti me lætitia.

Vt cantet tibi gloria mea, & non compungar: domine deus meus in æternum confitebor tibi.

¶ Deinde. Nunc dimittis. Psalms. 118.

¶ Feria quarta ad Matutinum, Psalmus. 48.



Vdite hæc eorum domus illorum in
omnes gē- aternum.

tes: aurib⁹ **T**abernacula eorum in
pcipite o- progenie, & progenie: vo-
mnes, qui cauerūt nomina sua in ter-
habitationis ris suis.

orbem. **E**t homo, cum in honore
esset, non intellexit: com-
paratus est iumentis insi-
pientibus, & similis factus
est illis.

Hæc via illorum scanda-
lum ipsis: & postea in ore
suo complacebunt.

Sicut oves in inferno possi-
ti sunt: mors depascet eos.

Et dominabuntur eorum
iusti in matutino: & auxi-
lium eorum veterascet in
inferno à gloria eorum.

Verūtamen deus redimet
animā meam de manu iu-
feri: cum acceperit me.

Ne timueris, cum diues
factus fuerit homo: & cū
multiplicata fuerit gloria
domus eius.

Quoniam cum interierit,
non sumet omnia: neque
descendet cum eo gloria
eius.

Quia anima eius in vita
ipsius benedicetur: confi-
tebitur tibi, cum bñese-
ceris ei.

Quique terrigenæ, & filij
hominum: simul in vnum
diues, & pauper.

Os meum loquetur sapiē-
tiam: & meditatio cordis
mei prudentiam.

Inclmabo in parabolā au-
rem meam, aperiā in psal-
terio propositionem meā.

Cur timebo in die mala?
Cur timebo in die mala?
iniquitas calcanei mei cir-
cundabit me.

Qui confidunt in virtute
sua: & in multitudine diui-
tiarum suarum gloriātur.

Frater non redimit, redi-
met homo? non dabit Deo
placationem suam.

Et pretium redemptionis
animæ suæ: & laborabit in
æternum, & viuet adhuc
in finem.

Non videbit interitū, cū
viderit sapientes morien-
tes: simul insipiens, & stul-
tus peribunt.

Et relinquent alienis di-
uitias suas: & sepulchra

Peria. iiii. ad Matutinum.

Intrabit in progenies patrum suorum: & vsque in æternum non videbit lumen.

Homo, cum in honore esset, nõ intellexit: cõparatõ est iumētis insipientibus, & similis factus est illis.

Psalmus. 58.

Ripe me de inimicis meis deus meus: & ab insurgentibus in me libera tue.

Ripe me de operantibus iniquitatẽ: & de viris sanguinum salua me.

Quia ecce cõperunt animam meam: irruerunt in me fortes.

Neque iniquitas mea, neque peccatum meum Domine: sine iniquitate cucurri, & direxi.

Exurge in occursum meum, & vide: & tu dñe Deus virtutum Deus Israel.

Intende ad visitandas omnes gentes: non miserearis omnibus qui operantur iniquitatem.

Conuertetur ad vespërã, & famẽ patietur, vt canes: & circuibunt ciuitatem.

Ecce loquetur in ore suo: & gladius in labiis eorum,

quoniam quis audiuit?

Et tu Domine deridebis eos: & ad nihilum deduces omnes gentes.

Fortitudinem meam ad te custodiam, quia Deus susceptor meõ es: deus meus, misericordia eius præueniet me.

Deus ostendit mihi super inimicos meos, ne occidas eos: nequando obliuiscatur populi mei.

Disperge illos in virtute tua: & depone eos protector meus domine.

Delictum oris eorum, & sermonem labiorum ipsorum, & comprehendantur in superbia sua.

Et de execratione, & mendacio annuntiabuntur in consummatione: in ira consummationis, & non erunt.

Et scient, quia Deus dominabitur iacob, & finium terræ.

Conuertentur ad vespërã, & famem patientur vt canes: & circuibunt ciuitatem.

Ipsi dispergetur ad mādũ: si vero non fuerint saturati, murmurabunt.

Ego

Ego autem cantabo fortitudinem tuam, & exaltabo mane misericordiam tuam.

Quia factus es susceptor meus, & refugium meum in die tribulationis mee.

Adiutor meus tibi psallam, quia deus susceptor meus es. deus meus misericordia mea.

Psalmus. 77.

At tendite popule meu: legem meam: inclinate aurem vestram in verba oris mei.

Aperiam in parabolis os meum: loquar propositiones ab initio.

Quanta audiimus, & cognouimus ea: & patres nostri narrauerunt nobis.

Non sunt occultata a filiis eorum, in generatione altera.

Narrantes laudes domini, & virtutes eius: & mirabilia eius, quae fecit.

Et suscitauit testimonium in Iacob: & legem posuit in Israel.

Quanta mandauit patribus nostris: nota facere ea filiis suis: ut cognoscat generatio altera.

Filij qui nascentur, & exurgent, & narrauerunt filiis suis.

Vt ponant in Deo spem suam, & non obliuiscantur operum dei, & mandata eius exquirant.

Ne siant sicut patres eorum generatio praua, & exasperans.

Generatio, quae non direxit cor suum, & non est creditus eum deo spiritus eius.

Fili Ephraim intendentes, & mittentes arcum: conuersi sunt in die belli.

Non custodierunt testamentum dei: & in lege eius noluerunt ambulare.

Et obliuiscuntur benefactorum eius: & mirabilia eius, quae ostendit eis.

Coram patribus eorum fecit mirabilia in terra Aegypti: in campo Tanecos.

Interripit mare, & perduxit eos, & statuit aquas quasi in vitro.

Et deduxit eos in nube diei: & tota nocte in illuminatione ignis.

Interripit petram in eremo: & adaquauit eos velut in abyssu multa.

Et eduxit aquam de petra: & eluxit tanquam flumina aquas.

Et apposuerunt adhuc pec-

B.

N.

e

care ei, in irā excitauerunt
 excelsum in inaquoso.

Et tentauerunt Deum in
 cordibus suis, vt peterent
 escas animabus suis.

Et male locuti sunt de
 Deo, dixerunt, Nunquid
 poterit Deus parare men-
 sam in deserto?

Quoniā percussit petrā,
 & fluxerunt aqua, & tor-
 rentes inundauerunt.

Nunquid & panem pote-
 rit dare, aut parare men-
 sam populo suo?

Ideo audiuit dominus, &
 distulit: & ignis accensus
 est in iacob, & ira Dei a-
 scendit in Israel.

Quia non crediderunt in
 deo, nec sperauerunt in sa-
 lutarī eius.

Et mādauit nubibus desu-
 per, & ianuas cæli aperuit.

Et pluit illis māna ad man-
 ducandum: & panem cæli
 dedit eis.

Panem angelorū mandu-
 cavit homo: cibaria misit
 eis in abundantia.

Transtulit Austrū de cæ-
 lo: & induxit in virtute
 sua Africum.

Et pluit super eos, sicut
 puluerem, carnes: & sicut

arenam maris, volatilia pē-
 nata.

Et ceciderunt in medio ca-
 strorum eorum, circa ta-
 bernacula eorum.

Et manducauerunt, & sa-
 turati sunt nimis, & desy-
 derium eorum attulit eis,
 non sunt fraudati à desy-
 derio suo.

Adhuc esse eorum erant
 in ore ipsorum: & ira Dei
 ascendit super eos.

Et occidit pingues corū:
 & electos Israel ipediuit.

Et omnibus his peccauc-
 runt adhuc & non credide-
 runt in mirabilibus eius.

Et defecerunt in vanitate
 dies eorum: & anni eorum
 cum festinatione.

Cū occideret eos, qua-
 rebant eum: & reuerteban-
 tur, & diluculo veniebant
 ad eum.

Et rememorati sunt, quia
 Deus adiutor est eorum:
 & deus excelsus, redēptor
 eorum est.

Et dilexerunt eum in ore
 suo, & lingua sua mentiti
 sunt ei.

Cor autem eorum non e-
 rat rectum cum eo: nec fi-
 deles habiti sunt in testa-

mento eius.

Ipsē autem est misericors, & propitius fiet peccatis eorum: & non disperdet eos.

Et abundabit, ut aduertet iram suam: & non accedit omnem iram suam.

Et recordatus est, quia caro sunt, spiritus vadens, & non rediens.

Quoties exacerbauerunt eū in deserto? in irā concitauerūt eum in inaquoso?

Et conuersi sunt, & tentauerunt Deum & sanctam Israel exacerbauerunt.

Non sunt recordati manus eius, die, qua redemit eos de manu tribulantis.

Sicut posuit in Aegypto signa sua: & prodigia sua in campo Taneos.

Et conuertit in sanguine flumina eorū: & imbres eorum, ne biberent.

Misit in eos cynomyā, & comedit eos: & ranam, & dispersit eos.

Et dedit ærugini fructus eorum: & labores eorum locusta.

Et occidit in grandine vineas eorum: & moros eorum in pruina.

Et tradidit grandini iu-

menta eorum: & possessiones eorum igni.

Misit in eos iram indignationis suę indignationem, & iram, & tribulationem: immisiones per angelos malos.

Viam fecit semitę irę suę, & non pepercit à morte animabus eorum: & iumentorum eorū in morte cōclusit.

Et percussit omne primogenitum in terra Aegypti: primitias omnis laboris eorum in tabernaculis Chā.

Et abstulit, sicut oues, populū suum: & perduxit eos tanquam gregē in deserto.

Et deduxit eos in spē: & non timuerūt & inimicos eorum operuit mare.

Et induxit eos in montem sanctificationis suę montem quem exquisiuit dextera eius.

Et eiecit à facie eorū gentes & sorte diuisit eis terrā in funiculo distributionis.

Et habitare fecit in tabernaculis eorū tribus Israel.

Et tentauerunt, & exacerbauerunt Deum ex eis: & testimonia eius non custodierunt.

Erauerunt se, & nō ser-

uauerunt pactū, quemadmodum patres eorum, cōuersi sunt in arcū prauū.

In iram concitauerunt eū in collibus suis: & in sculpilibus suis ad amulationem eum prouocauerūt.

Audiuit Deus, & spreuit: & ad nihilum redegit ualde Israel.

Et repulit tabernaculū Sio, tabernaculū suum: ubi habitauit in hominibus.

Et tradidit in captiuitatē uirtutem eorū: & pulchritudinem eorum in manus inimici.

Et concludit in gladio populum suum, & hæreditatem suam spreuit.

Iuuenes eorum comedit ignis: & uirgines eorum non sunt lamentatæ.

Sacerdotes eorum in gladio ceciderunt: & uiduæ eorum non plorabantur.

Et excitatus est tanquam dormiens dñs: tanquā potens crapulatus à uino.

Et percussit inimicos suos in posteriora: opprobrium sempiternum dedit illis.

Et repulit tabernaculum Ioseph: & tribum Ephraim non elegit.

Sed elegit tribum Iuda: mōtem Sion, quē dilexit.

Et ædificauit, sicut uniuersum, sanctificium suum in terra quam fundauit in secula.

Et elegit Dauid seruum suū, & sustulit eum de gregibus ouiu: de post scetantes accepit eum.

Pascere Iacob seruu suū, & Israel hæreditatem suā.

Et pauit eos in innocentia cordis sui, & in intellectibus manuu suarum deduxit eos.

¶ Ad Laudes. Psalmus. 80.

Exultate deo adiutori nostro: iubilate deo Iacob.

Sumite psalmum, & date tympanum: psalterium iucundum, cum cithara.

Buccinate in neomenia tua, in insigni die solennitatis uestræ.

Quia præceptum in Israel est, & iudiciū Deo Iacob.

Testimonium in Ioseph posuit illud, cum exiret de terra Aegypti: linguā, quā non nouerat, audiuit.

Diuertit ab oneribus dorsum eius: manus eius in cophino seruierunt.

In tribulatione inuocasti me, & liberaui te, exaudiui te in abscondito temptatis: probaui te apud a-

quam contradictionis. **A**udi populus meus, & cōtestabor te: Israel, si audieris me: non erit in te deus recens, neq; adorabis deū alienum.

Ego enim sum Dominus deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti: dilata os tuum, & implebo illud.

Et non audiuit populus meus vocem meā: & Israel non intendit mihi.

Et dimisi eos secundū desideria cordis eorum, ibūt in adiuentionibus suis.

Si populus meus audisset me: Israel si in viis meis ambulasset.

Pro nihilo forsitan inimicos eorum humiliassem: & super tribulantes eos misissem manum meam.

Inimici Domini mentiti sunt ei: & erit tempus eorū in secula.

Et cibauit eos ex adipe frumētī: & de petra, melle saturauit eos. **ps. 134.**

Laudate nomen dñi. **A**udate nomen dñi. **L**audate serui dñi.

Qui statis in domo dñi: in atriis domus dei nostri.

Laudate dominum: quia bonus dominus. psallite nomini eius: quoniam suauē.

Quoniam Iacob elegit sibi dominus: Israel in possessionem sibi.

Quia ego cognoui, quōd magnus est dñs. & deus noster p̄ omnibus diis.

Omnia, quæcunq; voluit dominus, fecit in cœlo, & in terra: in mari, & in omnibus abyssis.

Educens nubes ab extremo terræ: fulgura in pluuiam fecit.

Qui produxit ventos de thesauris suis: qui percussit primogenita Aegypti, ab homine vsq; ad pecus.

Et misit signa, & prodigia in medio tui Aegyptē: in Pharaonem, & in omnes seruos eius.

Qui percussit gētes multas: & occidit reges fortes.

Schon regem Amorrhœorum, & Og regem Basan, & omnia regna Chanaan.

Et dedit terram eorū hæreditatem: hæreditatem Israel populo suo.

Domine, nomen tuum in

Feria. iiii. ad Laudes.

aternum: domine, memoriale tuum in generatione, & generationem.

Quia iudicabit dominus populum suum: & in seruis suis deprecabitur.

Simulachra gentium argentum, & aurum: opera manuum hominum.

Os habent, & non loquentur: oculos habent, & non videbunt.

Aures habent, & non audient: neque enim est spiritus in ore ipsorum.

Similes illis fiant, qui faciunt ea: & omnes qui confidunt in eis.

Domus Israel benedicite domino: domus Aaron benedicite domino.

Domus Leui benedicite domino: qui timetis dominum, benedicite domino.

Benedictus dominus ex Sion, qui habitat in Ierusalem.

¶ Canticū Annæ. 1. reg. 2.

Exultauit cor meum in domino: & exaltatum est cornu meum in deo meo.

Elatatum est os meum super inimicos meos: quia letata sum in salutari tuo,

Non est sanctus, ut est dominus: neque enim est alius extra te: & non est fortis, sicut deus noster.

Nolite multiplicare loqui sublimia, gloriantes.

Recedant vetera de ore vestro, quia deus scientiarum dominus est: & ipsi præparantur cogitationes.

Arcus fortium superatus est: & infirmi accincti sunt robore.

Repleti prius, pro panibus se locauerunt: & famelici saturati sunt.

Donec sterilis peperit plurimos: & que multos habebat filios, infirmata est.

Dominus mortificat, & uiuificat: deducit ad inferos, & reducit.

Dominus pauperem facit, & ditat: humiliat, & subleuat.

Suscitat de puluere egenum: & de stercore eleuat pauperem.

Vt sedeat cum principibus: & solum gloriæ teneat.

Domini enim sunt cardines terræ: & posuit super eos orbem.

Pedes sanctorum suorum seruet, & impij in tene-

Uis conticescent: quia non in fortitudine sua roborabitur vir.

Dominum formidabunt aduersarii eius: & super ipsos in caelis tonabit.

Dominus iudicabit fines terrae, & dabit imperium regi suo: & sublimabit cornu Christi sui.

¶ **Deinde canticum**

Benedictus. folio. 5.

¶ **Ad Primam. Antipho.**

Deus.

Psalmus. 6.



Omne, ne in furore tuo arguas me: neque in ira tua corripas me.

Miserere mei domine, quoniam infirmus sum: sana me domine, quoniam conturbata sunt ossa mea.

Et anima mea turbata est valde: sed tu domine usquequo?

Conuertere domine, & eripe animam meam: saluum me fac propter misericordiam tuam.

Quoniam non est, in morte qui memor sit tui: in inferno autem quis confitebitur tibi?

Laboravi in gemitu meo, lauabo per singulas noctes lectum meum: lachrymis meis stratum meum rigabo.

Turbatus est a furore oculus meus: inueteravi inter omnes inimicos meos.

Discedite a me omnes qui operamini iniquitatem: quoniam exaudiuit dominus vocem fletus mei.

Exaudiuit dominus deprecationem meam: dominus orationem meam suscepit.

Erubescant & conturbentur vehementer omnes inimici mei: conuertantur & erubescant valde velociter.

Psalmus. 117.

Confitemini domino quoniam bonus quoniam in seculum misericordia eius.

Dicat nunc Israel quoniam bonus: quoniam in seculum misericordia eius.

Dicat nunc domus Aaron: quoniam in seculum misericordia eius.

Dicant nunc, qui timent dominum: quoniam in seculum misericordia eius.

De tribulatione inuocaui dominum: & exaudiuit me in latitudine dominus.

Dominus mihi adiutor:

nō timebo quid, faciat mihi homo.

Dominus mihi adiutor: & ego despiciam inimicos meos.

Bonum est confidere in domino: quā confidere in homine.

Bonum est sperare in domino: quā sperare in principibus.

Omnes gentes circueierūt me: & in nomine domini, quia vltus sum in eos.

Circundantes circundederunt me: & in nomine dñi, quia vltus sum in eos.

Circūdederūt me, sicut apes & exarserūt, sicut ignis in spinis: & in nomine dñi, quia vltus sum in eos.

Impulsus euersus sum, vt caderem: & dominus suscepit me.

Fortitudo mea, & laus mea dominus: & factus est mihi in salutem.

Vox exultationis, & salutis: in tabernaculis iustorū.

Dextera domini fecit virtutem. dextera domini exaltauit me. dextera Domini fecit virtutem.

Non moriar, sed viuam: & narrabo opera domini.

Castigans castigauit me dominus: & morti non tradidit me.

Aperite mihi portas iustitiæ, ingressus in eas confitebor domino: hæc porta dñi, iusti intrabūt in eam.

Confitebor tibi, quoniam exaudisti me: & factus es mihi in salutem.

Lapidem, quem reprobauerunt & edificantes: hic factus est in caput anguli.

Ad domino factū est istud: & est mirabile in oculis nostris.

Hæc est dies, quam fecit dominus exultemus, & lætemur in ea.

O domine saluum me fac, o Domine bene prosperare. benedict⁹, qui venit in nomine domini.

Benediximus vobis de domino domini: deus domin⁹, & illuxit nobis.

Constituite diem solennem in cōdensis: vsque ad cornu altaris.

Deus meus es tu, & confitebor tibi: Deus meus es tu, & exaltabo te.

Confitebor tibi, quoniam exaudisti me: & factus es mihi in salutem.

Confitemini domino. quoniam bonus: quonia in seculum misericordia eius.

Psalmus. 110.

Domine non est exaltatum cor meum: neque elati sunt oculi mei.

Neque ambulavi in magnis: neque in mirabilibus super me.

Si non humiliter sentiebam, sed exaltaui animam meam.

Sicut ablactatus est super matre sua: ita retributio in anima mea.

Speret Israel in domino: ex hoc nunc & usque in seculum.

An. Deus dominus & illuxit nobis. *Deinde.* Credo. &c.

Ad tertiam. Antipho. Emitte. *Psalmus. 42.*



Vdica me deus, & discerne causam meam de gente non sancta: ab

homine iniquo, & doloso erue me.

Quia tu es Deus fortitudo mea: quare me repulisti? & quare tristis incedo, dum affligit me inimicus?

Emitte lucem tuam, & ve-

ritatem tuam: ipsa me deduxerunt, & adduxerunt in montem sanctum tuum, & in tabernacula tua.

Et introibo ad altare dei: ad deum, qui latificat iuventutem meam.

Confitebor tibi in cithara, Deus Deus meus, quare tristis es anima mea? & quare conturbas me?

Spera in deo, quonia adhuc confitebor illi, salutare vultus mei, & deus meus.

Psalmus. 44.

Erustauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi, lingua mea calamus scribae: velociter scribentis.

Speciosus forma pre filiis hominum, diffusa est gratia in labiis tuis: propterea benedixit te deus in eternum.

Accingere gladio tuo super femur tuum: potentissime.

Specie tua, & pulchritudine tua intende prospere, procede, & regna.

Propter veritatem, & mansuetudinem, & iustitiam: deducet te mirabiliter dextera tua.

Sagittae tuae acutae (popu-

Ij sub te cadent) in corda inimicorum regis.

Sedes tua deus in seculu seculi: virga directionis, virga regni tui.

Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem: propterea vnxit te deus, deus tuus oleo lætitiæ, præ consortibus tuis.

Myrtha, & gutta, & castia à vestimentis tuis, à domib⁹ eburneis: ex quibus delectauerunt te filia regum in honore tuo.

Astitit regina à dextris tuis in vestitu deaurato, circumdata varietate.

Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam: & obliuiscere populū tuum, & domum patris tui.

Et concupiscet rex decorem tuum: quoniam ipse est dominus deus tuus, & adorabunt eum.

Et filij Tyri in munerib⁹: vultum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis.

Omnis gloria eius filia regis ab intus, in simbris aureis: circumamicta varietatibus.

Adducentur regi virgines post eam: proxima eius af-

ferentur tibi.

Afferetur in lætitia, & exultatione: adducentur in templum regis.

Pro patrib⁹ tuis nati sunt tibi filij, constitues eos principes super omnem terrā.

Memores erunt nominis tui domine, in omni generatione, & generationem.

Propterea populi confitebuntur tibi in æternum: & in seculum seculi.

Psalmus. 119.

Deus repulisti nos, & destruxisti nos: iratus es, & miseratus es nobis.

Commouisti terrā, & conturbasti eā: sana contritione eius, quia comota est.

Ostendisti populo tuo dura: potasti nos vino compunctionis.

Dedisti metuentibus te significationem: vt fugiant à facie arcus.

Vt liberentur dilecti tui: saluum fac dextera tua, & exaudi me.

Deus loquutus est in sancto suo, Lætabor, & partabor Sichimam: & conuallem tabernaculorū metabor.

Meus est Galaad, & meus est Manasses: & Ephraim fortitudo capitis mei.

Juda rex meus, Moab olla spei meæ.

In Idumæam extendã calceamētum meum: mihi alienigenæ subditi sunt.

Quis deducet me in civitatem munitam? quis deducet me vsq; in Idumæam.

Nonne tu deus qui repulisti nos? & non egredieris deus in virtutibus nostris?

Da nobis auxilium de tribulatione: quia vana salus hominis.

In deo faciemus virtutem: & ipse ad nihilum deducet tribulantes nos.

Antiphona. Emitte lucem tuam, & veritatem tuam.

Ad Sextam. Antiph. Spera.



Psalmus. 41.
Vemadmodũ desyderat ceru^s ad fontes aquarum: ita desyderat anima mea ad te deus.

Situit anima mea ad deũ fontem viuũ: quando veniam, & apparebo ante faciem dei?

Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte: dũ dicitur mihi quotidie, Vbi est deus tuus?

Hæc recordatus sum, & effudi in me animã meam quoniam trãsibo in locum tabernaculi admirabilis vsque ad domum dei.

In voce exultationis, & confessionis: sonus epulantis.

Quare tristis es aĩa mea: & quare conturbas me?

Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi: salutare vultus mei, & Deus meus.

Ad me ipsum anima mea conturbata est: propterea memor ero tui de terra Iordanis, & Hermonij à monte modico.

Abyssus abyssum inuocat in voce cataractarũ tuarũ. **O**mnia excelsa tua, & fluitus tui, super me transierunt.

In die mandauit dominus misericordiam suam. & nocte canticum eius.

A pud me oratio deo vitæ meæ: dicam deo, susceptor meus es.

Quare oblitus es mei? &

quare cōtristatus incedo,
cum affligit me inimicus?

Dum confringuntur of-
fa mea: exprobrauerūt mi-
hi, qui tribulant me inimi-
mei.

Dum dicunt mihi per sin-
gulos dies, vbi est de⁹ tu⁹?
quare tristis est anima mea
& quare conturbas me?

Spera in Deo, quoniā ad-
huc confitebor illi: saluta-
re vultus mei, & deus me⁹.

Psalmus. 64.

TE decet hymnus de⁹
in Sion: & tibi red-
detur votum in Hie-
rusalem.

Exaudi orationem meam
ad te omnis caro veniet.

Verba iniquorum praua-
luerunt super nos: & im-
pietatibus nostris tu pro-
pitiaberis.

Beatus quem elegisti & as-
sumpsisti: inhabitabit in a-
triis tuis.

Replebimur in bonis do-
mus tuæ: sanctum est tem-
plum tuum, mirabile in
æquitate.

Exaudi nos deus salutaris
noster. spes omnium finiu
terræ, & in mari longè.

Preparans montes in vir-

tute tua: accinctus potentia,
qui conturbas profun-
dum maris, sonum flu-
ctuum eius.

Turbabuntur gentes, &
timebunt, qui habitant ter-
minos, à signis tuis: exitus
matutini & vespere dele-
ctabis.

Visitasti terram & inebri-
asti eam: multiplicasti lo-
cupletare eam.

Flumen dei repletum est
aquis: parasti cibum illo-
rum, quoniam ita est præ-
paratio eius.

Riuos eius inebrians mul-
tiplica genimina eius, in
stillicidiis eius lætabitur
germinans.

Benedices coronæ anni be-
nignitatis tuæ, & campi tui
replebuntur vbertate.

Pinguescent speciosa de-
ferti: & exultatione colles
accingentur.

Induti sunt arietes ouis,
& valles habundabunt fru-
mento: clamabunt, etenim
hymnum dicent.

Psalmus 121.

Lætatus sum in his,
quæ dicta sunt mihi:
in domum Domini
ibimus.

Stantes erāt pedes nostri.
in atrijs tuis Hierusalem.

Hierusalem, quæ ædifica-
tur, vt ciuitas: cuius parti-
cipatio eius in idipsum.

Illuc enim ascenderūt tri-
bus, tribus Dōmini: testi-
monium Israel ad confitē-
dum nomini domini.

Quia illic sederunt sedes
in iudicio: sedes super do-
mum Dauid.

Rogate, quæ ad pacem
sunt Hierusalem: & abun-
dantia diligentibus te.

Fiat pax in virtute tua, &
abundantia in turribus tuis.

Propter fratres meos, &
proximos meos: loquebar
pacem de te.

Propter domum dñi Dei
nr̄i, quæ sui bona tibi, *ana.*

Spera in deo quā adhuc cō-
fitebor illi. *Ad non. an.*

Gloriosa. *Psalms 81.*



Deus stetit in
synagoga
deorū: i me-
dio autē deos
diudicat.

Vsquequo iudicatis in qui-
tatem: & facies peccato-
rum sumitis?

Iudicate egeno, & pupi-
lo: humilem, & pauperem

iustificare.

Eripite pauperem, & ege-
num: de manu peccatoris
liberate.

Nescierūt, neq; intellexe-
runt, in tenebris ambulāt:
mouebuntur omnia fun-
damenta terræ.

Ego dixi, Dij estis: & filij
excelsi omnes.

Vos autem sicut homines
moriemini: & sicut vn^o de
principibus, cadetis.

Surge deus, iudica terrā:
quā tu hæreditabis in om-
nibus gentibus. *Psal. 82.*

Vndamēta eius in mō-
tibus sanctis: diligit
dñs portas Siō, sup om-
nia tabernacula iacob.

Gloriosa dicta sunt de te,
ciuitas Dei.

Memor ero Raab, & Ba-
bylonis scientium me.

Ecce alienigenæ, & Ty-
rus, & populus Aethiopus
hi fuerunt illis.

Nunquid Sion dicet, ho-
mo, & homo natus est in
ea: & ipse fundauit eam al-
tissimus?

Dñs narrabit in scripturis
populorū. & principū, ho-
rum qui fuerunt in ea.

Sicut Iqtantiū omniū, ha-

Feria. iiii. ad Nonam.

bitatio est in te. **Psal. 93.**

Deus ultionum dominus: Deus ultionum liberè egit.

Exaltare, qui iudicas terram: redde retributionem superbis.

Vsquequo peccatores domine, vsquequo peccatores gloriabuntur?

Effabuntur, & loquentur iniquitatè: loquentur oēs, qui operantur iniustitiam?

Populum tuum domine humiliauerunt: & hereditatem tuam vexauerunt.

Vidua, & aduenam interfecerunt: & pupillos occiderunt.

Et dixerunt, non videbit dominus: nec intelliget Deus Iacob.

Intelligite insipientes in populo: & stulti aliquando sapite.

Qui plantauit aurem, nõ audiet? aut qui finxit oculum, non considerat?

Qui corripit gentes, non arguet: qui docet hominem scientiam?

Dominus scit cogitationes hominum, quoniam vana sunt.

Beatus homo, què tu eru-

dieris domine, & de lege tua docueris eum.

Vt mitiges ei à diebus malis: donec fodiat peccatori fouea.

Quia non repellet dominus: plebè suà, & hereditatem suam nõ derelinquet.

Quoadusque iustitia conuertatur in iudiciũ: & qui iuxta illã: omnes, qui re-cto sunt corde.

Quis consurget mihi aduersus malignantes? aut quis stabit mecum aduersus operantes iniquitatem?

Nisi quia dominus adiuuit me: paulominus habitasset in inferno aĩa mea.

Si dicebam, motus est pes meus, misericordia tua domine adiuuabat me.

Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo: consolationes tuę lætificauerunt animã meã.

Nanquid adhæret tibi sedes iniquitatis: qui fingis laborem in præcepto?

Captabunt in animam iusti: & sanguinem innocentem condemnabunt.

Et factus est mihi dñs in refugium: & Deus meus in adiutorium spei meę.

Et reddet illis iniquitatem
ipsorum: & in malitia eo-
rum disperdet eos: disper-
det illos dominus Deus
noster. *Ant.* Gloriosa di-
cta sunt de te ciuitas Dei.

¶ Ad Vesperas. Psa. 32.



Exultate iu-
sti in dño:
rectos de-
cet collau-
datio.

Cōfitemi-
ni domino in cithara: in
psalterio decem chordarū
psallite illi.

Cantate ei canticum no-
uum: bene psallite ei in vo-
ciferatione.

Quia rectum est verbum
domini: & omnia opera e-
ius in fide.

Diligit misericordiam, &
iudiciū: misericordia do-
mini plena est terra.

Verbo domini cęli firma-
ti sunt: & spiritu oris eius
omnis virtus eorum.

Congregās, sicut in vtre,
aquas maris: ponēs in the-
sauris abyssos.

Timeat dñm omnis terra:
ab eo autē cōmoueātur o-
mnes inhabitantes orbem.

Quoniam ipse dixit, & fa-

cta sunt: ipse mandauit, &
creata sunt.

Dominus dissipat cōsilia
gentiū. reprobat autē cogi-
tationes populorum & re-
probat cōsilia principum.

Consilium autem domini
in ęternum manet: cogita-
tiones cordis eius in gene-
ratione & generationem.

Beata gens, cuius est **D**o-
minus Deus eius populus
quem elegit in heredua-
tem sibi.

De cęlo respexit dñs: vi-
dit omnes filios hominū.

De preparato habitaculo
tuo: respexit super omnes
qui habitant terram.

Qui finxit sigillatim cor-
da eorum: qui intelligit o-
mnia opera eorum.

Non saluatur rex per mul-
tam virtutem: & gigas non
saluabitur in multitudine
virtutis suę.

Falax equus ad salutem:
in abundātia autem virtu-
tis suę non saluabitur.

Ecce oculi domini super
metuentes eum: & in eis,
qui sperant super miseri-
cordia eius.

Vt eruat à morte animas
eorum, & alat eos in fame.

Peria. iij. ad Vesperas.

Anima nostra sustinet do-
minū : quoniam adiutor,
& protector noster est.

Quia in eo lætabitur cor
nostrum : & in nomine san-
cto eius sperauimus.

Fiat misericordia tua do-
mine super nos : quemad-
modum sperauimus in te.

Psalmus. 81.

Quam dilecta taber-
nacula tua domine
virtutum : concu-
piscit : & deficit anima
mea in atriā domini.

Cor meum , & caro mea :
exultauerunt in deū viuis.

Etenim passer inuenit sibi
domū : & turtur nidū sibi
vbi ponat pullos suos.

Altaria tua domine virtutū
rex meus , & deus meus.

Beatī , qui habitant in do-
mo tua Domine : in secula
seculorum laudabunt te.

Beatuſ vir , cuius est auxi-
lium abs te : ascensiones in
corde suo disposuit in val-
le lachrymarum , in loco ,
quem posuit.

Etenim benedictionē dā-
bit legislator , ibunt de vir-
tute in virtutē : videbitur

Deus deorum in Sion.

Domine Deus virtutum

exaudi orationem meam :
aurib⁹ percipe de⁹ iacob.

Protector noster aspice
Deus , & respice in faciem
Christi tui.

Quia melior est dies vna
in atriis tuis : super millia.

Elegi abiectus esse in do-
mo Dei mei : magis quā
habitare in tabernaculis
peccatorum.

Quia misericordiā , & ve-
ritatem diligis Deus : gra-
tiam , & gloriā dabit dūs.

Non priuabit bonis eos ,
qui ambulant in innocen-
tia : domine virtutum , bea-
tus homo qui sperat in te.

Psalmus. 31.

Beatuſ vir , qui timet
dominum : in manda-
tis eius volet nimis.

Potens in terra erit semen
eius : generatio rectorum
benedicetur.

Gloria , & diuitiæ in do-
mo eius : & iustitia eius ma-
net in seculum seculi.

Exortum est in tenebris
lumen rectis : misericors,
& miserator , & iustus.

Iucundus homo , qui mi-
feretur , & cōmodat , dispo-
nit sermones suos in iudi-
cio : quia in æternum non
commo-

commouebitur.

In memoria aeterna erit iustus: ab auditione mala non timebit.

Paratum cor eius sperare in domino, confirmatum est cor eius: non commouebitur, donec despiciat inimicos suos.

Dispersit, dedit pauperibus, iustitia eius manet in seculum seculi: cornu eius exaltabitur in gloria.

Peccator videbit, & irascetur, dentibus suis fremet, & tabescet: desiderium peccatorum peribit. *Deinde,* Magnificat. &c. fo. II.

¶ *Ad Completorium. Psal. 29.*
Expectans expectaui dominum: & intendit mihi.

Et exaudiuit preces meas: & eduxit me de lacu miseriae, & de luto fecis.

Et statuit supra petram pedes meos: & direxit gressus meos.

Et immisit in os meum canticum nouum: carmen deo nostro.

Videbunt multi, & timebunt: & sperabunt in domino.

Beatus vir, cuius est no-

B.

N.

men domini spes eius: & non respexit in vanitates, & infanias falsas.

Multa fecisti tu domine Deus meus mirabilia tua: & cogitationibus tuis non est qui similis sit tibi.

Annuntiaui & locutus sum: multiplicati sunt, super numerum.

Sacrificium & oblationem noluisti: aures autem perfecisti mihi.

Holocauftum & pro peccato non postulasti: tunc dixi, ecce venio.

In capite libri scriptum est de me, ut facerem voluntatem tuam: Deus meus volui, & legem tuam in medio cordis mei.

Annuntiaui iustitiam tuam in ecclesia magna: ecce labia mea non prohibebo domine, tu scisti.

Iustitiam tuam non abscondi in corde meo: veritatem tuam & salutare tuum dixi.

Non abscondi misericordiam tuam, & veritatem tuam, a consilio multo.

Tu autem domine ne longe facias miserationes tuas a me: misericordia tua, & veritas tua, semper susce-

perunt me.

Quoniam circumdederunt me mala, quorum non est numerus: comprehenderunt me iniquitates meae, & non potui ut viderem.

Multiplicati sunt super capillos capitis mei: & cor meum dereliquit me.

Complaceat tibi domine ut eruas me: domine ad adiuuandum me respice.

Confundantur & reuerentur simul, qui quaerunt animam meam: ut auferant eam.

Conuertantur retrorsum, & reuerentur: qui voluit mihi mala.

Ferant confestim confusionem suam: qui dicunt mihi, Euge, euge.

Rexultent & lætetur super te omnes quaerentes te: & dicant semper magnificetur dominus, qui diligunt salutare tuum.

Ego autem medicus sum & pauper: dominus sollicitus est mei.

Adiutor meus, & protector meus es tu: Deus meus ne tardaueris.

Psalmus 119.

Ad dominum cum tribularer clamaui: & exaudiuit me.

Domine, libera animam meam a labiis iniquis: & a lingua dolosa.

Quid detur tibi, aut quid apponatur tibi: ad linguam dolosam.

Sagittae potentis acutae: cum carbonibus desolatorum.

Hec mihi quia incolatus meus prolongatus est, habitavi cum habitantibus cedar: multum incola fuit anima mea.

Cum his qui oderunt pacem, eram pacificus: cum loquebar illis, impugnabant me gratis.

Psalmus 133.

Ecce nunc benedicite dominum: omnes serui domini.

Qui statis in domo Domini in atriis domus Dei nostri.

In noctibus extollite manus vestras in sancta, & benedicite dominum.

Benedicat tibi dominus ex Sion, qui fecit caelum, & terram. *Deinde* Nunc dimittis *so. 12.* ¶ *Feria.*

Ad Matutinū. Psal. 67.

Exurgat Deus, & dissipentur inimici eius: & fugiant qui oderunt eum a facie eius.

Sicut deficit fumus, deficiat: sicut fluit cera a facie ignis, sic pereant peccatores a facie dei.

Et iusti epulentur, & exultent in cōspectu dei: & delectentur in lætitia.

Cantate deo, psalmum dicite nomini eius: iter facite ei, qui ascendit super occasum: dominus nomen illi.

Exultate in cōspectu ei⁹, turbabuntur a facie ei⁹, patris orphanorum, & iudicis viduarum.

Deus in loco sancto suo, Deus, qui inhabitare facit vnus moris in domo.

Qui educit vinces in fortitudine, similiter eos, qui exasperant, qui habitant in sepulchris.

Deus cum egredereris in cōspectu populi tui, cum pertransires in deserto.

Terra mota est, etenim cæli distillauerunt a facie dei sui, a facie dei Israel.

Pluuiam voluntariam se-

gregabis Deus hereditati tuæ: & infirmata est: tu vero perfecisti eam.

Animalia tua habitabunt in ea: parasti in dulcedine tua pauperi deus.

Dominus dabit verbum euangelizantibus: virtute multa.

Rex virtutum dilecti dilecti: & speciei domus diuidere spolia.

Si dormiatis inter medios ceteros, pænæ columbæ dearguetis, & posteriora dormiatis in pallore auri.

Dum discernit cælestis reges super eam, niue dealbantur in Selmon: mons dei, mons pinguis.

Mons coagulatus, mons pinguis: ut quid suspicami ni montes coagulatos?

Mons, in quo beneplacitum est deo habitare in eo: etenim dominus habitabit in finem.

Carrus dei decem millibus multiplex, millia letantium. domin⁹ in eis, in Sina, in sancto.

Ascendisti in altum, cepisti captiuitatem: accepisti dona in hominibus.

Et enim non credentes in-

Feria. v. ad Matutinum.

habitare dominum deum.

Benedictus dominus die
quotidie : prosperum iter
faciet nobis Deus saluta-
rium nostrorum.

Deus noster , deus saluos
faciendi : & domini domi-
ni exitus mortis.

Veruntamen Deus con-
fringet capita inimicorum
suorum : verticem capilli
perambulantium in deli-
ctis suis.

Dixit domin⁹ , Ex Batan
conuertam , conuertam in
profundum maris.

Vt intingat pes tuus in
sanguine : lingua canum
tuorum ex inimicis , ab
ipso.

Viderunt ingressus tuos
deus , ingressus dei rai : re-
gis mei , qui est in sancto.

Preuerunt principes co-
iuncti psallentibus : in me-
dio iuencularum tympa-
nistriarum.

In ecclesiis benedicite deo
dño , de fontibus Israel.

Ibi Benjamin adolefcetu-
lus : in mentis excessu.

Princes Iuda , duces eo-
rum : principes Zabulon : &
principes Nephthalim.

Manda Deus virtuti tuæ

confirma hoc deus : quod
operatus es in nobis.

A templo tuo in Ierusalē :
tibi offerēt reges munera.

Increpa feras artūdinis cō-
gregatio taurorum in vac-
cis populorum : vt exclu-
dant eos , qui probati sunt
argento .

Dissipa gentes , quæ bella
volunt , venient legati ex
Aegypto : Aethiopia præ-
ueniet manus eius Deo.

Regna terræ cantate deo :
psallite Domino.

Psallite deo , qui ascendit
super cælū cæli : ad oriētē.

Ecce , dabit voci suæ vo-
cem virtutis , date gloriam
deo super Israel : magnifi-
centia eius , & virtus eius in
nubibus .

Mirabilis Deus in sanctis
suis , Deus Israel ipse dabit
virtutem , & fortitudinem
plebi suæ : benedictus de⁹.

Psalmus 77.

Quam bonus Israel
Deus iis : qui recto
sunt corde .

Mei autē pene moti sunt
pedes : pene effusi sunt
gressus mei .

Quia zelauī sup iniquos ,
pacem peccatorum vidēs .

Quia non est respectus
morti eorum: & firmamen-
tum in plaga eorum.

In labore hominum non
sunt: & cū hominibus non
flagellabuntur.

Ideo tenuit eos superbia:
operti sunt iniquitate, &
impietate sua.

Prodiit, quasi ex adipe,
iniquitas eorū: transferunt
in affectum cordis.

Cogitauerunt, & locuti
sunt nequitiam: iniquitatē
in excelsō locuti sunt.

Posuerunt in cœlum os
suum: & lingua eorū transi-
it in terra.

Ideo cōuertetur populus
meus hic: & dies pleni in-
uenientur in eis.

Et dixerunt, quomodo
scit Deus: & si est scientia
in excelsō?

Ecce ipsi peccatores, & a-
bundantes in seculo, obti-
nerunt diuitias.

Et dixi, Ergo sine causā iu-
stificauī cor meum: & lau-
ui inter innocentes manus
meas.

Et sui flagellatus tota die:
& castigatio mea in matu-
tinis.

Si dicebam, narrabo sic:

ecce nationē filiorū tuo-
rum reprobauī.

Existimabam, vt cogno-
scerem: hoc labor est an-
teme.

Donec intrem in sanctua-
rium dei: & intelligam in
nouissimis eorum.

Veruntamen propter dō-
los posuisti eis: detecisti
eos dum alleuarentur.

Quomodo facti sunt i de-
solationem, subito defece-
rūt: perierunt propter ini-
quitate suam.

Velut somnium surgentium
domine: in ciuitate
tua imaginem ipsorum ad
nihilum rediges.

Quia inflammatū est cor
meum, & renes mei cōmu-
tati sunt: & ego ad nihilū
reductus sum, & nesciui.

Vt iumentum factus sum
apud te: & ego semp tecū.

Tenuisti manum dexterā
meam: & in voluntate tua
deduxisti me: & cum glo-
ria suscepisti me.

Quid enim mihi est in cœ-
lo: & à te quid volui super
terram?

Defecit caro mea, & cor
meum: deus cordis mei, &
pars mea deus in aeternū.

Feria. v. ad Matutinum.

Quia ecce, qui elongant
Te à te peribunt: perdidisti
omnes, qui fornicantur
abs te.

Mihi autē adherere Deo
bonum est: ponere in do-
mino Deo spem meam.

Vt annūtiem omnes præ-
dicationes tuas: in portis
filie Sion. **Psalmus 88.**

Misericordias Do-
mini: in æternum
cantabo.

In generatione, & genera-
tionem annuntiabo verita-
tem tuam, in ore meo.

Quoniam dixisti, In æter-
num misericordia ædifica-
bitur in cœlis: præparabi-
tur veritas tua in eis.

Disposui testamētum ele-
ctis meis, iuravi David ser-
uo meo: vsque in æternum
præparabo semen tuum.

Et ædificabo in genera-
tione & generationem: se-
dem tuam.

Consitebuntur cœli mira-
bilia tua domine: eteī ver-
itatem tuā in ecclesia san-
ctorum.

Quoniam quis in nubib⁹
æquabitur domino? simi-
lis erit in deo in filiis dei.

Deus, qui glorificatur in

cōsilio sanctorū magnus,
& terribilis super oēs qui
in circuitu eius sunt.

Domine Deus virtutum,
qui similis tibi? potens es
domine: & veritas tua in
circuitu tuo.

Tu dominaris potestati
maris: motum autem flu-
ctuum eius, tu mitigas.

Tu humiliasti, sicut vulne-
ratum, superbum: in bra-
chio virtutis tue dispersi-
sti inimicos tuos.

Tui sunt cœli, & tua est
terra, orbem terræ, & ple-
nitudinem eius tu funda-
sti: Aquilonem, & mare tu
creasti.

Thabor, & Hermō in no-
mine tuo exultabunt: tuū
brachium cum potentia.

Firmetur manus tua, &
exaltetur dextera tua: ius-
titia, & iudicium præpara-
tio sedis tue.

Misericordia, & veritas
præcedent faciem tuam:
beat⁹ populus, qui fecit in
habitationem.

Domine, in lumine vult⁹
tui ambulabunt, & in no-
mine tuo exultabunt to-
ta die, & in iustitia tua ex-
altabuntur.

Quoniam gloria virtutis eorum tu es, & in benedictione tuo exaltabitur cornu nostrum.

Quia Domini est assumptio nostra, & sancti Israel regis nostri.

Tunc locutus es in visione sanctis tuis & dixisti.

Posui adiutorium in potente: & exaltaui electum de plebe mea.

Inveni David seruū meū: oleo sancto meo unxi eū:

Manus enim mea auxiliabitur ei: & brachium meū confortabit eum.

Nihil proficiet inimicus in eo, & filius iniquitatis non apponet nocere ei.

Et concidam à facie ipsius inimicos eius: & audientes eum in fugam cōuertam.

Et veritas mea, & misericordia mea cum ipso: & in nomine meo exaltabitur cornu eius.

Et ponam in mari manum eius: & in fluminibus dexteram eius.

Ipse inuocauit me, & pater meus es tu: Deus meus, & susceptor salutis meæ.

Et ego primogenitum ponam illum: excelsum præ-

regibus terræ.

In æternū seruabo illi misericordiam meam: & testamentum meum fidele ipsi.

Et ponam in seculum seculi semē eius: & thronum eius, sicut dies cæli.

Si autē dereliquerint filij eius legem meam: & in iudiciis meis non ambulauerint.

Si iustitias meas prophauerint: & mandata mea non custodierint.

Visitabo in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum.

Misericordiam autē meā non dispergā ab eo, neque nocebo in veritate mea.

Neque prophanabo testamentum meū: & quæ procedunt de labijs meis, non faciam irrita.

Semel iuraui in sctō meo, si David mentiar: semen eius in æternū permanebit.

Et thronus eius, sicut sol in conspectu meo, & sicut luna perfecta in æternum: & testis in celo fidelis.

Tu verò repulisti, & despexisti: distulisti Christū tuum.

Auertisti testamentū ser-

ui tui: prophanasti in terra
sanctuarium eius.

Destruxisti omnes sepes
eius: posuisti firmamentum
eius formidinem.

Diripuerunt eum omnes
transfutes viam: factus est
opprobrium vicinis suis.

Exaltasti dexteram depri-
mentum eum: latificasti o-
mnes inimicos eius.

Auertisti adiutorium gla-
dij eius: & non es auxilia-
tus ei in bello.

Destruxisti eum ab emun-
datione: & sedē eius in ter-
ra collidisti.

Minorasti dies temporis
eius: perfudisti eum con-
fusione.

Vsquequo domine auer-
tis in finem exardescet, si-
cut ignis, ira tua?

Memorare, quæ mea sub-
stantia: nunquid enim va-
nē cōstituisti omnes filios
hominum?

Quis est homo, qui viuet
& non videbit mortem: e-
ruet animam suam de ma-
nu inferi?

Vbi sunt misericordiæ tuæ
antiquæ domine: sicut iu-
rasti David in veritate tua?

Memor esto domine op-

probrij seruorum tuorū,
quod cōtinui in sinu meo,
multarum gentium.

Quod exprobrauerūt ini-
mici tui domine, quod ex-
probrauerunt commuta-
tionem Christi tui.

Benedictus Dominus in
æternum: fiat fiat.

¶ Ad Laudes. Psal. 99.



Vbilate deo
omnis ter-
ra: seruite
domino in
letitia.

Introite in cōspēctū eius
in exultatione.

Scitote, quoniam dominus
ipse est deus: ipse fecit nos,
& non ipsi nos.

Populus eius, & oues pa-
scuæ eius, introite portas
eius in confessione, atria
eius in hymnis, confitemi-
ni illi.

Laudate nomen eius, quo-
niam suavis est dominus:
in æternum misericordia
eius, & vsque in generatio-
ne, & generationem veri-
tatis eius. **Psalmus 102.**

Benedic anima mea
domino: & oīa, quæ
intra me sunt, nomi-
ni sancto eius.

Benedic anima mea domi-
no: & noli obliuisci omnes
retributiones eius.

Qui propitiatur omnib⁹
iniquitatib⁹ tuis: qui sanat
omnes infirmitates tuas.

Qui redimit de interitu
vitam tuam: qui coronat
te in misericordia, & mise-
rationibus.

Qui replet in bonis desi-
derium tuū: renouabitur,
vt aquilæ, iuuentus tua.

Faciens misericordias do-
mini: & iudicium omni-
bus iniuriam patientibus.

Notas fecit vias suas Moysi:
filiis Israel volūtates suas.

Miserator, & misericors
dominus: longanimis, &
multum misericors.

Non in perpetuum irasce-
tur: neque in æternum cō-
minabitur.

Non secundū peccata no-
stra fecit nobis: neq; secun-
dum iniquitates nostras re-
tribuit nobis.

Quoniam secundum alti-
tudinem cæli à terra: corro-
borauit misericordiā suā
super timentes se.

Quoniam distat ortus ab
occidente: longe fecit à no-
bis iniquitates nostras.

Quomodo miseretur pa-
ter filiorū, misertus est do-
minus timentibus se: quo-
niam ipse cognouit figmē
tum nostrum.

Recordatus est quoniam
pulsus sumus, homo sicut
fœnum: dies eius, tāquam
flos agri, sic efflorebit.

Quoniam spiritus pertrāf-
ibit in illo, & nō subsistet:
& non cognosceat amplius
locum suum.

Misericordia autem Do-
mini ab æterno, & vsque
in æternum, super timen-
tes eum.

Et iustitia illius in filios ū-
liorum: his qui seruant te-
stamentum eius.

Et memores sunt mādato-
rū ipsius, ad faciendū ea.

Dominus in cælo parauit
sedem suam: & regnū ipsi⁹
omnibus dominabitur.

Benedicite domino om-
nes angeli eius: potētes vir-
tute, facientes verbum il-
lius, ad audiendam vocem
sermonum eius.

Benedicite dño oēs virtu-
tes eius: ministri eius, qui
facitis voluntatem eius.

Benedicite domino omnia
opera eius: in omni loco

dominationis eius, benedic anima mea domino.

Canticū Moſi. Exod. 15.

CAntemus Domino
glorioſe enim magnificatus est: & quū
& aſcenſorem deiecit in
mare.

Fortitudo mea, & laus
mea dominus: & factus est
mihi in ſalutem.

Iſte Deus meus, & glorifi-
cabo eū: Deus patris mei,
& exaltabo eum.

Dis quaſi vir pugnator,
omnipotens nomen eius:
currus Pharaonis, & exercitū
eius proiecit in mare.

Electi principes eius ſub-
merſi ſunt in mari rubro.

Abſſi operuerūt eos, de-
ſcēderunt in profundum,
quaſi lapis.

Dextera tua domine ma-
gnificata eſt i fortitudine:
dextera tua domine per-
cuſſit inimicum: & in mul-
titudine gloriæ tuæ de po-
ſuiſti aduerſarios tuos.

Miſiſti iram tuam, quæ de-
notauit eos, ſicut ſtipulā.

Et in ſpiritu furoris tui cō-
gregatæ ſunt aquæ.

Stetit vnda fluens: cōgre-
gatæ ſunt abyſſi in medio

mari.

Dixit inimic⁹, Perſequar
& comprehendam: diuidā
ſpolia, implebitur anima
mea.

Et uaginabo gladium meū:
interficiet eos manus mea.

Flauit ſpiritus tuus, & ope-
ruit eos mare: ſubmerſi
ſunt, quaſi plumbum in a-
quis vehementibus.

Quis ſimilis tui in forti-
bus domine? quis ſimilis
tui? magnificus in ſanctita-
te: terribilis, atq; laudabi-
lis, & faciens mirabilia?

Extendiſti manum tuam,
& deuorauit eos terra.

Dux fuiſti in miſericor-
dia tuā populo, quem re-
demidiſti.

Et portadiſti eum in fortitu-
dine tua: ad habitaculum
ſanctum tuum.

Aſcenderūt populi, & ira-
ti ſunt: dolores obtinuerūt
habitatores philistiim.

Tunc cōturbati ſunt prin-
cipes Edon: robuſtos Mo-
ab obtinuit tremor: obri-
guerunt omnes habitato-
res Chanaan.

Irruat ſuper eos formido
& pauor: in magnitudine
brachij tui.

Piant immobiles, quasi lapis, donec pertranseat populus tuus domine, donec pertranseat populus tuus iste quem possedisti.

Introduces eos, & plantabis in monte hereditatis tue: firmissimo habitaculo tuo, quod operatus es domine.

Sanctuariū tuū domine, quod firmauerunt manus tue: dominus regnabit in æternum, & ultra.

Ingressus est enim eques Pharaon cum curribus, & equitibus eius in mare: & reduxit super eos dominus aquas maris.

Filij autem Israel ambulauerunt per siccum in medio eius. **Deinde.** Benedictus. **fo. 5. ¶ Ad primam.**

In. Dominus. Psalmus. 8.



Domine dominus noster: quam admirabile est nomen tuum in v-

niuersa terra?

Quoniam eleuata est magnificentia tua super celos. **E**x ore infantium, & lactium perfecisti laudem

propter inimicos tuos: vt destruas inimicā & vltorē.

Quoniam videbo celos tuos, opera digitorū tuorum: lunam, & stellas quæ tu fundasti.

Quid est homo, quodd memor es eius? aut filius hominis, quoniā visitas eum?

Minuisti eū paulo minus ab angelis. gloria, & honore coronasti eum, & constituisti eū, super opera manuum tuarum.

Omnia subiecisti sub pedibus eius: oues, & boues vniuersas: in super & pecora campi.

Volucres cæli, & pisces maris, qui per ambulat semitas maris.

Dñe dñs noster: quā admirabile est nomē tuū, in vniuersa terra. **Psalm. 26.**

Dominus illuminatio mea: & salus mea: quem timebo?

Dominus protector vitæ meæ: a quo trepidabo?

Dum appropiant super me nocentes: vt edant carnes meas.

Qui tribulant me inimici mei, ipsi infirmati sunt, & ceciderunt.

Si cōsistant aduersum me castra, nō timebit cor meū.

Si exurgat aduersum me plū: in hoc ego sacra bo.

Vnā petij à domino, hanc requiram: vt inhabitem in domo dñi omnib⁹ diebus vitæ mez.

Vt videam voluntatē domini: & visitem templum eius.

Qm̄ abscondit me in tabernaculo suo: in die malorum protexit me, in abscondito tabernaculi sui.

In petra exaltauit me: & nūc exaltauit caput meū, super inimicos meos.

Circuui, & immolaui in tabernaculo eius, hostiam vociferationis: cantabo & psalmum dicam domino.

Exaudi dñe vocem meā, qua clamaui ad te: misere re mei, & exaudi me.

Tibi dixit cor meū, exqui sumit te facies mea: faciem tuam domine requiram.

Ne auertas faciem tuam à me: ne declines in ira à seruo tuo.

Adiutor meus esto: ne derelinquas me, neque despicias me, de⁹ salutaris me⁹.

Quoniā pater me⁹, & ma-

ter mea dereliquerūt me: dñs autem assumpsit me.

Legem pone mihi domine in via tua: & dirige me in semita recta, propter inimicos meos.

Ne tradideris me in animas teibulātium me: quoniam insurrexerunt in me testes iniqui, & mētita est iniquitas sibi.

Credo videre bona domini in terra viuentium.

Expecta dominum, viriliter age: & confortetur cor tuum, & sustine dominū.

Psalmus 37.

Ad te domine clamabo Deus meus ne sileas à me: ne quando taceas à me, & asimilabor descendētibus in lacum.

Exaudi domine vocē deprecationis meę, dum oro ad te: dum extollo manus meas ad templum sanctū tuum.

Ne simul tradas me cum peccatoribus: & cum operantibus iniquitatem ne perdas me.

Qui loquuntur pacē cum proximo suo. mala autem in cordibus eorum.

Da illis secundum opera eorum: & secundum nequitiam aduentionum ipsorum: & secundum opera manuum eorum tribue illis: redde retributionem eorum ipsis.

Quonia non intellexerunt opera domini, & in opera manuum eius, destrues illos: & non edificabis eos.

Benedictus dominus: quoniam exaudiuit vocem deprecationis mee.

Dominus adiutor meus, & protector meus: & in ipso sperauit cor meum, & adiutor sum.

Et restoruit caro mea: & ex voluntate mea confitebor ei.

Dominus fortitudo plebis sue: & protector saluationum Christi sui est.

Saluum fac populum tuum domine, & benedic hereditati tue: & rege eos, & extolle illos usque in aeternum.

An. Dominus illuminatio mea, & salus mea. **Deinde.** Credo. **¶ Ad Tertiam.** An. Confitebor.

Psalmus 91.

Bonum est confiteri domino: & psallere nomini tuo altissime.

Ad annuntiandum mane misericordiam tuam, & veritatem tuam, per noctem.

In decachordo psalterio cum cantico, in cithara.

Quia delectasti me domine in factura tua: & in operibus manuum tuarum exultabo.

Quam magnificata sunt opera tua Domine: nimis profunde factae sunt cogitationes tuae.

Vir insipiens non cognoscat: & stultus non intellet haec.

Cum exorti fuerint peccatores sicut fennum: & apparuerint omnes, qui operantur iniquitatem.

Vt intereant in seculum seculi: tu autem altissimus in aeternum domine.

Quoniam ecce inimici tui domine, quonia ecce inimici tui peribunt: & disperdentur omnes, qui operantur iniquitatem.

Et exaltabitur, sicut unicornis, cornu meum: & connectus mea in misericordia verbi.

Et despexit oculus meus inimicos meos, & insurgentibus in me: malignantibus,

audiet oris mea.

Iustus, vt palma florebit: sicut cedrus Libani multiplicabitur.

Plātati in domo domini: in atrijs domus Dei nostri florebut.

Adhuc multiplicabuntur in senecta vberi: & bene patientes erunt: vt annūtiēt.

Quoniam rectus dominus Deus noster: & non est iniquitas in eo. *Psalmus 92.*

Dominus regnavit, decorē indutus est: indutus est dominus fortitudinem, & præcinxit se.

Etenim firmavit orbē terre: qui non commovebitur.

Parata sedes tua deus: extunc: à seculo tu es.

Eleuauerunt flumina domine: eleuauerunt flumina vocem suam.

Eleuauerunt flumina fluctus suos, à vocibus aquarum multarum.

Mirabiles elationes maris: mirabilis in altis dominus.

Testimonia tua credibilia facta sunt nimis: domum tuam decet sanctitudo domine in longitudinē die-

rum.

Psalmus 167.

Paratum cor meum Deus, paratum cor meum: cantabo, & psallam in gloria mea.

Exurge gloria mea, exurge psalterium, & cithara: exurgam diluculo.

Confitebor tibi in populis domino: & psallam tibi in nationibus.

Quia magna est super caelos misericordia tua: & vt que ad nubes veritas tua.

Exaltare super caelos deus, & super omnem terrā gloria tua: vt liberentur dilecti tui.

Saluum fac dextera tua, & exaudi me: Deus locutus est in sancto suo.

Exultabo, & diuidam Sichimam: & conualem tabernaculorum dimetiar.

Meus est Galaad, & meus est Manasses: & Ephraim susceptio capitis mei.

Iuda rex meus: Moab lebes spei mea.

In Idungam extendā calcamentū meū: mihi alienigenæ amici facti sunt.

Quis deducet me in ciuitatē munitam? quis deducet me, vsque in Idu-

nam?

Nonne tu deus, qui reputasti nos? & non exhibis deus in virtutibus nostris?

Da nobis auxilium de tribulatione: quia vana salus hominis.

In deo faciemus virtutem: & ipse ad nihilum deducet inimicos nostros.

Antipho. Constitutebor tibi in populis domine.

Ad Sextam. Antipho.
Immola. **Psalmus 49.**



Eus decorum domini locus est: & vocauit terram.

A solis ortu vsque ad occiduum: ex Sion species decoris eius.

Deus manifeste veniet, deus noster, & non silebit.

Ignis in conspectu eius exardescet: & in circuitu eius tempestas valida.

Aduocauit caelum defursum: & terram discernere populum suum.

Congregate illi sanctos eius, qui ordinant testamentum eius super sacrificia.

Et annuntiabunt caeli iusti-

tiam eius: quoniam Deus iudex est.

Audi populus meus, & loquar: Israel & testificabor tibi: Deus Deus tuus ego sum.

Non in sacrificiis tuis arguam te: holocausta autem tua in conspectu meo sunt semper.

Non accipiam de domo tua vitulos: neque de gregebus tuis hircos.

Quoniam meae sunt omnes ferae sylvarum: iumenta in montibus, & boves.

Cognoui omnia volatilia caeli: & pulchritudo agri mecum est.

Si esuriero non dicam tibi: meus est enim orbis terrae, & plenitudo eius.

Nunquid manducabo carnes taurorum? aut sanguinem hircorum potabo?

Immola Deo sacrificium laudis: & redde altissimo vota tua.

Et inuoca me in die tribulationis: eruam te, & honorificabis me.

Peccatori autem dixit deus, Quare tu enarras iustitias meas, & assumis te-

stamentum meum per os
tuum?

Tu verò odisti disciplinā:
& proiecisti sermones me-
os retrorsum.

Si videbas furē, currebas
cū eo: & cū adulteris por-
tionem tuam ponebas.

Os tuum abundauit ma-
litiā: & lingua tua concin-
nabat dolos.

Sedens aduersus fratrem
tuum loquebaris, & aduer-
sus filium matris tuæ po-
nebas scandalum: hæc fe-
cisti, & tacui.

Existimasti iniquè quod
ero tui similis: arguam te,
& statuam contra faciem
tuam.

Intelligite hæc qui obliui-
scimini deum: nequādo ra-
piat, & non sit qui eripiat.

Sacrificium laudis hono-
rificabit me: & illic iter,
quo ostendam illi saluta-
re Dei.

Psalmus 74.

Confitebimur tibi
de^o, confitebimur:
& inuocabimus no-
men tuum.

Narrabim⁹ mirabilia tua:
cūm accepero tēpus, ego
iustitias iudicabo.

Liquefacta est terra, & o-

mnes qui habitant in ea:
ego confirmaui columnas
eius.

Dixi iniquis, nolite iniq;
agere: & delinquentibus,
nolite exaltare cornu.

Nolite extollere in altum
cornu vestrum: nolite lo-
qui aduersus Deum, in-
quitatem.

Quia neque ab oriente,
neque ab occidēte, neque
à desertis montibus: quo-
niam deus iudex est.

Hunc humiliat, & hunc
exaltat: quia calix in manu
domini vini meri plenus
misto.

Binclinauit ex hoc in
hoc: veruntamen sæx eius
non est exinanita: bibent
omnes peccatores terræ.

Ego autem annuntiabo
in seculum: cantabo Deo
Iacob.

Et omnia cornuta pecca-
torum confringam, & ex-
altabuntur cornua iusti.

Psalmus 122.

Ad te leuaui oculos
meos: qui habitas
in cælis.

Ecce sicut oculi seruorū:
in manibus dominorum
suorum.

Sicut

Sicut oculi ancillæ in manibus dominæ suæ ita oculi nostri ad dominum deum nostrum, donec misereatur nostri.

Miserere nostri domine, miserere nostri: quia multum repleti sumus despectione.

Quia multum repleta est anima nostra: opprobrium abundantibus, & despectio superbis.

Antiphona.
Immola Deo sacrificium laudis, & redde altissimo vota tua.

Ad Nonam. Antipho.
Apud te.



Psalmus. 35.

Dixit iniustus, ut delinquat in semetipso: non est timor dei ante oculos eius.

Quonia dolose egit in conspectu eius: ut inueniatur iniquitas eius ad odium.

Verba oris eius iniquitas, & dolus: noluit intelligere, ut bene ageret.

Iniquitatem meditatus est in cubili suo: astitit omniviam non bonam, malitiam autem non odiuit.

B.

N.

Domine, in celo misericordia tua: & veritas tua usque ad nubes.

Iustitia tua, sicut montes Dei: iudicia tua abyssus multa.

Homines, & iumenta salvabis domine: quemadmodum multiplicasti misericordiam tuam deus.

Filij autem hominum, in tegmine alarum tuarum sperabunt.

Inebria buntur ab ubertate domus tue: & torrete voluptatis tue potabis eos.

Quonia apud te est fons vite: & in lumine tuo vidimus lumen.

Pretende domine misericordiam tuam scientibus te: & iustitiam tuam iis, qui recto sunt corde.

Non veniat mihi pes superbia: & manus peccatoris non moveat me.

Ibi ceciderunt, qui operantur iniquitatem: expulsi sunt, nec potuerunt stare.

Psalmus. 82.

Deus quis similis erit tibi? ne taceas, neque compescaris Deus.

Quonia ecce inimici tui

g

sonuerunt: & qui oderunt te, extulerunt caput.

Super populum tuum malignauerunt consilium: & cogitauerunt aduersus sanctos tuos.

Dixerunt, Venite, & disperdamus eos de gente: & non memoretur nomen Israel ultra.

Quoniam cogitauerunt vananimitate: simul aduersus testamentum disposuerunt, tabernacula Idumæorum, & Ismaelitæ.

Moab, & Agareni, Gebal, & Ammon, & Amalec: alienigenæ, cum habitantibus Tyrum.

Ecce enim Assur venit cum illis: facti sunt in adiutorium filiis Loth.

Fac illis sicut Madian, & Sifara: sicut Iabin in torrente Cisson.

Disperierunt in Endor. facti sunt ut sterco terra.

Pone principes eorum, sicut Oreb, & Zeb, & Zebec, & Salmana.

Omnes principes eorum, qui dixerunt, Hereditate possideamus sanctuarium Dei.

Deus meus pone illos ut

rotam, & sicut stipulam ante faciem venti.

Sicut ignis, qui comburit syluam, & sicut flamma comburens montes.

Ita persequeris illos in tempestate tua, & in ira tua turbabis eos.

Imples facies eorum ignominia: & quærent nomen tuum domine.

Erubescant, & conturbentur in sæculum sæculi: & confundantur, & pereant.

Et cognoscant, quia nomen tibi dominus: tu solus altissimus in omni terra.

Psalmus. 100.

Misericordiam, & iudicium cantabo tibi domine.

Pallam, & intelligam in via immaculata: quando uenies ad me.

Perambulabam in innocentia cordis mei. in medio domus meæ.

Non proponebam ante oculos meos rem iniustam: facientes præuarias odiui.

Non adhæsit mihi cor prauum: declinaui a me malignum: non cognoscebam.

Detrahētem secretō proximo suo: hunc persequer.

Superbo oculo, & insatiabili corde: cum hoc non edebam.

Oculi mei ad fideles terrę, ut sedeant mecum: ambulans in via immaculata, hic mihi ministrabat.

Non habitabit in medio domus meę, qui facit superbiam: qui loquitur iniqua, non dixerit in conspectu oculorum meorum.

In matutino interficiebam omnes peccatores terrę: ut disperderem de ciuitate domini omnes operantes iniquitatem.

Ampho. Apud te est fons vitę, & in lumine tuo videmus lumen.

Ad Vesperas. Psal. lxxi.
Memento Domine Dauid, & omnis mansuetudinis eius.

Sicut iurauit domino: votum vouit deo Iacob.

Si introiero in tabernaculum domus meę, si ascendero in lectum strati mei.

Si dederō somnum oculis meis: & palpebris meis

dormitationem.

Et requiem temporibus meis, donec inueniam locum Domino, tabernaculum deo Iacob.

Ecce, audiuimus eam in Ephratha: inuenimus eam in campis sylvę.

Introibimus in tabernaculum eius: adorabimus in loco, vbi steterunt pedes eius.

Surge domine in requiem tuam: tu, & arca sanctificationis tuę.

Sacerdotes tui induantur iustitiam: & sancti tui exultent.

Propter Dauid seruum tuum, non auertas faciem Christi tui.

Iurauit dominus Dauid veritatem, & non frustrabitur eum: De fructu vętris tui ponam super sedem tuam.

Si custodierint filij tui testamentum meum: & testimonia mea hæc, quę docebo eos.

Et filij eorum vsque in seculum, sedebunt super sedem tuam.

Quoniam elegit dominus Sion: elegit eam in habitationem sibi.

Hæc requies mea in ſæculo ſæculi: hæc habitabo, quoniam elegi eam.
Vidua eius benedicens benedicam: pauperes eius ſaturabo panibus.
Sacerdotes eius induã ſutari: & ſancti eius exultatione exultabunt.
Illuc producã cornu Dauid, parauit lucernã Chriſto meo.
Inimicos eius induã confuſione: ſuper ipſum autẽ effloreat ſctificatio mea.

Psalmus. 136.

Super flumina Babylonis, illic ſedimus, & fleuimus: dum recordaremur tui Sion.

In ſalicibus in medio eius: ſuſpendimus organa nra.

Quia illic interrogauerunt nos, qui captiuos duxerunt nos, verba cantionũ.

Et qui abduxerunt nos: hymnum cantate nobis de canticis Sion.

Quomodo cõtābimus canticum Domini: in terra aliena?

Si oblitus fuero tui Hieruſalem: obliuioni detur dextera mea.

Ad hæreat lingua mea ſau-

cibus meis: ſi non meminero tui.

Si non propoſuero Hieruſalem: in principio lætitiæ meæ.

Memor eſto Domine filiorum Edom: in die Hieruſalem.

Qui dicunt, Exinanite, exinanite: uſque ad fundamentum in ea,

Filia Babylonis miſera: beatus, qui retribuet tibi retributionem tuam, quã retribuiſti nobis.

Beatus, qui tenebit, & alidet paruulos ſuos ad petram.

Psalmus. 145.

Lauda anima mea dominum, laudabo dominũ in uita mea: psallã deo meo quãdiu ſuero.

Nolite cõfidere in principibus: neq; in filiis hominum, in quibus non eſt ſalus.

Exibit ſpiritus eius, & reuertetur in terram ſuam: in illa die peribunt omnes cogitationes eorum.

Beatus cuius Deus Iacob adiutor eius, ſpes eius in domino deo ipſius qui ſecit cælum & terram: mare & omnia quæ in eis ſunt.

Qui custodit veritatem in seculum, facit iudiciū iniuriam patientibus: dat escam esurientibus.

Dominus soluit compeditos: dominus illuminat cæcos.

Dominus erigit elisos: dominus diligit iustos.

Dominus custodit aduenas: pupillam & viduā suscipiet, & vias peccatorum disperdet.

Regnabit dominus in secula deus tuus Sion: in generatione & generatione.

Deinde Magnificat. fo. 11.

¶ Ad Completorium.

Psalmus. 45.



Deus noster, refugium, & virtus: adiutor in tribulationibus, quæ inuen-

runt nos nimis. **P**ropterea non timebim⁹ dum turbabitur terra, & transferentur montes in cor maris.

Sonuerūt, & turbatæ sunt aquæ eorum: conturbati sunt montes in fortitudine eius.

Fluminis impetus lætifi-

cat ciuitatem dei: sanctificauit tabernaculum suum altissimus.

Deus in medio eius non commouebitur: adiuuabit eam deus mane diluculo.

Conturbatæ sunt gentes & inclinata sunt regna: dedit vocem suam, mota est terra.

Dominus virtutum nobiscum: susceptor noster de⁹ Iacob.

Venite, & videte opera domini, quæ posuit prodigia super terram: auferens bella vsque ad finem terræ.

Arcum conteret, & confringet arma: & scuta comburet igni.

Vocate, & videte, quoniã ego sum Deus: exaltabor in gentibus, & exaltabor in terra.

Dominus virtutum nobiscum: susceptor noster de⁹ Iacob.

Psalmus. 46.

Omnes gentes plaudite manibus: iubilate deo in voce exultationis.

Quoniam dominus excelsus, terribilis: rex magnus super omnem terram,

- S**ubiecit populos nobis: & gentes sub pedibus nostris.
- I** legit nobis hæreditatem suam: speciem Iacob, quæ dilexit.
- A**scendit Deus in iubilo: dominus in voce tubæ.
- P**sallete Deo nostro, psallite: psallite regi nostro, psallite.
- Q**uoniam rex omnis terræ deus: psallite sapienter.
- R**egnabit deus super gentes: deus sedet super sedem sanctam suam.
- P**incipes populorum congregati sunt cum Deo Abraham: quoniam dii fortes terræ vehementer eleuati sunt.
- Psalmus 47.**
- M**agnus Dominus, & laudabilis nimis: in ciuitate Dei nostri, in monte sancto eius.
- F**undatur exultatione vniuersæ terræ: mons Sion, latera Aquilonis, ciuitas regis magni.
- D**eus in domibus eius cognoscetur: cum suscipiet eam.
- Q**uoniam ecce reges terræ congregati sunt: conuerunt in vnum.
- I**psi videntes, sic admirati sunt, conturbati sunt, comprehendi sunt: tremor apprehendit eos.
- I**bi dolores, vt parturientis: in spiritu vehemēti cōteres naues Tharsis.
- S**i cut audiuimus, sic vidimus in ciuitate Domini virtutum: in ciuitate Dei nostri Deus fundauit eam in æternum.
- S**uscepimus Deus misericordiam tuam: in medio templi tui.
- S**ecundum nomen tuum Deus, sic & laus tua in fines terræ: iustitia plena est dextera tua.
- L**ætetur mōs Sion, & exultent filie Iudæ: propter iudicia tua domine.
- C**ircundate Sion, & complectimini eam: narrate in turribus eius.
- N**onite corda vestra in virtute eius: & distribuite domos eius, & enarretis in progenie altera.
- Q**uoniam hic est Deus: Deus noster in æternum, & in sæculū sæculi: ipse reget nos in sæcula. Deinde nunc dimittis. *folio 127*

Peris. vj. ad Matutinum.
Psalms. 11.



Eus Deus
meus res-
piceſ me:
quare me
dereliqui-
ſti? longe

ſalute mea, verba delicto-
rum meorum.

Deus meus clamabo per
diem, & non exaudies: &
nocte, & non ad inſpicien-
tiam mihi.

Tu autem in ſancto habi-
tas laus Iſrael.

In te ſperauerunt patres
noſtri: ſperauerunt, & li-
beraſti eos.

Ad te clamauerunt, & ſal-
ui facti ſunt: in te ſperau-
erunt, & non ſunt confuli.

Ego autem ſum vermis, &
non homo opprobriū ho-
minum, & abiectio plebis.

Omnes videntes me, deri-
ſerunt me: loquuti ſunt la-
biis, & mouerunt caput.

Sperauit in Domino, eri-
piat eum ſaluū faciat eū,
quoniam vult eum.

Quoniam tu es, qui ex-
traxiſti me de ventre: ſpes
mea ab vberibus matris
meæ, in te proiectus ſum.

et vtero.

De ventre matris meæ de-
us meus es tu: ne diſceſſe-
ris à me.

Quoniam tribulatio pro-
xima eſt: quoniam nõ eſt,
qui adiuuet.

Circudederunt me vitu-
li multi: tauri pingues ob-
ſederunt me.

Aperuerunt ſuper me os
ſuum: ſicut leo rapiens, &
rugiens.

Sicut aqua effuſus ſum: &
diſperſa ſunt omnia oſſa
mea.

Factum eſt cor meum, tã-
quam cæra liqueſcens, in
medio ventris mei.

Arunt, tanquam teſta, vir-
tus mea, & lingua mea ad-
hæſit faucibus meis: & in
puluerem mortis deduxi-
ſti me.

Quoniam circudederūt
me canes multi: concilium
malignantium obſedit me.

Foderunt manus meas, &
pedes meos: dinumerau-
erunt omnia oſſa mea.

Ipsi verò conſiderauerūt,
& inſpexerunt me: diuiſe-
runt ſibi veſtimenta mea,
& ſuper veſtem meam mi-
ſerunt ſortem.

Peria. vj. ad Matutinum.

Tu autem Domine, ne elógaueris auxilium tuum à me: ad defensionem meã conspice.

Erue à framea deus animã meam: & de manu canis vnicam meam.

Salua me ex ore leonis: & à cornib⁹ vnicornium humilitatem meam.

Narrabo nomen meũ fratribus meis: in medio ecclesie laudabo te.

Qui timetis dominũ, laudate eum: vniuersum semen Iacob glorificate eũ.

Timeat eum omne semen Israel: quoniam non spreuit, neque despexit deprecationem pauperis.

Nec auertit faciem suam à me: & cum clamarem ad eum exaudiuit me.

Apuđ te laus meã in ecclesia magna: vota mea reddam in conspectu timentium eum.

Edent pauperes, & saturabuntur: & laudabũt dominum, qui requirunt eũ: viuent corda eorum in seculum sc̄culi.

Reminiscentur, & conuertentur ad dominum; vniuersi fines terræ.

Et adorabunt in conspectu eius: vniuersæ familie gentium.

Quoniam domini est regnum: & ipse dominabitur gentium.

Manducauerunt, & adorauerunt omnes pingues terræ: in conspectu eius cadent oēs, qui descendunt in terram.

Et anima mea illi viuet, & semen meum seruiet ipsi.

Annũtiabitur domino generatio ventura: & annũtiabunt cœli iustitiam eius populo, qui nascetur, quẽ facit dominus.

Psalmus. 68.

Saluum me fac Deus, quoniam intrauerunt aquæ vsque ad animã meam.

Infixus sum in limo profundi: & non est substacia.

Veni in altitudinẽ maris: & tempestas demersit me.

Laborauĩ clamans: rauæ factæ sunt fauces meæ: defecerunt oculi mei, dũ spero in deum meum.

Multiplicati sunt super capillos capitis mei: qui oderunt me gratis.

Confortati sunt, qui per-

secuti sunt me inimici mei iniuste: quæ nõ rapui, tuc exoluebam.

Deus tu scis insipientiam meam: & delicta mea à te non sunt abscondita.

Non erubescat in me, qui expectant te domine: domine virtutum.

Non confundantur super me: qui quærunt te, Deus Israel.

Quoniam propter te sustinui opprobrium: operuit confusio faciem meam.

Extraneus factus sum fratribus meis: & peregrinus, filiis matris meæ.

Quoniam zelus domus tuæ comedit me: & opprobria exprobrantium tibi, ceciderunt super me.

Et operui in ieiunio animam meam: & factum est in opprobrium mihi.

Et posui vestimentum meum siliicum: & factus sum illis in parabolam.

Aduersum me loquebantur: qui sedebant in porta: & in me psallebant, qui bibebant vinum.

Ego verò, orationem meam ad te Domine: tempus beneplaciti Deus.

In multitudine misericordiarum tuarum exaudi me: in veritate salutis tuæ.

Eripi me de luto, vt non insigar: libera me ab his, qui oderunt me, & de profundis aquarum.

Non me demergat tempestas aquæ, neq; absorbeat me profundum: neq; vrgeat super me puteus os suum.

Exaudi me domine, quoniam benigna est misericordia tua: secundum multitudinem miserationum tuarum respice in me.

Et ne auertas faciem tuam à puero tuo: quoniam tribulor, velociter exaudi me.

Intende animam meam, & libera eam: propter inimicos meos eripe me.

Tu scis improprium meum, & confusionem meam, & reuerentiam meam.

In conspectu tuo sunt omnes, qui tribulat me: improprium expectauit cor meum, & miseriam.

Et sustinui, qui simul contristaretur, & non fuit: & consolaretur, & nõ inueni.

Et dederunt in escam meam fenum, & in siti mea potauerunt me aceto.

Feria. vj. ad Matutinum.

Viat mensa eorum coram
ipsis in laqueum: & in re-
tributiones, & in scanda-
lum.

Confurentur oculi eorū
ne videant: & dorsum eo-
rum semper incurua.

Iffunde super eos iram
tuam: & furor irę tuę cō-
prehendat eos.

Viat habitatio eorum de-
serta: & in tabernaculis eo-
rum nō sit, qui inhabitet.

Quoniam, quem tu per-
cussisti, persecuti sunt: &
super dolorem vulnerum
meorum addiderunt.

Appone iniquitatē super
iniquitatem eorum: & non
intrent in iustitiam tuam.

Deleantur de libro viuen-
tium, & cum iustis nō scri-
bantur.

Ego sum pauper, & do-
lens, salus tua Deus susce-
pit me.

Laudabo nomen dei cum
canto: & magnificabo eū
in laude.

Ne placebit Deo super vi-
tulum nouellum: cornua
producentem, & vngulas.

Videant pauperes & lætē-
tur: quęrite Deum, & vi-
uet anima vestra.

Quoniam exaudiuit pau-
peres dominus: & victos
suos non despexit.

Laudent illum cęli, & tē-
ra mare, & omnia reptilia
in eis.

Quoniam deus saluam fa-
ciet Sion: & ædificabuntur
ciuitates Iudz.

Et inhabitabunt ibi, & hęc
reditate acquirant eam.

Et semen seruatorum eius
possidebit eam: & qui di-
ligunt nomen eius, habi-
tabunt in ea.

Psalmus. 70.

Inte Domine speraui,
non confundar in æter-
num: in iustitia tua libe-
ra me, & eripe me.

Inclina ad me aurem tuā:
& salua me.

Esto mihi in Deum pro-
tectorem, & in locum mu-
nitum: vt saluū me facias.

Quoniam firmamentum
meum: & refugium meum
es tu.

Deus meus eripe me de
manu peccatoris, & de ma-
nu contra legem agentis,
& iniqui.

Quoniam tu es patientia
mea domine: domine spes
mea, à iuuentute mea,

In te confirmatus sum ex
vtero: de vëtre matris mez
tu es protector meus.

In te cātatio mea semper:
tanquam prodigium fact^o
sum multis, & tu adiutor
fortis.

Repletur os meum lau-
de: vt cantem gloriam tu-
am, tota die magnitudinē
tuam.

Ne proiicias me in tempo-
re senectutis: cum defecerit
virtus mea, ne derelin-
quas me.

Quia dixerūt inimici mei
mihi: & qui custodiebant
animam meam, consilium
fecerunt in vnum.

Dicentes, deus dereliquit
eum: persequimini, & com-
prehendite eum: quia non
est, qui eripiat.

Deus ne elongeris à me:
Deus meus in auxilium
meum respice.

Confundantur, & deficiāt
detrahentes animæ mez:
operiantur confusione, &
pudore, qui quæruni ma-
la mihi.

Ego autem semper spera-
bo. & adiiciam super om-
nem laudem tuam.

Qs meum annuntiabit iu-

sticiam tuam: tota die salu-
tare tuum.

Quoniam non cognoui li-
teraturam, introibo in po-
tentias Domini: Domine
memorabor iustitiæ tuæ
solius.

Deus docuisti me à iuuen-
tute mea: & vsq; nunc pro-
nunciabo mirabilia tua.

Et vsque in senectam, &
senium: Deus ne derelin-
quas me.

Donec annūtiem brach iū-
tuum generationi omni:
quæ ventura est.

Potentiam tuam, & iusti-
tiam tuam Deus vsque in
altissima, quæ fecisti, ma-
gnalia deus q̄s similis tibi?

Quātas ostendisti mihi tri-
bulationes, multas, & ma-
las: & conuersus viuificasti
me, & de abyssiis terræ ite-
rum reduxisti me?

Multiplicasti magnificen-
tiam tuā: & conuersus con-
solatus es me.

Nam & ego confitebor ti-
bi, in vasis psalmi, veritatē
tuam deus: psallam tibi in
cithara sanctus Israel.

Exultabūt labia mea cum
cantauero tibi: & anima
mea, quam redemisti.

Feria. vj. ad Laudes.

Sed & lingua mea, tota die meditabitur iustitiam tuam: cum confusi, & reueriti fuerint, qui querunt mala mihi.

¶ Ad Laudes. Psal. 148.



Laudate dominum de celis: laudate eum in excelsis.

Laudate eum omnes angeli eius: laudate eum omnes virtutes eius.

Laudate eum sol & luna: laudate eum omnes stellæ & lumen.

Laudate eum cœli cœlorum & aquæ, quæ super cœlos sunt: laudent nomê domini.

Quia ipse dixit, & facta sunt: ipse mandauit & creata sunt.

Statuit ea in æternum & in sæculum sæculi: præceptum posuit, & non præteribit.

Laudate dominum de terra: dracones & omnes abyssi.

Ignis, grâdo, nix, glacies, spiritus procellarum: quæ faciunt verbum eius.

Montes & omnes colles;

ligna fructifera, & omnes cedri.

Bestix, & vniuersa pecora: serpentes, & volucres pennatæ.

Reges terræ, & omnes populi: principes, & omnes iudices terræ.

Iuvenes & virgines, senes cum junioribus laudênt nomê domini: quia exaltatum est nomê eius solius.

Confessio eius super cœlum & terram: & exaltauit cornu populi sui.

Hymnus omnibus sanctis eius filiis Israel, populo ap propinquanti sibi.

Psalmus 149.

Cantate domino canticum nouum: laus eius in ecclesia sanctorum.

Letetur Israel in eo qui secit eum: & filix Sion exultent in rege suo.

Laudênt nomê eius in choro: in tympano & psalterio psallant ei.

Quia beneplacitum est domino in populo suo: & exaltauit mansuetos in salutem.

Exaltabunt sancti in gloria: lætabuntur in cubili-

bus suis.

Exultationes dei in guttore eorum: & gladij ancipites in manibus eorum.

Ad faciendam vindictam in nationibus: increpationes in populis.

Ad alligandos reges eorum in compedibus: & nobiles eorum in manicis ferreis.

Vt faciant in eis iudicium cōscriptum: gloria hæc est omnibus sanctis eius.

Canticum Habacuc. 1.

Domine audiui auditionem tuam: & timui.

Domine, opus tuū: in medio annorū, viuifica illud.

In medio annorum notū facies: cū iratus fueris, misericordix recordaberis.

Deus ab austro veniet: & sanctus de monte Pharan.

Operuit cœlos gloria eius: & laudis eius plena est terra.

Splendor eius vt lux erit: cornua in manibus eius.

Ibi abscondita est fortitudo eius: Ante faciem eius ibit mors.

Et egredietur diabolus ante pedes eius: Stetit, & mē-

fus est terram.

Aspexit, & dissoluit gentes: & contriti sunt montes sæculi.

Incuruati sunt colles mūdi, ab itineribus æternitatis eius.

Pro iniquitate vidi tentoria Aethiopię: turbabūtur pelles terræ Madian.

Nunquid in fluminibus iratus es domine? vel in fluminibus furor tuus? vel in mari indignatio tua?

Qui ascendes super equos tuos: & quadrigæ tuæ saluatio?

Suscitās suscitabis arcum tuum: iuramēta tribubus, quæ loquutus es.

Fluuios scindes terræ: Viderunt te, & doluerunt montes: gurges aquarum transit.

Dedit abyssus vocem suā: altitudo manus suas leuauit.

Sol & luna steterunt in habitaculo suo: in luce sagittarum tuarum ibunt, in splendore fulgurantis habitæ tuæ.

In fremitu cōculcabis terram: & in furore obstupescies gentes.

Pgressus es in salutem populi tui: in salutē cū Christo tuo.

Percussisti caput de domo impij: denudasti fundamentum eius vsque ad collum.

Maledixisti sceptris eius, capiti bellatorum eius: venientibus, vt turbo, ad dispergendum me.

Exultatio eorum: sicut eius qui deuorat pauperem in abscondito.

Viam fecisti in mari equis tuis: in luto aquarum multarum.

Audiui, & conturbatus est venter meus: à voce cōtremuerunt labia mea.

Ingrediatur putredo in ossibus meis, & subter me scateat.

Vt requiescā in die tribulationis: vt ascendā ad populum accinctum nostrū.

Ficus enim nō florebit: & non erit germen in vineis. Mentietur opus oliuæ: & arua non afferent cibum.

Abscindetur de ouili pecus: & non erit armentum in præsepibus:

Ego autē in Domino gaudebo: & exultabo in Deo

Iesu meo.

Deus dominus fortitudo mea: & ponet pedes meos quasi ceruorum.

Et super excelsa mea deducet me victor: in psalmis canentem.

Benedictus.

Ad Primam. Antiph.

Cor mundum.



Vare fremuerunt gētes: & populi meditati sūt inania?

Astiterūt reges terræ, & principes conuenerunt in vnum: aduersus dominum, & aduersus Christum eius.

Dirumpamus vincula eorum, & proiciamus à nobis iugum ipsorum.

Qui habitat in cœlis, irridebit eos: & Dominus subsannabit eos.

Tunc loquetur ad eos in ira sua: & in furore suo turbabit eos.

Ego autē constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctū eius prædicans præceptum eius.

Dominus dixit ad me, Filius meus es tu, ego hodie

genui te.

Postula à me, & dabo tibi gentes hereditatem tuam: & possessionem tuam terminos terræ.

Reges eos in virga ferrea: & tanquam vas figuli confringes eos.

Et nunc reges intelligite. erudimini, qui iudicatis terram.

Seruite dño in timore: & exultate ei cum tremore.

Apprehēdite disciplinam ne quando irascatur Dñs: & pereatis de via iusta.

Cum exarserit in breui iracundia eius: beati omnes, qui confidunt in eo. *Psalmus. 11.*

Saluum me fac Domine: quoniam defecit sanctus, quoniam diminutæ sunt veritates à filiis hominum.

Vana loquuti sunt vnusquisq; ad proximum suū: labia dolosa in corde & corde loquuti sunt.

Disperdat Dominus vniuersa labia dolosa, & linguam magniloquam.

Qui dixerūt, linguam nostram magnificabimus: labia nostra à nobis sunt, q̄s noster dominus est?

Propter miseriam inopum, & gemitum pauperū, nūc exurgam: dicit Dominus.

Ponam in salutari: fiducia liter agam in eo.

Eloquia domini, eloquia casta, argentum igne examinatum, probatum terræ, purgatum septuplum.

Tu Domine seruabis nos & custodies nos: à generatione hac in æternum.

In circuitu impij ambulant: secundum altitudinē tuā multiplicasti filios hominum. *Psalmus. 50.*

Miserere mei deus: secundum magnam misericordiam tuam.

Et secundum multitudinem miserationum tuarū, dele iniquitatem meam.

Amplius laua me ab iniquitate mea: & à peccato meo munda me.

Quoniam iniquitatem meam ego cognosco: & peccatum meum contra me est semper.

Tibi soli peccaui, & malum coram te feci: vt iustificeris in sermonibus tuis & vincas cum iudicaris.

Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum: & in peccatis concepit me ma-

Seria. vij. ad Tertiam.

ger mea.

Ecce enim veritatem dilexisti: incerta & occulta sapientie tue manifestasti mihi.

Asperges me domine hisopo, & mundabor: lauabis me, & super niuem dealbabor.

Auditui meo dabis gaudium & letitiam: & exultabunt ossa humiliata.

Auerte faciem tuam a peccatis meis: & omnes iniquitates meas dele.

Cor mundum crea in me Deus: & spiritum rectum innoua in visceribus meis.

Ne proicias me a facie tua: & spiritum sanctum tuum ne auferas a me.

Redde mihi letitiam salutaris tui: & spiritu principali confirma me.

Docebo iniquos vias tuas: & impij ad te conuertentur.

Libera me de sanguinibus Deus, Deus salutis mee: & exultabit lingua mea in stitiam tuam.

Domine labia mea aperies: & os meum annuntiabit laudem tuam.

Quoniam si voluisses, fa-

crificium dedissem: utique holocaustis non delectaberis.

Sacrificium Deo spiritus contribulatus: cor contritum & humiliatum, Deus non despicias.

Benigne fac Domine in bona voluntate tua Sion: ut edificentur muri Hierusalem.

Tunc acceptabis sacrificium iusticie oblationes & holocausta: tunc imponent super altare tuum vitulos. **Antiph.** Cor mundum crea in me Deus.

Deinde. Credo.

¶ Ad tertiam. Antiph.
Ne derelinquas.

Psalmus. 7.



Omne, quod multiplicati sunt, qui tribulant me: multi insurgunt

aduersum me.

Multi dicunt anime mee: Non est salus ipsi in Deo eius.

Tu autem domine susceptor meus es: gloria mea, & exaltans caput meum.

Voce mea ad dominum clamaui:

maui : & exaudiuit me de monte sancto suo.

Ego dormiui, & soporatus sum : & exurrexi quia dominus suscepit me.

Non timebo milia populi circumdantis me, exurge Domine : saluum me fac Deus meus.

Quonia tu percussisti omnes aduersantes mihi sine causa : dentes peccatorum contriuisisti.

Domini est salus : & super populum tuum benedictio tua.

Psalmus. 37.

Domine ne in furore tuo arguas me : neque in ira tua corripias me.

Quoniam sagitte tue infixe sunt mihi : & confirmasti super me manum tuam.

Non est sanitas in carne mea à facie ire tue : nõ est pax ossibus meis à facie peccatorum meorum.

Quonia iniquitates mee supergressæ sunt caput meum : & sicut onus graue grauitate sunt super me.

Putruerunt & corruptæ sunt cicatrices mee : à facie insipientie mee.

Miser factus sum & curua-

B.

N.

tus sum vsque in finem : tota die contristatus ingrediebar.

Quonia lumbi mei impleti sunt illusionibus : & non est sanitas in carne mea.

Afflictus sum & humiliatus sum nimis : rugiebam à gemitu cordis mei.

Domine ante te omne desiderium meum : & gemitus meus à te non est absconditus.

Cor meum conturbatum est, dereliquit me virtus mea : & lumen oculorum meorum, & ipsum non est mecum.

Amici mei & proximi mei aduersum me appropinquauerunt & steterunt.

Et qui iuxta me erant, de longè steterunt : & vim faciebant qui querebant animam meam.

Et qui inquirebant mala, mihi locuti sunt vanitates : & dolos tota die meditantur.

Ego autem tanquam surdus non audiebam : & sicut mutus non aperiens os suum.

Et factus sum sicut homo nõ audiens : & nõ habens in

ore suo redargutiones.

Quoniam in te Domine speravi: tu exaudies me domine Deus meus.

Quia dixi nequando supergaudeant mihi inimici mei: & dum commouetur pedes mei: super me magna locuti sunt.

Quoniam ego in flagella paratus sum: & dolor meus in conspectu meo semper.

Quoniam iniquitatem meam annuntiabo: & cogitabo pro peccato meo.

Inimici autem mei viuunt, & confirmati sunt super me: & multiplicati sunt qui oderunt me inique.

Qui retribuunt mala pro bonis, detrahebant mihi: quoniam sequebar bonitatem.

Ne derelinquas me domine Deus meus: ne discesseris a me.

Intende in adiutorium meum, domine. deus salutis meae.

Psalmus. 55.

Miserere mei Deus, quoniam conculcauit me homo: tota die impugnans tribulauit me.

Conculcauerunt me inimici mei tota die: quoniam multi bellantes aduersum me.

Ab altitudine diei timebo: ego uero in te sperabo.

In deo laudabo sermones meos, in deo speravi: non timebo, quod faciat mihi caro.

Tota die uerba mea excrabantur: aduersum me omnes cogitationes eorum in malum.

Inhabitabunt, & abscondent: ipsi calcaneum meum obseruabunt.

Sicut sustinuerunt animam meam, pro nihilo saluos facies illos: in ira populos confringes.

Deus, vitam meam annuntiaui tibi: posuisti lachrymas meas in conspectu tuo.

Sicut & in promissione tua, tunc conuertentur inimici mei retrorsum.

In quacunque die inuocauero te: ecce cognoui, quoniam deus meus es tu.

In deo laudabo uerbum, in domino laudabo sermones: in deo speraui non timebo, quid faciat mihi homo.

In me sunt deus uota tua, quae reddam laudationes tibi.

Quonia eripuisti animam

meam de morte, & pedes
meos de lapsu: vt placeam
coram Deo in lumine viu-
entium.

Ne derelinquas me do-
mine Deus meus. ¶ **Ad**
Sextam, Antiphona. Cla-
mabo.



Miserere mei
Deus, mise-
rere mei: quoniam
in te confidit
anima mea.

Et in umbra alarū tuarum
sperabo: donec transeat
iniquitas.

Clamabo ad Deum, altis-
simum: Deum, qui benefe-
cit mihi.

Misit de cælo, & liberauit
me: dedit in opprobrium
conculcantes me.

Misit deus misericordiam
suam, & veritatem suam &
eripuit animam meam de
medio catulorū leonum:
dormiui conturbatus.

Filij hominū, dentes eorū
arma, & sagittæ: & lingua
eorum, gladius acutus.

Exaltare super cælos deo:
& super omnem terrā glo-
ria tua.

Iaqueum parauerunt pe-
dibus meis: & incuruaue-

runt animam meam.

Foderunt ante faciem me-
am foueam: & inciderunt
in eam.

Paratum cor meum deus
paratum cor meum canta-
bo, & psalmum dicam.

Exurge gloria mea, exur-
ge psalterium, & cithara:
exurgam diluculo.

Confitebor tibi in populis
domine: & psalmum dicam
tibi in gentibus:

Quoniam magnificata est
vsque ad cælos misericor-
dia tua, & vsque ad nubes
veritas tua.

Exaltare super cælos deo:
& super omnem terrā glo-
ria tua.

Psalmus. 67.

Exaudi Deus oratio-
nem meam, cum de-
precor: à timore ini-
mici eripe animam meam.

Protexisti me à conuentu
malignantium: à multitu-
dine operantium iniquita-
tem:

Qui exacerunt, vt gla-
dium linguas suas, intede-
runt arcum, rem amaram:
vt sagittent in occultis im-
maculatum.

Subitò sagittabunt eum,
& nō timebūt: firmauerūt

Sibi sermonem nequam.

Narraverunt, vt absconderent laqueos: dixerunt, quis videbit eos?

Scrutati sunt iniquitates: defecerunt scrutantes scrutinyo.

Accedet homo ad cor altum: & exaltabitur Deus.

Sagittæ paruulorum factæ sunt plagæ eorum: & infirmatæ sunt contra eos linguæ eorum.

Conturbati sunt omnes, qui videbant eos: & timuit omnis homo.

Et annūtiauerūt opa Dei: & facta eius intellexerunt.

Istabitur iustus in domino, & sperabit in eo: & laudabuntur omnes recti corde. *Psalms, 139.*

Eripe me domine ab homine malo: à viro iniquo eripe me.

Qui cogitauerunt iniquitates in corde: tota die cōstituebant prælia.

Acuerunt linguas suas, sicut serpētes: venenū aspidum sub labiis eorum.

Custodi me dñe de manu peccatoris: & ab hominib⁹ iniquis eripe me.

Qui cogitauerūt supplā-

tare gressus meos: absconderunt superbi laqueum mihi.

Et funes extenderunt in laqueum: iuxta iter scandalum posuerunt mihi.

Lixi domino, Deus meus es tu: exaudi domine vocē deprecationis meæ.

Lomine domine virtus salutaris meæ: obūbrasti super caput meum in die belli.

Ne tradas me dñe à desyderio meo peccatori: cogitauerūt cōtra me ne derelinquas me, ne forte exaltetur

caput circuitus eorum labor labiorum ipsorum operiet eos.

Cadent super eos carbones: in ignem deiciēs eos, in miseris non subsistent.

Vir linguosus non dirigitur in terra: virum iniultū mala capient in interitu.

Cognoui, quia faciet Dominus iudicium in opis. & vindictam pauperum.

Veruntamen iusti cōstebuntur nomini tuo: & habitabunt recti cum vultu tuo. *Añs* Clamabo ad deū altissimum.

¶ Ad Nonam. Añs. Rex noster.

¶ Psalmus 139.

Exaudi Deus de-

precationē meā : **A**uertantur retrorsum, & erubescant: qui volunt mihi mala.

A sinibus terrę ad te clamaui, dū anxietur cor meū: in petra exaltasti me.

Deduxisti me, quia factus es spes mea: turris fortitudinis à facie inimici.

Inhabitabo in tabernaculo tuo in secula protegar: in velamēto alarū tuarum.

Quoniam tu Deus meus exaudisti orationem meā: dedisti hereditatem timen- tibus nomen tuum.

Dies super dies regis ad- iicies: annos eius vtiq; in diem generationis, & generationis.

Permanet in æternum in conspectu Dei misericord- iā, & veritatem eius quis requiret?

Sic psalmum dicā nomi- ni tuo in seculum seculi. vt reddam vota mea de die in diem.

Psalmus. 69.

Deus in adiutorium meum intende: do- mine ad adiuuandū me, festina.

Confundantur, & reuere- antur: qui quærunt ani-

mam meam.

Auertantur retrorsum, & erubescant: qui volunt mihi mala.

Auertantur statim erube- scentes: qui dicunt mihi, euge euge.

Exultent & lætentur in te omnes qui quærunt te: & dicant semper, magnifice- tur dominus, qui diligunt salutare tuum.

Ego verò egenus, & pau- per sum: Deus adiuua me.

A diutor me⁹, & liberator meus es tu: domine ne mo- reris.

Psalmus. 71.

VT quid Deus repulsi in finē: iratus est furor tuus super o- ues pascuę tuę?

Memor esto congregatio- nis tuę, quam possedisti ab initio.

Redemisti virgam heredi- tatis tuę. mōs Sion in quo habitasti in eo.

Leuā manus tuas in super- bias eorum in finem: quan- ta malignatus est inimicus in sancto.

Et gloriati sunt, qui ode- runt te: in medio solenni- tatis tuę.

Posuerūt signa sua, signa,

& non cognouerunt sicut
in exitu super summum.

Quasi in sylua lignorum
securibus exciderunt ianuas
eius in idipsum: in securi:
& ascia deiecerunt eam.

Incenderunt igni sanctua-
rium tuum in terra: pol-
luerunt tabernaculum no-
minis tui.

Dixerunt in corde suo co-
gnatio eorum simul, quie-
scere faciamus omnes dies
festos Dei à terra.

Signa nostra nõ vidimus
iã non est propheta: & nos
non cognosceat ampliùs.

Vsquequò deus imprope-
rabit inimic⁹: irritat aduer-
sarius nomē tuū in finem?

Vt quid auertis manū tuā
& dexterā tuam: de medio
sinu tuo, in finem.

Deus autem rex noster an-
te secula. operatus est salu-
tem in medio terræ.

Tu confirmasti in virtute
tua mare: contribulasti ca-
pita draconum in aquis.

Tu confregisti capita dra-
conis: dedisti eum escā po-
pulis Aethiopum.

Tu dirupisti fontes, & tor-
rentes: tu siccasti fluuios
Ethan.

Tuus est dies, & tua est
nox: tu fabricatus es auro-
ram, & solem.

Tu fecisti omnes terminos
terræ: æstatem & ver, tu
plasmasti ea.

Memor esto huius, inimi-
cus improperauit domo:
& populus insipiens inci-
tauit nomen tuum.

Ne tradas bestiis animas
constitutum tibi. & animas
pauperum tuorū, ne obli-
uiscaris in finem.

Respice in testamentum
tuū. quia repleti sunt, qui
obscurati sunt terræ domi-
bus iniquitatum.

Ne auertatur humilis fa-
ctus confusus: pauper, &
inops laudabunt nomen
tuum.

Exurge deus, iudica cau-
sam tuam: memor esto im-
properiorum tuorum eo-
rū, quæ ab insipiente sunt
tota die.

Ne obliuiscaris voces ini-
micorum tuorum: super-
bia eorum, qui te oderūt,
ascendit semper. *ana.* Rex
noster ante secula, opera-
tus est salutem in medio
terræ.

¶ **Ad vespertat:**



Confitebor
tibi domi-
ne in toto
corde meo
quoniã au-
disti verba

oris mei.

In conspectu angelorum
psallam tibi. adorabo ad te
plum sanctum tuum: & con-
fitebor nomini tuo.

Super misericordia tua &
veritate tua: quoniam ma-
gnificasti super omne no-
men, sanctum tuum.

In quacunque die inuoca-
uero te, exaudi me: multi-
plicabis in anima mea vir-
tutem.

Confiteantur tibi dñe, oēs
reges terræ, quia audierūt
omnia verba oris tui.

Et cantent in viis dñi: quoniam
magna est gloria domini.

Quoniam excelsus dñs, &
humilia respicit: & alta à
longè cognoscit.

Si ambulauero in medio
tribulationis, viuificabis
me: & super iram inimico-
rum meorū extendisti ma-
num tuam, & saluum me
fecit dextera tua.

Dñs retribuet pro me: do-
mine misericordia tua à se-

culuta: opera manuum tua-
rum ne despicias. Psal. 138.

D Omne probasti me,
& cognouisti me: tu
cognouisti sessionem
meam, & resurrectionem
meam.

Intellexisti cogitationes
meas de longè: semitam meam,
& funiculum meum inue-
stigasti.

Et omnes vias meas præ-
uidisti: quia non est sermo
in lingua mea.

Ece tu dñe cognouisti om-
nia, nouissima, & anti-
qua: tu formasti me, & po-
suisti super me manum tuam.

Mirabilis facta est scientia
tua ex me: confortata est,
& non potero ad eam.

Quo ibo à spiritu tuo? &
quò à facie tua fugiam?

Si ascendero in cælum, tu
illic es: si descendero in in-
fernum, ades.

Si sumptero penas meas
diluculo: & habitauero in
extremis maris.

Etenim illuc manus tua de-
ducet me: & tenebit me
dextera tua.

Et dixi, forsità tenebræ con-
culcabunt me: & nox illumi-
natio mea in delitiis meis.

Quia tenebræ non obscurabuntur à te, & nox sicut dies illuminabitur: sicut tenebræ eius, ita & lumē ei?

Quia tu possedisti renes meos: suscepisti me de utero matris meæ.

Confitebor tibi, quia terribiliter magnificatus es, mirabilia opera tua: & anima mea cognoscat nimis.

Non est occultatū os meū à te, quod fecisti in occulto: & substantia mea in inferioribus terræ.

Imperfectū meū viderūt oculi tui: & in libro tuo omnes scribentur, dies formabuntur: & nemo in eis.

Mihi autem nimis honorificati sunt amici tui deo: nimis confortatus est principatus eorum.

Dinumerabo eos, & super arenam multiplicabuntur: exurrexi, & adhuc sum tecum.

Sioccideris Deus peccatores: viri sanguinum declinate à me.

Quia dicitis in cogitatione: accipiant in vnitates ciuitates suas.

Nonne, qui oderūt te domine, oderā: & super ini-

nicos tuos tabescebam?

Perfecto odio oderam illos: inimici facti sunt mihi.

Proba me Deus, & scito cor meum: interroga me, & cognosce semitas meas.

Et vide, si via iniquitatis in me est: & deduc me in via æterna. **Psalmus. 143.**

Voce mea ad dominum clamaui: voce mea ad dominum deprecatus sum.

Effundo in cōspectu eius orationem meam: & tribulationem meā ante ipsum pronuncio.

In deficiendo ex me spiritum meum & tu cognouisti semitas meas.

In via hac, qua ambulabā, abscederūt laqueum mihi.

Considerabam ad dexteram, & videbā: & non erat, qui cognosceret me.

Perit fuga à me: & nō est qui requirat animam meā.

Clamaui ad te domine, dixi, tu es spes mea: portio mea in terra viventium.

Intēde ad deprecationem meā: quia humiliatus sum nimis.

Libera me à persequentibus me: quia confortati sunt

super me.

Educ de custodia animam meam, ad consistendum no-
mini tuo: me expectat iu-
sti, donec retribuas mihi.

*Deinde. Magnificat. fo. ii.
Ad Completorium. Psal. vi.*



Squequo
domine o-
bliuisceris
me in fine?
vsquequo
auertis fa-

tuam a me?

Quandiu ponam consilia
in anima mea: dolorem in
corde meo per diem?

Vsquequo exaltabitur i-
namicus meus super me? re-
spice, & exaudi me, domi-
ne Deus meus.

Illumina oculos meos, ne
vnquam obdormiam in mor-
te: nequando dicat inimi-
cus meus, preualui aduer-
sus eum.

Qui tribulant me, exulta-
bunt si motus fuero, ego
autem in misericordia tua
speraui.

Exultauit cor meum in sa-
lutari tuo: cantabo domi-
no, qui bona tribuit mihi,
& psallam nomini domini
altissimi.

Psalmus. 85.

Inclina domine aurem
tuam, & exaudi me: quon-
iam inops, & pauper
sum ego.

Custodi animam meam, quon-
iam sanctus sum: saluum
fac seruum tuum Deus
meus sperantem in te.

Miserere mei domine quon-
iam ad te clamaui tota die
lætifica animum serui tui:
quoniam ad te domine ani-
mam meam leuaui.

Quoniam tu domine sua-
uis, & mitis: & multae mis-
ericordiae, omnibus inuo-
cantibus te.

Auribus percipe Domine
orationem meam: & intende
voci deprecationis meae.

In die tribulationis meae
clamaui ad te: quia exau-
disti me.

Non est similis tui in diis
Domine: & non est secun-
dum opera tua.

Omnes gentes, quascumque
fecisti, venient, & adora-
bunt coram te domine: & glori-
ficabunt nomen tuum.

Quoniam magnus es tu,
& faciens mirabilia: tu es
Deus solus.

Deduc me domine in via
tua, & ingrediar in verita-

Feria. vi. ad Completorium.

te tua: lætetur cor meum,
vt timeat nomen tuum.

Confitebor tibi Domine
Deus meus, in toto corde
meo: & glorificabo nomen
tuum in æternum.

Quia misericordia tua ma-
gna est super me: & erui-
sti animam meam ex infer-
no inferiori.

Deus, iniqui insurrexerunt
super me: & synagoga po-
tentium quæserunt animam
meam: & non proposue-
runt te in conspectu suo.

Et tu domine Deus mise-
rator, & misericors: patiens
& multæ misericordiæ, &
verax.

Respice in me, & miserere
mei, da imperium tuum pue-
ro tuo: saluum fac filium
ancillæ tuæ.

Fac mecum signum in bonum,
vt videat, qui oderunt me,
& confundantur: quonia tu
dñe adiuuisti me, & conso-
latus es me. **Psalmus. 140.**

Domine, clamaui ad
te, exaudi me: inten-
de, voci meæ, cum
clamauero ad te.

Dirigatur oratio mea, si-
cut incensum, in conspectu
tuo: eleuatio manuum mea-

rum sacrificium vespertinum.

Pone domine custodiam
ori meo: & ostium circum-
stantiæ labiis meis.

Non declines cor meum
in verba malitiæ: ad excu-
sandas excusationes, & pec-
catis.

Cum hominibus operan-
tibus iniquitatem: & non
communicabo cum electis
eorum.

Corripiet me iustus in mi-
sericordia, & increpabit me:
oleum autem peccatoris non
impinguet caput meum.

Quoniam adhuc, & ora-
tio mea in beneplacitis eo-
rum: absorpti sunt iuncti
petræ iudices eorum.

Audient verba mea, quo-
niam potuerunt: sicut cras-
situde terræ erupta est su-
per terram.

Dissipata sunt ossa nostra
secus infernum: quia ad te
domine oculi mei in te spe-
raui, non auferas animam
meam.

Custodi me à laqueo, quæ
statuerunt mihi: & à scanda-
lis operantium iniquitatem.

Cadent in retiaculo eius
peccatores: singulariter
sum ego, donec transeam.

Deinde. Nunc dimittis.

so. 12. ¶ Sabbato ad Matutinum.

Psalmus. 54.

Exaudi Deus orationem meam, & ne despexeris deprecationem meam: intēde mihi, & exaudi me.

Contristatus sum in exercitatione mea: & conturbatus sum, à voce inimici, & à tribulatione peccatoris.

Quoniam declinauerunt in me iniquitates: & in ira molesti erant mihi.

Cor meū cōturbatum est in me: & formido mortis cecidit super me.

Timor, & tremor venerūt super me: & contexerunt me tenebræ.

Et dixi, quis dabit mihi pennas sicut columbæ: & volabo, & requiescam?

Ecce elongavi fugiens: & mansi in solitudine.

Expectabā eū: qui saluum me fecit, à pusillanimitate spiritus, & tempestate.

Precipita domine, diuide linguas eorū: quoniam vidi iniquitatem, & contradictionem, in ciuitate.

Die, ac nocte, circūdabit

eam super muros eius iniquitas: & labor in medio eius, & iniustitia.

Et non defecit de plateis eius: vsura, & dolus.

Quoniam si inimicus meus maledixisset mihi: sustinuissem vtique.

Et si is, qui oderat me, super me magna locutus fuisset: abscondissem me forsitan ab eo.

Tu verò homo vnanimis: dux meus, & notus meus.

Qui simul mecum dulces capiebas cibos: in domo Dei, ambulauimus cum consensu.

Veniat mors super illos: & descendant in infernum viuentes.

Quoniam nequitiz in habitaculis eorum: in medio eorum.

Ego autem ad Deum clamaui: & dñs saluabit me.

Vespere, & mane, & meridie narrabo: & annuntiabo, & exaudiet vocem meam.

Redimet in pace animam meam ab iis, qui appropinquā mihi: quoniam inter multos erant mecum.

Exaudiet deus, & humiliat

Sabbato ad Matutinum.

- bit illos, q̄ est ante secula. **A**d videndum in bonitate electorum tuorum, ad lætandum in lætitia gentis tuæ: vt lauderis cum hæretate tua.
- N**on enim est illis cõmutatio, & nõ timuerūt Deū: extendit manum suam, in retribuendo. **P**eccauimus, cum patrib⁹ nostris: iniuste egimus, iniquitatem fecimus.
- C**õtaminauerūt testamentum eius, diuisi sunt ab ira vultus eius: & appropinquauit cor illius. **P**atres nostri in Aegypto nõ intellexerunt mirabilia tua: non fuerunt memores multitudinis misericordiarũ tuarũ.
- M**olliti sunt sermones ei⁹ super oleum: & ipsi sunt iacula. **E**t irritauerunt ascendentē in mare: mare rubrum.
- I**acta super dominum curam tuã, & ipse te enutriet: non dabit in æternum fluctuationem iusto. **E**t saluauit eos propter nomen suum: vt notam faceret potentiam suam.
- T**u verò de⁹, deduces eos in puteum interitus. **E**t increpuit mare rubrũ, & exiccatum est: & deduxit eos in abissis sicut in deserto.
- V**iri sanguinum, & dolosi, non dimidiabunt dies suos: ego autē sperabo in te domine. **P**salmus. xos. **E**t saluauit eos de manu odientium. & redemit eos de manu inimici.
- C**onfitemini domino, quoniam bon⁹: quoniã in seculum misericordia eius. **E**t operuit aqua tribulantes eos: vnus ex eis non remansit.
- Q**uis loquetur potentias domini. auditas faciet omnes laudes eius? **E**t crediderunt verbis ei⁹: & laudauerunt laudem eius.
- B**eati, qui custodiunt iudicium: & faciūt iustitiam in omni tempore. **C**irò fecerunt, obliuisci sunt operum eius: nõ sustinuerunt consilium eius.
- M**emento nostri domine in beneplacito populi tui: visita nos in salutari tuo. **E**t concupierunt concupiscentiam in deserto: &

tentauerunt Deum in in-
quofo.

Et dedit eis petitionem ip-
forum: & misit saturitatem
in animas eorum.

Et irritauerunt Moysen
in castris: Aaron sanctum
domini.

Aperta est terra, & deglu-
tuit Dathan: & operuit
super congregationem A-
biron.

Et exarsit ignis in synago-
ga eorum: flamma cōbus-
sit peccatores.

Et fecerunt vitulū in Ho-
reb: & adorauerunt scul-
ptile.

Et mutauerunt gloriā suā:
in similitudinē vituli, co-
medentis fœnum.

Obliti sunt Deū, qui sal-
uauit eos, qui fecit magna
in Aegypto, mirabilia
in terra Cham: terribilia in
mari rubro.

Et dixit, vt disperderet eos:
si non Moyses electus ei⁹,
stetisset in cōfractioe, in
conspēctu eius.

Vt auerteret iram eius, ne
disperderet eos: & pro ni-
hilo habuerunt terram de-
siderabilem.

Non crediderunt verbo

eius, & murmurauerunt in
tabernaculis suis: non ex-
audierunt vocem domini.

Et eleuauit manum suam
super eos: vt prosterneret
eos in deserto.

Et vt deiceret semen eorū
in nationibus: & disperde-
ret eos in regionibus.

Et initiati sunt Beelphe-
gor: & comederūt sacrifici-
a mortuorum.

Et irritauerūt eū in adin-
ventionibus suis. & multi-
plicata est in eis ruina.

Et stetit Phinees, & pla-
cauit: & cessauit quassatio.

Et reputatum est ei in iu-
stitiam, in generatione, &
generationem, vsque in
sempiternum.

Et irritauerunt eum ad a-
guas contradictionis: &
vexatus est Moyses pro-
pter eos, quia exacerbaue-
runt spiritum eius.

Et distinxit in labiis suis,
non disperdiderunt gētes,
quas dixit dominus illis.

Et cōmisti sunt inter gen-
tes, & didicerūt opera eo-
rum & seruiuerunt sulptili-
bus eorū: & factū est illis
in scandalum.

Et imolauerūt filios suos:

Sabbato ad Matutinum.

& filias suas dæmonis.

Et effoderunt sanguinem innocẽtem sanguinem filiorũ suorũ, & filiarũ suarum: quas sacrificauerunt sculptilibus Chanaan.

Et infecta est terra in sanguinibus, & contaminata est in operibus eorum: & fornicati sunt in adinventionibus suis.

Et iratus est furore dñs in populum suum: & abominatus est hæreditatẽ suam.

Et tradidit eos in manus gentium: & dominati sunt eorum, qui oderunt eos.

Et tribulauerunt eos inimici eorum: & humiliati sunt sub manibus eorum, sæpe liberauit eos.

Ipsi autẽ exacerbauerũt eũ in cõsilio suo: & humiliati sunt, in iniquitatibus suis.

Et vidit cũ tribularentur: & audiuit orationem eorum.

Et memor fuit testamenti sui: & pœnituit eum secundum multitudinem misericordie sue.

Et dedit eos in misericordias: in conspectu omniũ, qui seperant eos.

Saluos nos fac dñe Deus

nos: & congrega nos de nationibus.

Vt cõfiteamur nomini sancto tuo: & gloriemur in laude tua.

Benedictus dominus deus Israel, à seculo, & vsque in seculum: & dicet omnis populus, fiat fiat.

Psalmus 106.

Confitemini Domino, quoniã bonus: quoniam in seculũ misericordie eius.

Dicãt, qui redempti sunt à Domino, quos redemit de manu inimici, & de regionibus cõgregauit eos.

A solis ortu, & occasu, ab Aquilone, & mari.

Errauerunt in solitudine in inaquoso: viam ciuitatis habitaculi non inueniunt.

Esurientes, & sitiẽtes: anima eorum in ipsis defecit.

Et clamauerunt ad dominum, cum tribularentur: & de necessitatibus eorum eripuit eos.

Et deduxit eos in viam rectam: vt irent in ciuitatem habitationis.

Cõfiteantur domino misericordie eius: & mirabi-

lia eius, filiis hominum.

Quia fatiavit animam inanem: & animam esuriētem fatiavit bonis.

Sedentes in tenebris, & in vmbra mortis: vinctos in mendicitate, & ferro.

Quia exacerbauerunt eloquia Dei: & consilium altissimi irritauerunt.

Et humiliatum est in laboribus cor eorum: infirmati sunt, nec fuit, qui adiuuaret.

Et clamauerunt ad dominum, cū tribularentur: & de necessitatibus eorum liberauit eos.

Et eduxit eos de tenebris, & vmbra mortis: & vincula eorum dirupit.

Confiteantur domino misericordię eius: & mirabilia eius, filiis hominum.

Quia contriuit portas æreas: & vectes ferreos confregit.

Suscepit eos de via iniquitatis eorum: propter iniustitias enim suas humiliati sunt.

Omnem escam abominata est anima eorum: & appropinquauerūt vsque ad portas mortis.

Et clamauerūt ad Dominum, cū tribularentur: & de necessitatibus eorum liberauit eos.

Misit verbum suum, & sanauit eos: & eripuit eos de interitionibus eorum.

Confiteantur domino misericordię eius: & mirabilia eius filiis hominum.

Et sacrificent sacrificium laudis: & annuntient opera eius in exultatione.

Qui descendunt mare in nauibus: facientes operationem in aquis multis.

Ipsi viderunt opera domini: & mirabilia eius in profundo.

Dixit, & stetit spiritus procellę: & exaltati sunt fluctus eius.

Ascendunt vsque ad cęlos, & descendunt vsque ad abyssos: anima eorum in malis tabescebat.

Turbati sunt, & moti sunt sicut ebrii: & omnis sapientia eorum deuorata est.

Et clamauerunt ad dominum, cū tribularentur: & de necessitatibus eorum eduxit eos.

Et statuit procellam eius in auram: & siluerunt flu-

Sabbato ad Laudes.

Quis eius.

Et lætati sunt, quia fluerunt: & deduxit eos in portum voluntatis eorum.

Confiteantur domino misericordie eius: & mirabilia eius, filiis hominum.

Et exaltent eum in ecclesia plebis: & in cathedra seniorum laudent eum.

Posuit flumina in desertum: & exitus aquarum in sitim.

Terram fructiferam in saluginem: à malitia inhabitantium in ea.

Posuit desertum in stagna aquarum: & terram sine aqua in exitus aquarum.

Et collocauit illic esurientes: & constituerunt civitatem habitationis.

Et seminauerunt agros, & plantauerunt vineas: & fecerunt fructum natiuitatis.

Et benedixit eis, & multiplicati sunt nimis: & iumenta eorum non minorauit.

Et pauci facti sunt, & vexati sunt: à tribulatione malorum, & dolore.

Effusa est contentio super principes: & errare fecit eos in inuio, & non in via.

Et adiuuit pauperem de inopia: & posuit, sicut oues, familias.

Videbunt recti, & lætabuntur: & omnis iniquitas oppilabit os suum.

Quis sapiens, & custodiet hæc: & intelliget misericordias domini?

¶ Ad Laudes.



Psal. 116.
Audate dominum omnes gentes: laudate eum omnes populi.

Quoniam confirmata est super nos misericordia eius: & veritas domini manet in æternum.

Psalms. 116.
LAudate dominum in sanctis eius: laudate eum in firmamento virtutis eius.

Laudate eum in virtutibus eius: laudate eum secundum multitudinem magnitudinis eius.

Laudate eum in sono tubæ: laudate eum in psalterio, & cithara.

Laudate eum in tympano, & choro: laudate eum in chordis & organo.

Laudate eum in cymbalis beneso-

benefonantibus, laudate
cum in cymbalis iubilatio
nis: omnis spiritus laudet
dominum.

¶ Canticum Mosi. deut. 32.

Avdite cœli, quæ lo
quor: audiat terra
verba oris mei.

Concresecat in pluviam do
ctrina mea: sicut veros e
loquium meum.

Quasi imber super her
bam, & quasi stillæ super
gramina: **Q**uia nomen do
mini inuocabo.

Date magnificentiam deo
nostro, Dei perfecta sunt
opera: & omnes viæ eius
iudicia.

Deus fidelis, & absque vi
sa iniquitate, iustus, & re
ctus peccauerunt ei: & nõ
filij eius in sordibus.

Generatio prava, atque
peruersa: Hæcine reddis
domino popule stultæ, &
insipiens?

Nunquid non ipse est pa
ter tuus, qui possedit te, &
fecit, & creauit te?

Memêto dierum antiquo
rum: cogita generationes
singulas.

Interroga patrem tuum,
& annuntiabit tibi: ma. o.

B.

N.

res tuos, & dicent tibi.

Quando diuidebat altis
simus gentes: quando sepa
rabat filios Adam.

Constituit terminos po
pulorum, iuxta numerum
filiorum Israel.

Pars autem domini popu
lus eius: Jacob funiculus
hereditatis eius.

Inuenit eum in terra de
serta: in loco horroris, &
vastæ solitudinis.

Circunduxit eum, & do
cuit: & custodiuit quasi pu
pillam oculi sui.

Sicut aquila prouocâs ad
volandum pullos suos: &
super eos volitans.

Expandit alas suas, & as
sumpsit eum: atque porta
uit in humeris suis.

Dominus solus dux eius
fuit: & non erat cum eo
deus alienus.

Constituit eum super ex
cellsam terram: vt comede
ret fructus agrorum.

Et suggeret mel de petra:
oleûq; de saxo durissimo.

Butyrum de armento, &
lac de ouibus cum adipe
agnorum, & arietum filio
rum Basan.

Et hircos cû medulla tri.

Sabbato ad Laudes.

tici: & sanguinē vix bibe-
ret meracissimum.

Incrassatus est dilectus, &
recalcitrauit: incrassatus,
impinguatus, dilatatus.

Dereliquit deum factore
suum, & recessit à deo salu-
tari suo.

Prouocauerunt eum in
dijs alienis: & in abomina-
tionibus ad iracundiã con-
citauerunt.

Immolauerūt dæmoniis,
& non deo: dijs, quos igno-
rabant.

Noui, recentes quæ vene-
runt: quos non coluerunt
patres eorum.

Deum, qui te genuit, dere-
liquisti: & oblitus es domi-
ni creatoris tui.

Vidit dominus, & ad ira-
cundiã concitatus est quia
prouocauerunt eum filij
sui, & filix.

Et ait, Abscondam faciem
meam ab eis. & considera-
bo nouissima eorum.

Generatio enim perversa
est: & infideles filij.

Ipsime prouocauerūt in
eo, qui non erat Deus: &
irritauerunt in vanitatib⁹
suis.

Et ego prouocabo eos in

eo: qui non est populus: &
igēte stulta irritabo illos,
Ignis succensus est in fu-
rore meo, & ardebit vsque
ad inferni nouissima.

De uorabitque terram cū
germine suo: & montium
fundamenta comburet.

Cōgregabo super eos ma-
la: & sagittas meas comple-
bo in eis.

Consumētur fame: & de-
uorabunt eos aues morsu
amarissimo.

Dentes bestiarum immit-
tam in eos: cum furore tra-
hentium super terram, at-
que serpentium.

Floris vastabit eos gladi⁹,
& intus pavor: iuuenē si-
mul ac virginem, lactē em-
cum homine sene.

Et dixi, vbinam sunt? ces-
sare faciam ex hominibus
memoriam eorum.

Sed propter iram inimi-
corum distuli: ne forte su-
perbirent hecites eorū.

Et dicerēt, Manus nostra
excelsa: & non dominus,
fecit hæc omnia.

Gens absque consilio est,
& sine prudentia: vti nam
saperent, & intelligerent,
ac nouissima prouiderēt.

Quomodo persequetur vnus mille: & duo fugerent decem millia.

Nonne ideo, quia Deus suus vendidit eos: & dominus conclusit illos?

Non enim est deus noster, vt dij eorum. & inimici nostri sunt iudices.

De vinea Sodomorum, vinea eorum: & de suburbanis Gomorrhæ.

Vua eorum: vua fellis: & botrus amarissimus,

Fel draconum vinum eorum & venenum aspidum insanabile.

Nonne hæc condita sunt apud me: & signata in thesauris meis?

Mala est ultio, & ego retribuam eis in tempore: vt labatur pes eorum.

Iuxta est dies perditionis: & adesse festinant tempora.

Iudicabit dominus populum suum: & in seruis suis miserebitur.

Videbit quod infirmata sit manus: & clausi quoque defecerunt residuique consumpti sunt.

Et dicet, Vbi sunt dij eorum: in quibus habebant fiduciam?

De quorum victimis comedebant adipem: & biberant vinum libaminum.

Surgant, & opulentur vobis: & in necessitate vos protegant.

Videte quod ego sim solus: & non sit alius Deus præter me.

Ego occidam, & ego viuere faciam: percutiam, & ego sanabo: & non est, qui de manu mea possit eruere.

Leuabo ad cælum manum meam: & dicam, viuo ego in æternum.

Si acuerit vt fulgur gladium meum: & arripuerit iudicium manus mea.

Reddam ultionem hostibus meis, & his, qui oderunt me, retribuam.

Inebriabo sagittas meas sanguine: & gladius meus deuorabit carnes.

De cruore occisorum: & de captiuitate nudati inimicorum capitis.

Laudate gentes populum eius: quia sanguinem seruatorum suorum viciscetur.

Et vindictam tribuet in hostes eorum: & propitius erit terræ populi sui.

Sabbato ad Primas.

Deinde. Benedictio. fo. 5.

Ad Primam. Antipho.

Deus. Psalmus. 62.



Eus, Deus
meus: ad te
de luce vi-
gilo.

S inuit in te
anima mea:

quam multipliciter tibi ca-
ro mea?

In terra deserta, in via, &
in aquosa sic in sancto ap-
parui tibi: vt viderem vir-
tutem tuam, & gloriam
tuam.

Quoniam melior est mise-
ricordia tua super vitas: la-
bia mea laudabunt te.

Sic benedicam te in vita
mea: & in nomine tuo leua-
bo manus meas.

Sicut adipe & pinguedine
repleatur anima mea & la-
bus exultationis laudabit
os meum.

Sic memor fui tui super
stratum meum, in matuti-
nis meditabor in te: quia
fuisse adiutor meus.

Et in velamento alarum
tuarum exultabo, adhesit
anima mea post te: me su-
scipit dextera tua.

Ipsi vero in vanum gus-

serunt animam meam, in-
troibunt in inferiora ter-
re: tradentur in manus gla-
dij, partes vulpium erunt.

Rex vero letabitur in deo
laudabuntur omnes qui iu-
rant in eo: quia obstructus
est os loquentium iniqua.

Psalmus. 66.

D Eus misereatur no-
stri & benedicat no-
bis: illuminet vultu
suum super nos, & misere-
tur nostri.

Vt cognoscamus in terra
viam tuam: in omnibus ge-
tibus salutare tuum.

Confiteantur tibi populi
deus: confiteantur tibi po-
puli omnes.

Letentur & exultent gen-
tes, quoniam iudicas po-
pulos in aequitate: & gen-
tes in terra dirigis.

Confiteantur tibi populi
deus, confiteantur tibi po-
puli omnes: terra dedit fru-
ctum suum.

Benedicat nos deus deus
noster, benedicat nos deus
& metuant eum omnes fi-
nes terre. Psalmus. 134.

Confitemini Domi-
no, quoniam bonus
quoniam in aeterna

miseriordia eius.

Confitemini deo deorum: quoniam in æternum misericordia eius.

Confitemini domino dominorum: quoniam in æternum misericordia eius.

Qui facit mirabilia magna solus: quoniam in æternum misericordia eius.

Qui fecit celos in intellectu: quoniam in æternum misericordia eius.

Qui firmavit terram super aquas: quoniam in æternum misericordia eius.

Qui fecit luminaria magna: quoniam in æternum misericordia eius.

Solem in potestate diei: quoniam in æternum misericordia eius.

Lunam, & stellas, in potestatem noctis: quoniam in æternum misericordia eius.

Qui percussit Aegyptum cum primogenitis eorum: quoniam in æternum misericordia eius.

Qui eduxit Israel de medio eorum: quoniam in æternum misericordia eius.

In manu potenti, & brachio excelso: quoniam in æternum misericordia eius.

Qui diuisit mare rubrum in diuisiones: quoniam in æternum misericordia eius.

Et eduxit Israel per medium eius: quoniam in æternum misericordia eius.

Et excussit Pharaonem, & virtutem eius in mari rubro: quoniam in æternum misericordia eius.

Qui traduxit populum suum per desertum: quoniam in æternum misericordia eius.

Qui percussit reges magnos: quoniam in æternum misericordia eius.

Et occidit reges fortes: quoniam in æternum misericordia eius.

Sehon regem Amorrhæorum: quoniam in æternum misericordia eius.

Et Og regem Basan: quoniam in æternum misericordia eius.

Et dedit terram eorum hereditatem: quoniam in æternum misericordia eius.

Hæreditatem Israel seruo suo: quoniam in æternum misericordia eius.

Quia in humilitate nostra memor fui nostri: quoniam in æternum misericordia eius.

Sabbato ad Tertiam.

Et redemit nos ab inimicis nostris: quonia in æternum misericordia eius.

Qui dat escam omni carni: quoniam in æternum misericordia eius.

Confitemini deo cæli: quoniam in æternum misericordia eius.

Confitemini domino dominorum: quonia in æternum misericordia eius.

Antiph. Deus deus meus ad te de luce vigilo.

Deinde. Credo. *fo. 17.*

Ad Tertiam. Antiph. Inclina. *Psalmus. 57.*



Vid gloriaris in malitia, qui potes es in iniquitate?

Tota die in iustitiam cogitauit lingua tua: sicut nouacula acuta fecisti dolum.

Dilexisti malitiam super benignitatem: iniquitatem magis quam loqui æquitatem.

Dilexisti oia verba precipitationis: lingua dolosa.

Propterea Deus destruet te in finem: euellet te, & emigrabit te de tabernacu-

lo tuo: & radicem tuam de terra viuentium.

Videbunt iusti, & timebunt, & super eum ridebunt: & dicent: Ecce homo, qui non posuit deum adiutorem suum.

Sed sperauit in multitudine diuitiarum suarum: & præualuit in vanitate sua.

Ego autè, sicut oliua fructifera in domo Dei, speraui in misericordia Dei in æternum: & in seculum seculi.

Confitebor tibi in seculum, quia fecisti: & exaltetabo nomen tuum: quoniam bonum est in conspectu sanctorum tuorum.

Psalmus 57.

Si vere utique iustitiam loquimini. recte iudicatio filij hominum.

Etenim in corde iniquitates operamini in terra. in iustitias manus vestre concinnant.

Alienati sunt peccatores à vulua errauerunt ab utero, locuti sunt falsa.

Furor illis secundum similitudinem serpentis: sicut aspidis surdæ, & obturata-

tis aures suas.

Quæ nõ exaudiet vocem
incantantium: & venefici
incantantis sapienter.

Deus conteret dentes eo-
rum in ore ipsorum: mol-
las leonum confringet do-
minus.

Ad nihilũ deueniat tan-
quam aqua decurrens: in-
tendit arcum suum, do-
nec infirmetur.

Sicut cera, quæ fluit, au-
feretur: supercæcidit ignis
& non viderunt solem.

Priusquam intelligerent
spinæ veitrg rhamnã: si-
cut viuentes, sic in ira ab-
sorbet eos.

Latabitur iustus, eũm vi-
derit vindictã: manus
suas lauabit in sanguine
peccatoris.

Et dicet homo, Si vtrique
est fructus iusto? vtrique
est deus iudicãs eos in ter-
ra.

Psalmus. 87.

Domine Deus salu-
tis mex, in die cla-
maui, & nocte co-
ram te.

Intret in cõspectu tuo o-
ratio mea: inclina aurẽ tuã
ad precem meam.

Quia repleta est malis a-

nima mea: & vita mea in-
ferno appropinquauit.

Aestimatus sum cum de-
scendentibus in lacum: fa-
ctus sum sicut homo sine
adiutorio, inter mortuos
liber.

Sicut vulnerati dormien-
tes i sepulchris, quorũ nõ
es memor amplius: & ipsi
de manu tua repulsi sunt.

Posuerunt me in lacu in-
feriori: in tenebrosis, & in
vmbra mortis.

Super me cõfirmatus est
furor tuus: & oēs fluctus
tuos induxisti super me.

Longe fecisti notos meos
à me: posuerunt me abo-
minationem sibi.

Traditus sum, & nõ egre-
diebar: oculi mei languer-
unt præ inopia.

Clamaui ad te domine: to-
ta die expandi ad te ma-
nus meas.

Nunquid mortuis facies
mirabilia: aut medici sus-
citantur, & consitebun-
tur tibi?

Nunquid narrabit aliquis
in sepulchro misericordiã
tuam: & veritatem tuam in
perditione.

Nunquid cognoscentur

Sabbato ad Sextam.

in tenebris mirabilia tuas
& iustitia tua in terra obli-
uionis?

Et ego ad te domine cla-
maui. & mane oratio mea
præueniet te.

Vt quid Domine repellis
orationem meam: auertis
faciem tuam à me?

Pauper sum ego, & in la-
boribus à iuuentute mea:
exaltatus autem humiliatus
sum, & conturbatus.

In me transierunt iræ tuæ:
& errores tui conturbaue-
runt me.

Circudederunt me, sicut
aqua: tota die circudede-
runt me simul.

Elongasti à me amicum,
& proximū: & notos meos
à miseria.

Antipho. Inclina aurem
tuam ad precem meam.

¶ Ad sextam. Antiphona.
Adiuua.

Psalms. 75.



Notus in lu-
dexa deus: in
Israel magnū
nomen eius.

Et factus est
in pace loc⁹

eius: & habitatio eius in
Sion.

Ibi confregit potētias, ar-

cum, scutum, gladium, &
bellum.

Illuminans tu mirabiliter
à montibus æternis: tur-
bati sunt omnes insipien-
tes corde.

Dormierunt somnū suū:
& nihil inuenerunt om-
nes viri diuitiarum in ma-
nibus suis.

Ab increpatione tua deus
Iacob. dormitauerunt, qui
ascenderunt equos.

Tu terribilis es, & quis re-
sistet tibi? ex tunc ira tua.

De cælo auditum fecisti
iudicium: terra tremuit, &
quieuit.

Cum exurgeret ī iudiciū
deus: vt saluos faceret om-
nes mansuetos terre.

Quoniam cogitatio homi-
nis consistebitur tibi: & re-
liquæ cogitationis diē fe-
stum agent tibi.

Venete, & reddite dom⁹
deo vestro: oēs, qui in cir-
cuiu ei⁹ assertis munera.

Terribili, & ei, qui auferit
spiritum principum terri-
bili apud reges terræ.

Psalms. 78.

Deus, venerunt gen-
tes in hereditatem
tuam, polluerunt

templum sanctum tuum: posuerunt Hierusalem in pomorum custodiam.

Posuerunt morticina seruorum tuorum escas volatilibus cæli: carnes sanctorum tuorum bestis terræ.

Effuderunt sanguinè eorum tãquam aquam in circuitu Hierusalem: & non erat, qui sepeliret.

Facti sumus opprobrium vicinis nostris: subsannatio, & illusio his, qui in circuitu nostro sunt.

Vsquequo domine irasceris finem: accendetur velut ignis zelus tuus?

Effunde iram tuam in gentes, quæ te non nouerunt: & in regna quæ nomen tuum non inuocauerunt.

Quia comederunt Iacob: & locum eius desolauerunt.

Ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum, cito anticipent nos misericordia tuæ: quia pauperes facti sumus nimis.

Adiuua nos Deus salutaris noster: & propter gloriam nominis tui domine libera nos, & propitius esto peccatis nostris pro-

pter nomen tuum.

Ne forte dicant in gentibus, ubi est Deus eorum? & innotescat in nationibus coram oculis nostris.

Vltio sanguinis seruorum tuorum, qui effusus est: intreat in cõspectu tuo gemitus compeditorum.

Secudum magnitudinem brachij tui posside filios mortificatorum.

Et redde vicinis nostris septuplum in sinu eorum, improperij ipsorum, quod exprobrauerunt tibi domine.

Nos autem populus tuus, & oves pascuæ tuæ confitebimur tibi in seculum.

In generatione, & generatione: annuntiabimus laudem tuam. **Psalmus 123.**

Nisi quia dominus exerat in nobis dicat nunc Israel: nisi quia dominus erat in nobis.

Cum exurgeret homines in nos: forte viuos deglutissent nos.

Cum irasceretur furor eorum in nos, forsitan aqua absorbuisset nos.

Torrentem pertransiuit anima nostra: forsitan per-

Sabbato ad Nonam.

transisset anima nostra a-
quam intolerabilem.

Benedictus dominus: qui
non dedit nos in captione
dentibus eorum.

Anima nostra sicut passer
erepta est: de laqueo venatium.

Laqueus contritus est: &
nos liberati sumus.

Adiutorium nostrum in
nomine domini: qui fecit
caelum, & terram.

Ana. Adiuua nos Deus sa-
lutaris noster.

¶ Ad Nonam. Antipho.
Non auertas. **Psalm⁹. 101.**



Domine ex-
audi oratio-
nem meam:
& clamor
meus ad te
veniat.

Non auertas faciem tuam
a me: in quacunq; die tri-
bulor, inclina ad me aurem
tuam.

In quacunq; die inuo-
cauero te: velociter exau-
di me.

Quia defecerunt sicut fu-
mus dies mei: & ossa mea
sicut cremium aruerunt.

Percussus sum vt foenum,
& aruit cor meum: quia ob-

litus sum comedere pan-
nem meum.

A voce gemitus mei adhuc
sit os meum carni meae.

Similis factus sum pellicano
solitudinis: factus
sum sicut nicticorax in do-
micilio.

Vigilauit, & factus sum si-
cut passer: solitarius in te-
cto.

Tota die exprobrabant mi-
hi inimici mei: & qui lau-
dabant me aduersum me
iurabant.

Quia cinerem tanquam pan-
nem manducabam: & po-
tum meum cum fletu mi-
scebam.

A facie irae indignationis
tuae: quia eleuans alisisti
me.

Dies mei sicut umbra de-
clinauerunt: & ego sicut
foenum arui.

Tu autem domine in ae-
tuum permanes: & memo-
riale tuum in generatione
& generationem.

Tu exurgens domine mi-
sereberis Sion: quia tem-
pus misereri eius, quia ve-
nit tempus.

Quoniam placuerunt ser-
uis tuis lapides eius: & cer-

ex eius miserebuntur.

Et timebunt gentes nomen tuum domine: & omnes reges terræ gloriam tuam.

Quia ædificauit dominus Sion. & videbitur in gloria sua.

Respexit in oratione humilium: & non spreuit precem eorum.

Scribantur hæc in generatione altera: & populus qui creabitur laudabit dominum.

Quia prospexit de excelso sancto suo. dominus de celo in terram aspexit.

Vt audiret gemitus compeditorum: vt solueret filios interemptorum.

Vt annuntiæt in Sion nomen domini: & laudæ eius in Hierusalem.

In conueniendo populos in vnũ: & reges vt seruiant domino.

Respondit ei in via virtutis suæ: paucitatem dierum meorum nuntia mihi.

Ne reuoces me in dimidio dierum meorum: in generatione & generatione anni tui.

In initio tu domine terram fundasti: & opera manuum

tuarum sunt cæli.

Ipsi peribunt, tu autem permanes: & omnes sicut vestimentum veterascent.

Et sicut opertorium mutabis eos, & mutabuntur: tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient.

Filij seruorum tuorum habitabunt: & semen eorum in seculum dirigitur.

Psalmus 137.

Beatam omnes, qui timeant dominum, qui ambulat in viis eius.

Labores manuum tuarum quia manducabis: beatus es, & bene tibi erit.

Vxor tua, sicut vitis abundans: in lateribus domus tue.

Filij tui, sicut nouellæ oliuarum: in circuitu mensæ tue.

Ecce sic benedicetur homo: qui timet dominum.

Benedicat tibi dominus ex Sion: & videas bona Hierusalem omnibus diebus vitæ tue.

Hierusalem omnibus diebus vitæ tue.

Et videas filios filiorum tuorum: pacem super Israel. *Psalmus 132.*

Ecce quàm bonum, & quàm iucundum ha-

Sabbato ad Vesperas.

bitare fratres in vnum.

Sicut unguentum in capite, quod descendit in barbam, barbam Aaron.

Quod descendit in oram vestimenti eius: sicut ros Hermon, qui descendit in montem Sion.

Quoniam illic mandauit dominus benedictionem: & vitam vsq; in seculum.

Ana. Non auertas faciem tuam a me in quacunque die tribulor inclina ad me.

¶ Ad Vesperas. Psal. 143.

Benedictus dominus Deus meus, qui docet man⁹ meas ad prelium: & digitos meos ad bellum.

Misericordia mea, & refugium meum. susceptor me⁹, & liberator meus.

Protector meus, & in ipso speraui: qui subdis populum meum sub me.

Domine, quid est homo, quia innotuisti ei: aut filius hominis, quia reputas eum?

Homo vanitati similis factus est: dies eius, sicut umbra pretereunt.

Domine inclina celos tuos & descende: tange mon-

tes, & fumigabunt.

Fulgura corruscationem, & dissipabis eos: emitte faggittas tuas, & conturbabis eos.

Emitte manum tuam de alto, eripe me, & libera me de aquis multis: & de manu filiorum alienorum.

Quorum os locutum est vanitatem: & dextera eorum dextera iniquitatis.

Deus canticum nouum cantabo tibi in psalterio decachordo psallam tibi.

Qui das salutem regibus: qui redemisti Dauid seruum tuum: de gladio maligno eripe me.

Et erue me de manu filiorum alienorum, quorum os locutum est vanitatem: & dextera eorum dextera iniquitatis.

Quorum filij, sicut nouelae plantationes: in iuuentute sua.

Filix eorum composita: circumornata, vt similitudo templi.

Promptuaria eorum plena: eructantia ex hoc in illud.

Oues eorum fortose, abundantes in egressibus suis: bo-

ues eorum crassa.

Nō est ruina maceræ, neque transitus, neque clamor in plateis eorum.

Beatum dixerunt populum, cui hæc sunt: beatus populus cuius dominus Deus eius. *Psalmus 146.*

Laudate dominū, quoniam bonus est psalmus: Deo nostro sit iucunda: decoraque laudatio.

Aedificas Hierusalem dominus: dispersiones Israelis congregabit.

Qui sanat contritos corde: & alligat contritiones eorum.

Qui numerat multitudinem stellarum: & omnibus eis nomina vocat.

Magnus dominus noster, & magna virtus eius: & sapientia eius non est numerus.

Suspiciens mansuetos dominus: humilians autem peccatores vsque ad terrā.

Precisite domino in confessione: psallite Deo nostro in cithara.

Qui operit cælū nubibus: & parat terræ pluuiam.

Qui producit in montibus

foenum: & herbam seruituti hominum.

Qui dat iumentis escā ipsorum: & pullis coruorum in uocantibus eum.

Non in fortitudine equi voluntatem habebit: nec in tibiis viri beneplacitum erit ei.

Beneplacitum est domino super timentes eum: & in eis, qui sperat super misericordia eius. *Psalmus 147.*

Lauda Hierusalē dominum: lauda Deum tuum Sion.

Quoniam confortauit feras portarum tuarum: benedixit filiis tuis in te.

Qui posuit fines tuos pacem: & adipe frumenti satiat te.

Qui emittit eloquiū suum terræ: velociter currit sermo eius.

Qui dat niuem, sicut lanam: nebulam, sicut cinerem spargit.

Mittit crystallum suum, sicut buccellas: ante faciē frigoris eius quis sustinebit?

Emittet verbum suum, & liquefaciet ea: stabit spiritus eius, & fluent aquæ.

Sabbato ad Completorium.

Qui annūtiat verbum sūsi
Iacob: iustitias, & iudicia
sua Israel.

Non fecit taliter omni na-
tioni: & iudicia sua nō ma-
nifestauit eos. **Deinde.**
Magnificat anima. **fo. 11.**

¶ Ad Completorium.

Psalmus 84.



Benedixisti
domine ter-
ram tuā: a-
uertisti ca-
ptiuitatem
Iacob.

Remisisti iniquitatem ple-
bis tuæ: operuisti omnia
peccata eorum.

Mitigasti omnē iram tuā:
auertisti ab ira indignationis
tuæ.

Conuertere nos Deus salu-
tari noster: & auerte iram
tuam à nobis.

Nunquid in æternum ira-
sceris nobis? aut extendes
iram tuam à generatione
in generationem.

Deus tu conuersus uiuifi-
cabis nos: & plebs tua lata-
bitur in te.

Confide nobis domine mi-
sericordiam tuam: & salu-
tare tuum da nobis.

Audiam, quid loquatur

in me dominus deus: quo-
niam loquetur pacem in
plebem suam.

Et super sanctos suos, &
in eos, qui conuertuntur
ad cor.

Veruntamen prope timē-
tes eum salutare ipsius: vt
inhabitet gloria in terra
nostra.

Misericordia, & veritas
obuiauerunt sibi: iustitia,
& pax osculatæ sunt.

Veritas de terra orta est:
& iustitia de cælo prospe-
xit.

Etenim dominus dabit be-
nignitatem: & terra nostra
dabit fructum suum.

Iustitia ante eum ambula-
bit: & ponet in via gressus
suos.

Psalmus 118.

Sæpe expugnauerunt
me à iuuentute mea:
dicat nunc Israel.

Sæpe expugnauerunt me
à iuuentute mea: etenim
non potuerunt mihi.

Supra dorsum meum fa-
bricauerunt peccatores: p-
longauerunt iniquitatem
suam.

Dominus iustus concidet
cervices peccatorum: con-
fundantur, & conuertan-

tur retrorsum omnes, qui
oderunt Sion.

Fiant sicut fornax tecto-
rum: quod prius quã eue-
latur exaruit:

De quo non impleuit ma-
num suam qui metet: & si-
num suum, qui manipu-
los colliget.

Et non dixerunt qui præ-
teribant, benedictio do-
mini super vos: benedici-
mus vobis in nomine do-
mini.

Psalmus 129.

DE profundis clama-
ui ad te domine: do-
mine exaudi vocem
meam.

Fiant aures tuæ intenden-
tes: in vocem deprecatio-
nis meæ.

Si iniquitates obseruauc-
ris domine: domine quis
sustinebit?

Quia apud te propitiatio
est: & propter legem tuam
sustinui te domine.

Sustinuit anima mea in
verbo eius: sperauit anima
mea in domino.

A custodia matutina vsq;
ad noctem: speret Israel in
domino.

Quia apud dominum mi-
sericordia: & copiosa apud
eum redemptio.

Et ipse redimet Israel, ex
omnibus iniquitatib⁹ ei⁹.

Deinde. Nunc dimit. f. 21.

¶ *Finis psalmsrij.*

ADVENTVS ⁷³

DOMINI SEMPER IN-

cipit in Dominica proxima vltimæ diei Nouembris ante, vel post, aut in ipsa die vltima, si fuerit Dominica, & festum duplex in ea, vel in sequentibus Dominicis Aduentus incipiens transferendum est, vt supra in regulis generalibus.

☉ Dominica prima Aduentus. Ad Matutinum



Pater noster, q̄ es in cælis, sanctificetur nomē tuū. Adueniat regnum tuum Fiat voluntas tua sicut in cælo & in terra. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Et dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus no-

B.

N.

stris. Et ne nos inducas in tentationē. Sed libera nos à malo. Amen.

Ave Maria, gratia plena dominus tecum, benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui Iesus. Sancta maria mater dei ora pro nobis peccatoribus. Amen.

¶ **Notandum, quodd.** Pater noster. & Ave maria.
k

Dominica prima Auentus.

non tantum in matutino, sed etiam in singulis aliis horis dicuntur semper in principio per totum annum.

Confessio.

Confiteor deo omnipotenti, beatę Marię semper virgini, beato Michaeli Archangelo, beato Ioanni baptistę, sanctis apostolis Petro & Paulo, omnibus sanctis, & tibi pater, quia peccavi nimis cogitatione, verbo & opere. Mea culpa, mea culpa, mea maxima culpa. Ideo precor beatam Mariam semper virginem, beatum Michaelem Archangelum, beatum Ioannem baptistam, sanctos apostolos Petrum & Paulum, omnes sanctos, & te pater orare pro me dominum deum nostrum.

Absolutio.

Misereatur tui omnipotens deus, & dimisis peccatis tuis perducatur te ad vitam æternam. Amen. **Versus.**

Indulgentiam, absolutio- nem, & remissionem peccatorum nostrorum tribuat nobis omnipotens & misericors dominus. Amen.

¶ Notandum, quod confessio cum absoluteone dicitur ad matutinum tantum singulis diebus totius anni præterquam in triduo ante pascha prædicto, vel alio modo pro cuiusque deuotione. Est autem aduertendum, quod si ab vno solo dicitur officium, omittitur in confessione. **pater & te pater. & in absoluteone loco tui & tuis dicitur nostri, & nostris. Si vero dicitur officium à duobus, aut pluribus iteranda est inuicem confessio, ut sit i missa.** **¶** Deinde finita confessione dicitur. **Versus.**

Domine sabia mea aperies. Et os meum annunciat laudem tuam. **Et hoc dicens, interum munit se signo crucis, & similiter in aliis horis cum dicit. Deus in adiutorium. &c. & Conuer-te nos. &c. Deinde dicitur. Deus in adiutorium meum intende. Domine ad adiuuandum me festina. Gloria patri. Alleluia. & sic dicitur Alleluia. ad omnes horas per totum annum, præterquam à dñica in septua-**

gesima vsque ad pascha, loco cuius illo tempore vsq; ad feriã quintam in cœna dñi dicitur. Laus tibi domine rex æternæ gloriæ. **Consequenter dicitur in uicatoriũ tempori vel festo conueniens Inuitatorium.**

Domine, præstolamur aduentum tuum, ut cito uenias, & dissoluas iugum captiuitatis nostræ. **Hoc inuitatorium dicitur vsq; ad uigil. natiuit. exclusiue, tã in dñicis quã in fer. nisi oratur de aliquo sancto.**

¶ Notandum autem, qd officiu dicitur ab vno solo; inuitatorium dicitur semel tantum ante psalmum. Venite exultemus, & non repetitur vsq; in finem eiusdem psalmi. Si uero officium dicitur à duobus, aut pluribus. Inuitatorium dicitur ab vno, & repetitur statim ab alio, vel alii simul ante si dictũ psalmũ, in fine autẽ si. oēs simul dicunt lauat. semel tñ. ps.

Venite exultemus domino, iubilem⁹ deo salutari nostro, præoccupemus faciem eius in confessione, & in psalmis

iubilemus ei.

Quoniam Deus magnus dominus, & rex magnus super omnes deos, quoniam non repellet dominus plebem suam, quia in manu eius sunt omnes fines terræ, & altitudines montium ipse conspicit.

Quoniam ipsius est mare, & ipse fecit illud, & aridam fundauerunt manus eius, venite adoremus, & proci-damus ante deum, ploremus coram domino, qui fecit nos, quia ipse est dominus deus noster, nos autem populus eius, & oues pascuæ eius.

Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda uestra, sicut in ex-cerbatione secundum diem tentationis in deserto: ubi tentauerunt me patres uestri probauerunt, & viderunt opera mea.

Quadragesima annis proximus fui generationi huic & dixi, semper hi errant corde, ipsi uero non cognouerunt vias meas, quibus iuravi in ira mea: si introibunt in requiem meam. **G**loria patri. Sicut erat.

Dominica prima Aduentus.

¶ Deinde repetitur Inuitatorium. **Domine, prestolamur. &c.** Prædictus psalmus, modo prædicto, dicitur per totum annum, cum Inuitatorio, tempori vel festo accommodato, præterquam in triduo ante pascha.

Deinde dicitur hymnus tempori, seu festo conueniens. **Hymnus.**

Vox clara ecce intonat: Obscura quæq; increpat: Pellantur eminus somnia. Ab æthere Christus promicat.

Mens iam resurgat torpida: Quæ sorde extat faucia: Sidus refulget iam nouum. Ut tollat omne noxiu.

Rursus agnus mittitur: Lazare gratis debitum: Omnes pro indulgentia, Vocẽ demº cū lachrymis.

Secundò ut cùm fulserit: Mundumque horror cinxerit: Non pro reatu puniat, Sed pius nos tunc protegat.

Laus, honor, virtus, gloria Deo patri, & filio, Sancto simul paracletò, In seculorum secula. Amen.

¶ Prædictus hymnus di-

citur ad Matutin. vsque ad vigiliam natiuitatis domini, inclusiuè, tam in dominicis, quàm in feriis, nisi agatur de sancto. Post hymnum incipitur antiphona tempori, vel festo accommodata, & si fuerit festum duplex dicitur integra. **Añ.**

Veniet ecce rex. Deinde dicitur tres psalmi, vsque distributi in psalterio, quibus finitis semper dicitur añ. integra. siue sit de festo, siue de dñica vel feria.

Añ. Veniet ecce rex excelsus cū potestate magna ad saluandas gètes, allelula.

¶ Hæc añ. dicitur ad matutin. vsque ad dominicam tertiam Aduentus exclusiuè, quando sit officii de dñica vel feria. Finita. añ. dicitur. **Pater noster.** Et ne nos. Sed libera.

¶ Deinde dicuntur tres lectiones, & cuiuslibet earum præmittitur. **9º.** Iube domine benedicere. Et ad primam, quæ semper est veteris testamenti, semper etiam dicitur benedictio. **Deus pater omnipotens sit nobis propitius, & elemens. Amen.**

¶ *Prophetia Isaie. cap. i.*

LECTIO PRIMA.

Viso Isaie filij Amos
quam vidit super lu-
dam, & Hierusalem
in diebus Ozie, Ioatham,
Achaz, & Ezechie regum
Iuda. Audite cœli, & au-
ribus percipe terra, quo-
niam dominus locutus est
Filios enutriui, & exalta-
ui: ipsi autem spreuerunt
me. Cognouit bos posses-
sorem suum, & asinus præ-
sepe domini sui: Israel au-
tem non cognouit, & po-
pulus meus nō intellexit.
Væ genti peccatrici, popu-
lo graui iniquitate, semini
nequâ, filiis sceleratis. De-
reliquerunt dominum, bla-
spemauerunt sanctum Is-
rael, ab alienati sunt retror-
sum. Super quo percutiâ
vos ultra, addentes præua-
ricationem? Omne caput
lâguidû, & os cor mæres.
A planta pedis vsq; ad ver-
ticem nō est in eo sanitas.
Vulnus, & liuor, & plaga
tumens non est circunliga-
ta, nec curata medicami-
ne, neque fota oleo. Terra
vestra deserta: ciuitates ve-
stræ succësæ sunt igni. Re-

gionem vestram coram vo-
bis alieni deuorant, & deso-
labitur, sicut in vastitate
hostili Et derelinquetur si-
lia Siō vt vmbaculum in
vineâ, & sicut ciuitas quæ
vastatur nisi dominus ex-
ercituum reliquisset nobis
semen, quasi sodoma fuis-
semus, & quasi Gomorrha
similes essemus. Audite ver-
bum domini principes So-
domorum, percipite auri-
bus legem dei nostri popu-
lus Gomorrhæ. Quo mihi
multitudinem victimarû
vestrarum dicit dominus?
Plenus sum holocausto arie-
tum, & adipem pinguium:
& sanguinem vitulorum,
& agnorum, & hircorum,
nolui Cùm veneritis ante
conspectum meum, quis
quæsiuit hæc de manibus
vestris: vt ambularetis in a-
triis meis? Ne offeratis vl-
tra sacrificium frustra: In-
censum abominatio est mi-
hi. Neomeniam, & sabbat-
um, & festiuitates alias nō
feram, iniqui sunt cæsus
vestri. Calendas vestras,
& solennitates vestras odi-
uit anima mea, facta sunt
mihi molesta: laboraui su-

Dominica prima Auentus.

stinens. Et cum extenderi-
tis manus vestras, auertam
oculos meos à vobis: & cū
multiplicaueritis oratio-
nem, nō exaudiam manus
vſæ sanguine plenæ sunt.
Tu autem domine misere-
re noſtri. Deo gratias.

**Et sic terminantur omnes
lecti. per totum annū, præ-
terq̄ i triduo ante Paſcha.**

¶ Ad ſecundam lect. & ſus.
Iube domine benedicere.

Benedictio. Unigenitus
dei filiꝰ, nos benedicere, &
adiuuare dignetur. Amen.

**¶ Et hæc ſimiliter benedi-
ctio dicitur per totū annū
ad ſecundam lecti. quæ eſt
ſemper noui teſtamenti.**

**¶ Sanctum Ieſu Chriſti e-
uangelium ſecundum Lu-
cam. Lectio ſecunda.**

Quonia quidē mul-
ti cognati ſunt or-
dinare narratio-
nem, quæ in nobis comple-
te ſunt rerum, ſicut tradi-
derunt nobis qui ab initio
ipſi viderunt, & miniſtri
fuerunt ſermonis: viſum
eſt & mihi aſſequuto om-
nia, à principio diligenter
ex ordine tibi ſcribere op-
timè Theophile, vt co-

gnoscas eorum verborū:
de quibus eruditus eſt, ve-
ritatem.

Cap. I.
¶ Fuit in diebus Herodis
regis Iudææ, ſacerdos qui-
dam nomine Zacharias, de
vice Abia, & vxor illius de
filibus Aaron, & nomen
eius Elizabeth. Erāt autem
iuſti ambo ante deum inco-
dentes in omnibus manda-
tis & iuſtificationibus do-
mini ſine quærela, & non
erat illis filius: eo quod eſ-
ſet Elizabeth ſterilis, & am-
bo proceſſiſſent in diebus
ſuis. Factum eſt autem, cū
ſacerdotio fungeretur Za-
charias in ordine vicis ſuæ
ante deum, ſecundum con-
ſuetudinem ſacerdotij: for-
te exiit, vt inceſum pene-
ret ingreſſus in templū do-
mini: & omnis multitudo
populi erat orās foris ho-
ra in cęſi. Apparuit autem
illi angelus domini ſtans à
dextris altaris incenſi. Et
Zacharias turbatus eſt, vi-
dens: & timor irruit ſuper
eum. Ait autem ad illum
angelus, Ne timeas Zacha-
ria, quoniam exaudita eſt
deprecatio tua: & vxor tua
Elizabeth pariet tibi filiū.

& vocabis nomen eius Io-
annem: & erit gaudium ti-
bi, & exultatio: & multi in
patiuitate eius gaudebunt,
erit enim magnus coram
domino: & vinum, & sice-
ram non bibit: & spiritu
sancto replebitur adhuc
ex utero matris sue: & mul-
tos filiorum Israel conuer-
tet ad dominum deum ip-
sorum, & ipse præcedet an-
te illum in spiritu, & virtu-
te Elię, vt conuertat corda
patrũ in filios & incredu-
los ad prudẽtiam iustorũ,
parare domino plebẽ per-
fectam. Et dixit Zacharias
ad angelũ, Vnde hoc scia?
ego enim sum senex & v-
xor mea processit in die-
bus suis. Et respondens an-
gelus, dixit ei. Ego sum Gab-
riel qui asto ante deum &
missus sum loqui ad te, &
hec tibi euangelizare. Et
ecce, eris tacens, & non po-
teris loqui vsque in diem
quo hec fiat: pro eo quod
non credidisti verbis meis,
quæ implebuntur in tẽpo-
re suo. Et erat plebs expe-
ctans Zachariam: & mira-
bantur quod tardaret ipse
in templo. Egressus autem

nõ poterat loqui ad illos:
& cognouerunt quid vi-
sionem vidisset in templo.
Et ipse erat inuens illis:
& permansit mutus. Et fa-
ctum est, vt impleti sunt
dies officij eius, abiit in do-
mum suam. Post hos autẽ
dies concepit Elizabeth v-
xor eius: & occultabat se
mensibus quinque, dicẽs,
Quia hic fecit mihi domi-
nus, in diebus quib⁹ respe-
xit auferre opprobrium
meum inter homines. Tu
autem Domine miserere
nostri. **Ac. vt supra.** ¶ **Ad**
tertiam lection. 7^o. Iube
domine benedicere. **Bene-**
dictio. Spiritus sancti gra-
tia illuminet sensus, & cor-
da nostra. Amen.

Secundum Lucã. Lect. iij.

In illo tempore, Dixit
Iesus discipulis suis, E-
runt signa in sole, & lu-
na, & stellis, & i terris pres-
sura gentium, Et reliqua.
¶ **Homilia sancti Grego-**
rij papæ.

Lectioni sancti euan-
gelij quam modo ve-
stra fraternitas audi-
uit paulò superius domi-
nus præmisit dicens: exur-

Dominica prima A iuuentus.

get gens contra gentem, & regnū: aduersus regnū: & terra motus magni erūt per loca, & pestilentia, & fames. Et quibusdam interpositis: hoc quod modo audistis, adiunxit. Erūt signa in sole & luna & stellis. & in terris: pressura gētium: præ confusione sonitus maris, & fluctuum. Ex quibus profectō omnibus alia iam facta cernimus: alia è proximo ventura formidamus. Nam gentem super gentem exurgere, earumque pressura terris insistere, plus iam s̄ nostris tribulationibus cernimus, quàm in nostris codicibus legim⁹. Quod terramotus vrbes innumeras subruat: ex aliis mūdi partibus scitis quàm frequenter audiuimus. Pestilentiam sine cessatione patimur. Signa verò in sole, & luna, & stellis adhuc apertè minimè videmus. Sed quia hæc non longè sint: ex ipsa iā aeris immutatione colligimus. **Q**uanuis priusquam Italia gentili gladio ferienda traderetur: igneas in cælo acies vidimus: ipsum qui postea effusus est humani generis sanguinē corruscantes. Confusio autem maris, & fluctuum, necdum noua exorta est. Sed cū multa iam prenuntiata completa sint: dubium non est quòd sequatur etiam pauca que restant. **Q**uia sequentium rerum certitudo est præteritarum exhibitio. Hæc nos (fratres charissimi) idcirco dicimus: vt ad cautela studium vestræ mentes euigilent: ne securitate torpeant ne ignorantia languescant: sed semper eas & timor sollicitet, & in bono opere sollicitudo confirmet. Pèsantes hoc quod redemptoris nostri voce subiungitur: Arescentibus hominibus præ timore, & expectatione que superuenient vniuerso orbi. Nam virtutes cælorum commouebuntur. Tu autem dñe miserere nostri.

¶ **Notandum, quòd quandoque agitur officium de Dominica seu de feris, aut de aliquo festo Domini siue eius octaua. Item in festis inuentionis, & ex-**

altationis Crucis, & in dedicationibus basilicarum, ad tertiam lectionem dicenda est benedictio Spiritus sancti gratia, &c. ut supra. Quando verò agitur officium de aliquo sancto, aut sanctis, aut eorum, octauis, dicitur benedictio. Cuius, vel quorum, vel quorum festum colimus, ipse, vel ipsi, vel ipsa, vel ipsę intercedat, vel intercedant pro nobis ad dominum Deum nostrum. Amen. Si autem tertia lectio fuerit de beata virgine, tam in sabbatis, quam in eius festiuitatibus, & octauis, dicenda est benedictio. Per virginem matrem concedat nobis dominus salutem, & pacem. Amen.

¶ Sciedum, insuper quòd quandocumque sit officium de dominica per totum annum, aut de aliquo ex festis domini mobilibus, seu eorum octauis, item quandocumque agitur officium de feria in aduentu, & in quadragesima semper in predictis diebus tertia lectio inuenietur assignata in hoc dominicali statutu

post secundam lectionem, Quando verò sit officium de aliquo festo aut octaua: ex contentis in calendario, tertia lectio si fuerit propria inuenietur in ea parte breuiarij, quę cõtinet histo. sanctorum. Et si nõ fuerit assignata propria, dicitur de communi. Item quando agitur officium de feria, extra aduē, & quadrag. tertia lectio dicitur ex epistolis, ut assignata fuerit in Calendario. Similiter in sabba. in quibus agitur officium de beata virgine, tertia lectio inuenietur in officio eidem assignato pro sabba. in fine breuiarij. Quando autem debeat fieri offic. de domo seu de feria aut de festo, supra, in regulis generalibus poteris videre. Finitis tribus lect. in aduentu, & à dominica in septuage. vsq; ad feriam quintam in cenado, quando sit offic. de dominica vel de fest. dicitur psalmus. **Miserere.** fol. 57. Quando autem sit de aliquo fest. in predictis temporibus, & in toto reliquo anni tempore, sus

Dominica prima Aduentus.

fiat officium de dominica, sue de fer. siue aliquo fest. aut octau. semper dicitur. Te deum laudamus te. &c. fol. 3. præterquam in tri- duo ante Pascha.

¶ **Ad laudes. Versus.**

Deus in adiutorium meum intende. Domine ad adiuuandum me festina.

Gloria patri, &c. Alleluia. Et non dicitur. Hymnus. quia laudes non hora di- uersa, sed pars matutini re- putantur. Post Alleluia,

statim dicitur aña tempori vel festo ascōmodata. aña. Emitte agnū. Deinde dicitur tres psalmi, vt in psal.

quibus adiungitur quoti- die canticum. Benedictus quo finito dicitur intergra

Aña. Emitte agnū domine dominatorem terræ, de pe- tra deserti, ad mōtem filiz Sion. **Hæc aña dicitur ad laudes, vsque ad dominicā**

tertiam Aduen. quando fit officium de dñica vel fer. Deinde. Domine exaudi.

Et clamor. Deinde. Oro. Excita quæsumus do- mine potentiam tuā, & veni, vt ab imminē

tibus peccatorum nostro- rum periculis, te merce- mur protegente eripi, te li- berante saluari, Qui uiuis & regnas cum deo patre in- vnitate Spūs sancti Deus, per omnia secula seculo- rum. Amen.

¶ **Hæc oratio dicitur per totā hanc hebdo. quā fit de feria. Et semper quando u- gatur officium de feria, cui non est assignata propria oratio, dicitur oratio do- minicæ præcedentis.**

¶ **Notandum, quod fini- ta oratione diei, sunt com- memor. sequentes de bea- ta virgine, & omnibus san- ctis, modo infra scriptis.**

¶ **In aduentu. Aña. Spiritus sanctus in te descendet Maria, ne timeas, habebis in utero filiū dei alleluia.**

¶ **Ora pro nobis sancta dei genitrix. B. Vt digni efficiamur promissionib⁹ Christi.** **Oratio.**

Deus, qui de beatae Mariæ virginis utero, verbū tuum an- gelo nuntiante carnem su- scipere voluisti, præsta sup- plicibus tuis, vt qui vere- cam dei genitricem credi-

mus, eius apud te intercessionibus adiuuemur. Per eundem Christum dominum nostrum. Amen.

Deinde pro sanctis. Añã.

Ecce dominus veniet, & omnes sancti eius cum eo, & erit in die illa lux magna alleluia. **V.** Ecce apparebit minus super nubẽ candidam. **R.** Et cum eo sanctorum millia. **Oratio.**

Conscientias nostras quæsumus domine visitando purifica, vt veniens Iesus Christus filius tuus dominus noster cum omnibus sanctis, paratã sibi in nobis inueniat mansionem, **Q**ui tecum viuit, & regnat in vnitate Spiritus sancti deus, per omnia secula seculorũ. Amẽ.

Deinde dicitur. Benedicamus domino. Deo gratias.

V. Fidelium animę per misericordiam dei requiescant in pace. Amen.

Et est aduertendum quod omnes horz finiuntur per. Benedicamus dño. &c. **V.**

Fidelium animę per. &c. **per totum annum præterquã in triduo ante pascha.**

¶ Post aduentum reliquo

anni tempore sunt commemorationes modo infra scripto. añã. Sub tuum præsiðiũ confugimus sancta dei genitrix nostras de

precati ões ne despicias in necessitatib⁹: sed à periculis cunctis libera nos semper virgo gloriosa, & benedicta. **V.** Ora pro nobis sancta dei genitrix. **R.** Vt digni efficiamur pmissiõibus Christi. **Oratio.**

Concede nos famulos tuos, quæsumus domine deus, perpetua mentis & corporis sanitate gaudere & gloriosa beatæ Marię semper virginis intercessione à presenti liberari tristitia & æterna pfrui lætitia. Per Christũ.

¶ De apostolis, & omnib⁹ sanctis. Añã. Sancti dei omnes intercedere dignemini pro nostra, omniumq; salute. **V.** Lætamini in domino. **R.** Et glo. **Oratio.**

Exaudi nos Deus salutarum noster. & Apostolorum tuorum Petri, & Pauli, & aliorũ Apostolorum nos tuere præsiðiis: quorum donasti fideles esse doctrinis. **Oratio.**

Dominica prima Aduentus.

Omnes sancti tui, quasumus Domine, nos ubique adiuuent: ut dum eorum merita recolimus, patrocinia sentiamus: & pacem tuam nostris concede temporibus, & ab ecclesia tua cunctam repelle nequitiam: iter, actus, & voluntates nostras, & omnium famulorum tuorum, in salutis tue prosperitate dispone: benefactoribus nostris sempiterna bona retribue: & omnibus fidelibus defunctis requiem æternam concede. Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, qui tecum uiuit, & regnat in unitate Spiritus sancti deus per omnia secula seculorum. Amen.

Prædictæ commemorationes prædicto modo dicuntur semper in laudibus & uesperis, post orationem diei, præterquam in festis duplicibus, & quando cumque sit officium aut commemoratio de aliqua octaua, & triduo ante Pascha. Est autem aduertendum, quod in sabbatis in quibus in officium de beata uirgi

ne, omittitur eius commemoratio, & sit tantum de sanctis aduertendum præterea, quod quando in aliqua Dominica sit officium de aliquo festo duplici, uel de aliqua octaua, post orationem diei dicenda est etiam oratio illius Dominice pro eius commemoratione in laudibus, & uesperis. Deinde dicitur. Benedicamus. & Fidelium. ut supra. ¶ Ad primam. Pater noster. Aue maria. Deus in adiutorium meum intende. *Hymnus.*

Iam lucis orto sydere Deum precemur supplices,
Ut in diurnis actibus.
Nos seruet à nocentibus.
Linguam refrenans temperet:
Ne litis horror insonet
Visum fouendo contègat,
Ne vanitates hauriat.
Sint pura cordis intima;
Absistat & uerordia.
Carnis terat superbiam.
Potus, cibi que parcitas.
Ut cum dies abscesserit.
Noctemque fors reduxerit
Mundi per abstinentiam,
Ipsi canamus gloriam,

Deo patri sit gloria:
Eiusque soli filio,
Cum spiritu paracleto,
Et nunc, & in perpetuum.
Amen.

¶ Deinde dicuntur anti-
phonæ & psalmi vt in psal-
terio, cum symbolo Atha-
nassi in dominicis diebus,
in alijs autem cum symbo-
lo apostolorum. Deinde.

Domine exaudi orationē
meam. Et clamor. **Oratio.**

Domine deus omni-
potens, qui ad prin-
cipium huius diei
nos peruenire fecisti, tua
nos hodie salua virtute: vt
in hac die ad nullum de-
clinemus peccatū: sed sem-
per ad tuam iustitiam fa-
ciendam nostra procedāt
eloquia, dirigātur cogita-
tiones, & opera. Per domi-
num nostrum Iesum Chri-
stum filium tuum, qui te-
cum viuit, & regnat in vni-
tate Spiritus sancti deus:
per omnia secula seculo-
rum. Amē. Benedicamus.

¶ Fidelium animæ. **vel.**
¶ Et sic finita prima dicitur:
¶ Preciosa in conspectu
domini. **R.** Mors sancto-
rum eius. **Oratio.**

Sancta Maria & om-
nes sancti intercedate
pro nobis ad dominū
vt nos mereamur ab eo ad-
iuuari, & saluari, Qui vi-
uit, & regnat in secula se-
culorum. Amen. **¶** Dies
& actus nostros in sua pa-
ce disponat dñs omni-
potens. Amen. **Et hoc**

modo dñs. Pretiosa in com-
spectu, per totum annū,
præterquam in triduo an-
te pascha. Aduertendum
tamen, q̄ si in aliquo sab-
bato, aut dñica, aut infra
octauas Resurrectionis,
Ascensionis, & Penteco-
stes, vel in ferijs quadragi-
excepto triduo ante Pascha
inciderit aliquod festū sim-
plex finita prima atq̄ dñs.
Pretiosa, pro cōmemo. il-
lius fest. simplicis dñs. **¶** sus.
Ora pro nobis sancte. N.
vel Ora pro nobis sancta.
N. & N. **R.** Vt digni effi-
ciamur p̄missionib⁹ Chri-
sti. Orem⁹, & dicatur oro-
ppria sicam habuerit alio-
quin de eō, qua finita dñs.
Pretiosa in. & c. vt supra.
¶ Ad uertia. Pater noster.
Aue maria. Deus in adiu-
torium meū, &c. Hymnus

Dominica prima Aduentus.

NVnc sancte nobis
Spiritus, vnum pa-
tri cū filio, Digna-
re prompt^o ingeri Nostro
refusus pectori.

Os, lingua, mens, sensus,
vigor confessione perso-
nent: Flammeſcat igne cha-
ritas: Accendat ardor pro-
ximos.

Presta pater piūssimē, Pa-
triq; compar vnice, Cum
spiritu paraclēto Regnans
per omne seculum. Amē.

**Deinde an. & psalmi, vt in
psalterio, quibus finitis di-
citur. V. Domine exaudi
orationē meā. Et clamor
meus ad te veniat. Oratio.**

Excita quęsum^o. vt supra.

**¶ Ad Laudes. Notandum
quòd ad Tertiā, Sextam,
& Nonam semper dicitur
oratio, quę dicta fuerit.**

**Ad Laudes. Deinde. Bene
dicamus. V. Fidelis. &c.**

**¶ Ad Sextā. Pater noster.
Aue maria. Deus in adiu-
torium meum. &c. Hy^o.**

REctor potēs, verax
deus, Qui tempe-
ras rerum vices.

Splendore mane instruis,
Et ignibus meridiem.

Extingue flammās licium:

Aufer calorem noxium.
Confer salutem corporū.
Veramq; pacem cordiū.

Presta pater. **Deinde an.
& si vti^o psalterio &c. vt
sup^o ad Tertiā. ¶ Ad nonā.**
Pater n^r. Aue maria. Deus
in adiutorium. &c. **Hy^o.**

Rerum deus tenax vi-
gor, Immotus in te
permanens: Lucis
diurnę tempora Successi-
bus determinans.

Largire clarum vespere:
Quo vita nusquā decedat,
Sed premiū mortis sacre
Perennis instet gloria.

Presta pater piūssime. **&c.
Deinde an. & psalmi vt in
psalterio, &c. vt ad tertiā**

**¶ Ad vespēras. Pater nos-
ter. Aue maria. Deus in
adiutorium meum intēde.
¶ Deinde dicitur hymnus
tempori, vel festo conue-
niens. Hymnus.**

Conditor alme syde-
rū, Aeterna lux cre-
dentium, Christe re-
demptor omnium exaudi
preces supplicum.

Qui condolens interitu,
Mortis perire seculum.
Saluasti mūdū languidū.
Donans reis remediū:

Dominica prima Adventus.

80

Vergente mundi vespere,
Vt responsum de thalamo.

Egressus honestissima,
Virginis matris clausula,

Cuius fortis potentia
Genu curuantur omnia:

Cælestia terrestria,
Nutu fatentur subdita.

Te deprecamur agie,
Venture iudex seculi.

Conserua nos in tempore
Hostis à telo perfidi.

Laus, honor, virtus, gloria,
Deo patri, & filio,

Sancto simul paracleto
In seculorum secula. Amen.

¶ Prædictus hymnus dicitur ad Vesperas, usque ad vigiliam Natiuitatis domini exclusiue, quando non agitur de sancto. Post hymnum, dicitur antiphona. tempore, vel festo accommodata, quæ in festis duplicibus ad matutinum, laudes & vespere dicenda est in principio integra, in aliis autem diebus incipienda tantum. Añã. Rorate cæli desuper, &c. Deinde dicuntur tres psalmi, vt in psalterio, quibus adiungitur quotidie Canticum. Magnificat, quo finito semper antiph. dicitur integra

Antiphona. Rorate cæli desuper, & nubes pluant iustum, aperiat terra, & germinet saluatorem.

¶ Hæc aña dicenda est ad vespere vsque ad dñicam tertiam Adventus exclusiue, quando fit officium de dominica, vel de feria. Deinde. Domine exaudi orationem meam. Et clamor meus ad te veniat. cū oratione, & cōmemorationibus, vt supra ad Laudes.

¶ Notandum, quod in vespere semper dicitur oratio quæ dicta fuerit ad laudes, nisi vespere dicendæ sint de aliquo festo duplici sequentis dici: tunc enim hymnus, antiphona, & oratio dicendæ sunt de ipso festo sequenti.

¶ Ad completorium. Pater noster. Ave maria.

Conuerte nos Deus salutaris noster. Et auerte iram tuam à nobis. Deus in adiutorium meum intende, &c. **Hy.**

Telucis ante terminum Rerum creator possis:

Vt solita clementia
Sis præsul ad custodiam,

Dominica prima Auentus

Procul recedant somnia,
Et noctium phantasmata:
Hostemque nostrum com
prime,

Ne polluantur corpora.

Presta pater omnipotēs
Per Iesum Christum dñm:
Qui tecum in perpetuum
Regnat cum sancto spiri-
tu. Amen.

¶ Post hymnū incipitur.

Antiphona. Salua nos.

**Deinde dicuntur tres psal-
mi, vt in psalterio, quibus
quotidiē adiungitur can-
ticum.** Nunc dimittis ser-

uum tuum domine: secun-
dum verbū tuum in pace,
quo fixo dicitur integra.

Antiphona. Salua nos do-
mine vigilātes custodi nos
dormientes, vt vigilemus
cum Christo, & requiesca-
mus in pace.

¶ Hæcantiphona dicitur
per totum annum ad com-
pletoriū, præterquam, in
triduo ante Pascha. Dein
de dicitur. Domine exau-
di orationem meam. Et cla-
mor meus ad. **Oratio.**

Visita quæsumus do-
mine habitationem
istam: & omnes in-
fidias inimici ab ea longè

repelle: Angeli tui sancti
habitant in ea: qui nos in
pace custodiant & benedi-
ctio tua sit super nos sem-
per: Per dominum nostrū
Iesum Christū filium tuū:
Qui tecū viuit, & regnat
in vnitāte Spiritus sancti
deus per omnia secula se-
culorum. Amen.

Benedicamus domino.

Deo gratias. **V.** Fidelium
animæ per misericordiam
Dei requiescant in pace.
Amen. **Et sic finito com-
pletorio dicitur.**

Salue regina miseri-
cordiæ: vita, dulcedo,
& spes nostra sal-
ue. Ad te clamamus exu-
les filij Euz: ad te suspira-
mus gememes, & flentes
in hac lachrymarum val-
le. Eia ergo aduocata no-
stra, illos tuos misericor-
des oculos ad nos conuer-
te: Et Iesum benedictum
fructum ventris tui nobis
post hoc exilium ostende,
O clemens, O pia, O dul-
cis virgo Maria. **Versus.**
Ora pro nobis sancta dei
genitrix. **Rm.** Vt digni ef-
ficiamur promissionibus
Christi.

Oratio.
Omnipo-

Omnipotens sempiternus Deus, qui gloriosæ virginis Mariæ corpus, & animam, ut dignum filij tui habitaculum effici mereretur, Spiritu sancto cooperatè præparasti: Da ut cuius commemoratione lætamur, eius pia intercessione ab instantibus malis, & à morte perpetua liberemur. Per eundem, Christum dominum nostrum. Amen. *Vsus.* Diuinum auxiliū maneat semper nobiscum. Amen.

¶ Prædicto modo dicitur Salue regina misericordix: vita, dulcedo, & spes nostra salue, &c. cum oratione Omnipotens sempiternus, &c. in fine completorij per totum annum præterquam à Dominica resurrectionis vsque ad Ascensionem: quo tempore earum loco dicitur infra scripta.

Regina cæli, lætare halleluia. Quia quem meruisti portare halleluia. Resurrexit sicut dixit halleluia. Ora pro nobis Deum halleluia.

Oratio.

B.

N.

Gratiam tuam quesumus domine mentibus nostris infunde, ut qui angelo nuntiate Christi filij tui incarnationem cognouimus, per passionem eius, & crucem ad resurrectionis gloriam perducamur, Per eundem Christum dominum nostrum. Amen. *Vsus.* Diuinum auxiliū maneat. &c.

¶ Sciendum, quod hymni supra assignati ad primam, tertiam, sextam, nonam, & completorium, nec non orationes. Domine Deus omnipotens. ad primam, & Visita quesumus. ad completorium nunquam mutantur in toto anno, præterquam in triduo ante pascha.

¶ Notandum, quod per totum annum, præterquam in triduo ante Pascha tam in Dominicis, quam in festis: & festis diebus semper horæ dicuntur ordine in hac prima Dominica Aduentus explicato. Ex. m. pli gratia, ut ad matutinū infra scripta dicuntur per ordinem. Pater noster. Aue Maria. Confiteor. cum absolutione. Domine la-

1

bia. Deus in adiutorium.
Halleluia. *vel* Laus tibi do-
mine. **Inuitatorium cum**
psalmo. Venite exultem⁹.
rursus Inuitatorium, Hy-
mnus, Antiphona, tres
psalmi, rursus Antiphona
integra. Pater noster.

¶ Tres lectiones cum suis
benedictionibus, & Tu au-
tem. Te Deum laudamus.
vel Miserere mei. Deinde
statim ad Laudes. Deus in
adiutorium meum inten-
de. **Antiphona, tres psal-**
mi, cum cantico. Benedi-
ctus dominus. **Rursus, an-**
tiphona integra. Domine
exaudi orationem meam.
Oratio cum commemora-
tionibus de beata virgine.
& c. nisi sint omittendæ, vt
supra. Benedicamus dño.

Fidelium deus oīa. &c.

¶ Item ad Primam, Ter-
tiam, Sextam, Nonam, &
Vesperas. Pater noster.

Aue Maria. Deus in adiu-
torium. &c. **seruato ordi-**
ne in eisdē horis cōtento.

¶ Item ad Completoriū.
Pater noster. Aue Maria.
Cōuerge nos. Deus in ad-
iutorium meū intēde. &c.
vt in eadē hora cōtinetur.

¶ Feria secunda, ex Isais.

Lectio prima.

L Auamini mundi esto-
te, auferte malum cogi-
tationum vestrarū
ab oculis meis. **Q** uiescite
agere peruerse, discite be-
nefacere. **Q** uerite iudi-
cium, subuenite oppresso,
iudicate pupillo, defendi-
te viduam. Et venite, & ar-
guite me, dicit dominus.
Si fuerint peccata vestra
vt coccinum: quasi nix de-
albabuntur. & si fuerint ru-
bra sicut vermiculus: ve-
lut lana, alba erunt. Si vo-
lueritis, & audieritis, bo-
na terrę comedetis. **Q** uod
si nolueritis, & me ad iu-
cundiam prouocaueritis:
gladius deuorabit vos, quia
os Domini locutum est.
Q uomodo facta est me-
retrix ciuitas fidelis, plena
iudicij? Iustitia habitauit
in ea, nunc autem homici-
dæ. Argentum tuum ver-
sum est in scoriã: vinum
tuum mistum est aqua.
Principes tui infideles so-
cij furum. Omnes diligit
munera, sequuntur retri-
butiones. Pupilo non iu-
dicant. & causa viduæ non

ingreditur ad illos. Propter hoc ait dominus deus exercituum fortis Israel, Heu consolabor super hostibus meis, & vindicabor de inimicis meis, & conuertam manum meam ad te, & excoquam ad purum scoriā tuam, & auferam omne stannum tuum, & restituum iudices tuos ut fuerunt prius & consiliarios tuos sicut antiquitus. Post hæc vocaberis ciuitas iusti, vrbs fidelis. Sion in iudicio redimetur, & reudent eam in iustitia. Et conteret sceleratos, & peccatores simul: & qui dereliquerunt dominum, confundentur. Confundentur enim ab idolis, quibus sacrificauerunt. & erubescētis super hortis, quos elegeratis, cum fueritis velut quercus defluentibus foliis, & velut ortus absque aqua. Et erit fortitudo vestra ut fauilla stupæ, & opus vestrum quasi scintilla: & succendetur virumque simul, & non erit qui extinguat.

Secundum Lucam.

Lectio secunda.

IN mense autem sexto missus est Angelus Gabriel à Deo, in ciuitate Galileæ, cui nomen Nazareth, ad virginem desponsatam viro, cui nomen erat Ioseph, de domo David & nomen virginis Maria. Et ingressus Angelus ad eam, dixit. Ave gratia plena, dominus tecum, benedicta tu in mulieribus. **Quæ** cum audisset, turbata est in sermone eius, & cogitabat qualis esset ista salutatio. Et ait Angelus ei, Ne timeas maria, inuenisti enim gratiam apud Deum. Ecce concipies in utero, & paries filium: & vocabis nomē eius Iesum, hic erit magnus: & filius altissimi vocabitur. & dabit illi dominus Deus sedem David patris eius: & regnabit in domo Iacob in æternum: & regni eius nō erit finis. Dixit autem Maria ad angelum, Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? Et respondens Angelus, dixit ei, Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi.

Periaij. Diuiz. j. Aduentus.

Ideoque & quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius Dei. Et ecce Elisabeth cognata tua, & ipsa concepit filium in senectute sua: & hic mensis, sextus est illi, quæ vocatur sterilis: quia non erit impossibile apud Deum omne verbum. Dixit autem Maria. Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum. Et discessit ab illa Angelus. Exurgens autem Maria in diebus illis, abiit in montana cum festinatione, in ciuitatem Iuda: & intrauit in domum Zachariæ, & salutauit Elisabeth, Et factum est, ut audiuit salutationem Mariæ Elisabeth, exultauit infans in utero eius. & repleta est Spiritu sancto Elisabeth: & exclamauit voce magna, & dixit. Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui. Et vnde hoc mihi, ut veniat mater Domini mei ad me? Ecce enim ut facta est vox salutationis tuæ in auribus meis, exultauit in gaudio infans in utero meo. & beata quæ

credidisti: quoniam perficientur ea quæ dicta sunt tibi à domino. Et ait Maria, Magnificat anima mea dominum. Et exultauit spiritus meus in Deo salutari meo. **Quia** respexit humilitatem ancillæ suæ, ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. **Quia** fecit mihi magna qui potens est: & sanctum nomen eius. Et misericordia eius à progenie in progenies, timentibus eum. Fecit potentiam in brachio suo: dispersit superbos mente cordis sui. Deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles. Esuriētes impleuit bonis: & diuites dimisit inanes. Suscepit Israel puerum suum, memorari misericordiæ suæ. Sicut locutus est ad patres nostros, Abraham & semini eius in secula. Mansit autē Maria cū illa quasi mensibus tribus & reuersa est in domum suam.

Sequens tertia lectio dicenda est in omnibus seculis feriis aduentus quando nullum occurrit festum, excipitur vigilia natiuitatis

eis, si incidit in feris. ij.
 Sermo sancti Augustini
 episcopi. Lectio tertia.

SAnctam, & desydera-
 bilem, gloriosam, ac
 singularem solennita-
 tem, hoc est, natiuitatem,
 domini saluatoris, fratres
 dilectissimi, deuotione fi-
 delissima suscepturi, totis
 viribus non debemus cum
 ipsius adiutorio præpara-
 re, & omnes latebras ani-
 mæ nostræ diligenter aspi-
 cere, ne fortè sit in nobis
 aliquod peccatum abscon-
 ditum, quod & conscien-
 tiam nostram confundat,
 ac mordeat, & oculos di-
 uinæ maiestatis offendat.
 Nam licet Christus Do-
 minus noster post passio-
 nem resurrexerit, & in cæ-
 lum ascenderit, considerat
 tamen, vt credimus, & di-
 ligenter attendit. qualiter
 se vnusquique seruatorum
 eius sine auaritia, sine ira,
 sine superbia atque luxu-
 ria ad celebrandam eius na-
 tiuitatem studeat præpa-
 rare, atque componere, &
 secundum quod vnusquique
 ornatum bonis mori-
 bus viderit, ita illi gratiam

suae misericordiæ dispen-
 sabit. Si enim viderit cha-
 ritatis luce vestitum, iusti-
 tiæ vel misericordiæ mar-
 garitis ornatum, castum,
 humilem, misericordem,
 benignum & sobrium, si
 talem agnouerit, corpus
 & sanguinem suum ei non
 ad iudicium, sed ad reme-
 dium per sacerdotum suo-
 rum ministerium, dispen-
 sabit. Si verò aliquem, vi-
 derit adulterum, ebrio-
 sum cupidum, & superbū,
 timeo ne hoc illi dicatur,
 quod in euangelio domi-
 nus ipse dixit, Amice quo-
 modo huc intrasti nõ ha-
 bens vestem nuptialem?
 Et, quod dominus auer-
 tat, fiat illud quod sequit-
 ur, Ligate illi manus, &
 pedes, & proiicite in tene-
 bras exteriores, vbi est fletus,
 & stridor dētium. Ec-
 ce qualem sententiam in
 die iudicij excipiet, qui si-
 ne remedio pœnitentiæ,
 ad festiuitatem domini, vi-
 tiorum sordibus inquinatus
 accesserit. In natali em̄
 domini, fratres dilectissimi,
 quasi in nuptiis spirita-
 libus sponsæ suæ ecclesiæ

Feria. iij. Dñice. j. Adventus.

Christus adiūctus est. Tūc
veritas de terra orta est,
tūc iustitia de cælo prospexit,
tunc processit sponsus
de thalamo suo, hoc est:
verbum Dei de utero vir-
ginali. Processit enim cū spō-
sa sua ecclesia, id est, huma-
nā carnē suscepit. Ad istas
ergo tā sanctas nuptias in-
uitasti, & ad conuiuiū pa-
tris, & filij, & spiritus san-
cti intraturi, videte quali-
bus indumentis debeamus
ornari. Et ideo mūdemus
quantum possumus cū dei
adiutorio, corda simul, &
corpora nostra, vt cælestis
ille inuitator nihil ī nobis
fordidū, nihil fœdū, nihil
obscurū, nihil oculis suis
deprehendat indignum.

¶ Feria. iij. ex liana. cap. 2.

Lectio prima.

Verbum quod vidit
Isaias filius Amos,
super Iudam, & Ieru-
salem. Et erit in nouissimis
diebus præparatus mons
domus Domini in verti-
ce montium, & eleuabitur
super colles. Et fluent ad
eum omnes gentes, & ibūt
populi multi, & dicēt. Ve-
nite, & ascendamus ad mō-

tem domini, & ad domum
Dei Iacob, & docebit nos
vias suas, & ambulabimus
in semitis eius: quia de
Sion exiit lex, & verbum
domini de Ierusalem. Et
iudicabit gentes, & arguet
populos multos. Et con-
stabunt gladios suos in vo-
meres, & lāceas suas in fal-
ces. Non leuabit gens con-
tra gentem gladium, nec
exercebūtur ultra ad præ-
lium. Domus Iacob veni-
te, & ambulemus in lumi-
ne Domini. Proiecasti enim
populum tuum domum
Iacob: quia repleti sunt vt
olim, & augures habuerūt
vt Philistiim, & pueris
alienis adhæserunt. Et re-
pleta est terra eius argen-
to & auro: & non est finis
thesaurum eius. Et repleta
est terra eius equis: & in-
numerabiles quadrigæ e-
ius. Et repleta est terra ei⁹
idolis: Opus manuū sua-
rum adorauerunt, quod
fecerunt digiti eorum. Et
incuruauit se homo, & hu-
miliatus est vir. Ne ergo
dimittas eis. Ingredere in
petram, & abscondere in
fossā humo à facie timoris

Domini, & in gloria maiestatis eius. Oculi sublimes hominis humiliati sunt, & incuruabitur altitudo virorum: exaltabitur autem dominus solus in die illa.

secundum Lucam.

Lectio secunda.

Elisabeth autem impletum est tempus pariendi: & peperit filium. Et audierunt vicini, & cognati eius, quia magnificauit dominus misericordiam suam cum illa, & congratulabantur ei. Et factum est in die octauo venerunt circumcidere puerum, & vocabant eum nomine patris sui, Zachariam. Et respondens mater eius dixit, Nequaquam, sed vocabitur Ioannes. Et dixerunt ad illam, Quia nemo est in cognatione tua qui vocetur hoc nomine. Inuebant autem patri eius, quem vellet vocari eum. Et postulans pugillarem, scripsit, dicens. Ioannes est nomen eius. Et mirati sunt vniuersi. Apertum est autem illi os eius, & lingua eius, & loquebatur benedicens Deum, Et

factus est timor super omnes vicinos eorum, & super omnia montana Iudee diuulgabantur omnia verba hæc, & posuerunt omnes qui audierunt, in corde suo, dicentes, Quis putas puer iste erit? Etenim manus domini erat cum illo. Et Zacharias pater eius repletus est Spiritu sancto: & prophetauit, dicens, Benedictus Dominus Deus Israel: quia visitauit, & fecit redemptionem plebis suæ. Et erexit cornu salutis nobis, in domo David pueri sui. Sicut locutus est per os sanctorum, qui à seculo sunt prophetarum eius. Salutem ex inimicis nostris, & de manu omnium qui oderunt nos, Ad faciendam misericordiam cum patribus nostris: & memorari testamenti sui sancti, Iurandum quod iurauit ad Abraham patrem nostrum, daturum se nobis. Ut sine timore, de manu inimicorum nostrorum liberati, seruiamus illi. In sanctitate & iustitia coram ipso omnibus diebus no-

stri .Et tu puer, propheta altissimi vocaberis : præ-
bis enim ante faciem Do-
mini parare vias eius , Ad
dandam scientiam salutis
plebis eius , in remissionē
peccatorum eorum . Per
viscera misericordiæ Dei
nostri , in quibus visitauit
nos oriens ex alto , illumi-
nare his qui in tenebris , &
in umbra mortis sedēt , ad
dirigendos pedes nostros,
in viam pacis . Puer autem
 crescebat , & cōfortabatur
 spiritu , & erat in desertis,
 vsque in diem ostensionis
 suæ ad Israel .

¶ Sequens tertia lectio di-
cenda est in omnibus ter-
tiis feriis Aduētus, in qui-
bus nullum occurrerit fe-
stum: excipitur vigilia na-
tīuitatis, si inciderit in fe-
ria tertia.

¶ Ex sermone sancti Au-
gustini episcopi. Lect. iij.

Avdite fratres, audi-
te: non meum, sed
domini commune
præceptum . Sic enim ait
in euangelio . Cū facis
prandium aut cœnam no-
li inuitare diuites, qui te i-
terum inuitent , & fiat tibi

retributio, sed voca paupe-
res, & claudos, & beatus e-
ris, quia non habent vnde
retribuant tibi, retribu-
tur autem tibi in retribu-
tione iustorum . Sed dicit
aliquis . Ergo amicos, aut
parentes non debeo ad cō-
uiuium reuocare? Rogan-
di sunt, & parentes, & vici-
ni, sed rarius rogādi sunt.
Et non nimis sumptuosa,
& deliciosa, sed tam parca
& sobria, vel honesta illis
debet conuiuia præpara-
ri, vt remaneat vnde pos-
sint pauperes refici, vnde
possit aliquid indigētibus
erogari, vt cū dies iudi-
cij venerit, non cum im-
piis, qui nūc pauperes de-
spiciunt, audiamus . Disce-
dite à me maledicti in ignē
æternum: sed cum iustis,
& misericordibus audire
mereamur, Venite bene-
dicti patris mei, percipite
regnum: quia esuriui, &
dedistis mihi manducare:
sitiui, & dedistis mihi bi-
bere . simul etiam nobis il-
la vox desyderabilis diri-
gatur, Euge serue bone, &
fidelis, quia supra pauca
fuisi fidelis, supra multa

re cōstitutam, intra in gaudium domini tui. Sed vt hæc, quæ suggestimus, sensibus vestræ charitatis tenacius inhereant, breuiter quæ dicta sunt iteramus. Hoc em̄ admonuimus fratres, vt quia natalis domini imminet, tanquam ad nuptiale, & cæleste conuiuium ab omni luxuria alieni, & bonis operib⁹ adornati, nos per Christi adiutorium præparemus, elemosynas pauperibus erogemus, iracundiam vel odium velut venenum de cordibus nostris respuamus. Castitatem fideliter conseruate, ad conuiuia vestra frequentius pauperes reuocate, ad vigilias maturius surgite, in ecclesia stantes aut orate aut psallite verba otiosa aut secularia, nec ipsi proferre, & eos qui proferre voluerint, castigate. Pacem cum omnib⁹ custodite, & quos discordes agnoscitis, ad concordiam reuocate. Hæc si fideliter, Christo adiuuante, volueritis implere, & in hoc seculo ad altare dominicum secura

conscientia poteritis accedere, & in futuro ad æternam beatitudinē feliciter peruenire, præstante domino nostro Iesu Christo, Qui viuit, & regnat in secula seculorum. Amen.

¶ Feria quarta, ex Isaiâ.

Lectio prima.

IN die illa, erit germen domini in magnificentia, & gloria, & fructus terræ sublimis, & exultatio his qui saluati fuerint de Israel. Et erit: omnis qui relictus fuerit in Sion, & residuus in Ierusalem, sanctus vocabitur, omnis qui scriptus est in vita in Ierusalem: si abluerit dominus sordem filiarum Sion, & sanguinem Ierusalem lauerit de medio eius in spiritu iudicij, & spiritu ardoris. Et creabit dominus super omnem locum montis Sion, & ubi inuocatus est, nubem per diem, & fumum, splendorem ignis flammantis in nocte. Super omnem enim gloriam protectio, & tabernaculum erit in umbraculum diei ab æstu, & in securitatem, & absconsionem à turbine, & à plu-

ula. Cantabo dilecto meo
canticum patruelis mei vi-
næ suæ: Vineam factam est
dilecto meo in cornu filio
olei. Et sepiuit eam, & la-
pides elegit ex ea, & plan-
tauit vineam electam: & g-
dificauit turrim in medio
eius, & torcular extruxit
in ea. Et expectauit vt fac-
ceret uuas, & fecit labrus-
cas. Nunc ergo habitato-
res Ierusalem, & viri Iuda,
iudicate inter me, & vineam
meam. **Q**uid est quod debui
vltra facere vineam meam, &
non feci ei? an quod expe-
ctauit vt faceret uuas, & fe-
cit labruscas? Et nunc osten-
dam vobis quid ego faciam
vineam meam. Auferam sepe
eius, & erit in direptionem:
diruam maceriam eius, &
erit in conculationem. Et
ponam eam desertam: non
putabitur, & non fodiatur:
& ascendent super eam ve-
pres & spinæ, & nubibus
mandabo ne pluant super
eam imbrẽ. Vineam enim
domini exercituum, domus
Israel est: & vir Iuda, ger-
men delectabile eius.

Secundum Lucam. cap. 2.

Lectio. ij.

Factum est autem: In
diebus illis exiit edi-
ctum à Cæsare Augu-
sto, vt describeretur vni-
uersus orbis. Hæc descri-
ptio prima, facta est à præ-
sede Sirix Cyrino. Et ibant
omnes, vt profiterentur,
singuli in suam ciuitatem.
Ascendit autem & Ioseph
à Galilæa de ciuitate Na-
zareth, in Iudæam in ciui-
tatem Dauid quæ vocatur
Bethlehem: eo quod esset
de domo & familia Da-
uid, vt profiteretur cum
Maria desponsata sibi vxore,
prægnante. Factum est
autem, cum essent ibi, im-
pleti sunt dies vt pareret.
Et peperit filium suum pri-
mogenitum, & panis eum
inuoluit, & reclinauit eum
in præsepjo: quia non erat
ei locus in diuersorio. Et
pastores erant in regione
eadem vigilantes, & custo-
dientes vigilias noctis su-
per gregem suum. Et ecce
angelus domini stetit iux-
ta illos, & charitas dei cir-
cumsulsi illos, & timuerunt
timore magno. Et dixit il-
lis Angelus, Nolite time-
re, ecce enim euangelizo

vobis gaudium magnum, quod erit omni populo: quia natus est vobis hodie saluator, qui est Christus dominus, in ciuitate Dauid. Et hoc vobis signum, Inuenietis infantem panis inuolutum: & positum in præsepio, Et subito facta est cum Angelo multitudo militiæ cælestis, laudantium Deum, & dicentium. Gloria in altissimis Deo: & in terra, pax hominibus bonæ voluntatis. Et factum est: vt discesserunt ab eis Angeli in cælum pastores loquebantur adinui cem. Transeamus vsque Bethlehem, & videamus hoc verbum, quod factum est, quod fecit dominus, & ostendit nobis. Et venerunt festinantes: & inuenerunt Mariam & Ioseph, & infantem positum in præsepio. Videntes autem cognouerunt de verbo quod dictum erat illis de puero hoc. Et omnes qui audierant, mirati sunt: & de his quæ dicta erant à pastoribus ad ipsos. Maria autem conseruabat omnia verba hæc, conseruantes in corde suo.

Et reuersi sunt pastores, glorificantes, & laudantes Deum, in omnibus quæ audierant, & viderant: sicut dictum est ad illos.

¶ *Sequens tertia lectio dicenda est in omnibus quartis feriis Aduentus, quando non occurrit festum: excipitur vigilia natiuitatis, si inciderit in feria quarta.*

¶ *Sermo sancti Augustini episcopi. Lectio tertia.*

Appropinquate iam sacratissima solennitate, quia saluator noster inter homines nasci misericorditer voluit, fratres charissimi attentius considerate, qualiter oporteat nos in aduentu tantæ potestatis præparari: vt regem, & dñm nostrum, læti, atq; gaudentes, cum gloria, & laudibus, mereamur suscipere. & in cõspectu eius inter cætus felices sanctorum gratulando exultare, magis quàm ab eo propter scditatem nostram repulsi, inter peccatores aternam cõsusionem mereri. Et ideo rogo, & moneo, vt quatum possumus cum dei adiutorio labore-

mus, vt in illo die cū syn-
cera, & pura cōscientia, &
mundo corde, & casto cor-
pore ad altare domini pos-
simus accedere, & corpus,
& sanguinem eius non ad
iudiciū, sed ad remediū
animæ nostræ mereamur
accipere. In Christi enim
corpore, vita nostra cōsi-
stet, sicut ipse dixit, Nisi
manducaueritis carnem fi-
lij hominis, & biberitis ei⁹
sanguinem, non habebitis
vitam in vobis. Mutet er-
go vitam, qui vult accipe-
re vitā. Nam si non mutet
vitam, ad iudiciū accipiet
vitam, & magis ex ipsa cor-
rūpitur, quā sanetur: ma-
gis occiditur quā viuifi-
cetur? Sic enim dixit apo-
stolus, Qui manducat cor-
pus domini, & bibit san-
guinem eius indigne, iudi-
cium sibi manducat & bi-
bit. Et licet nos in omni tē-
pore bonis operibus orna-
tos ac splendidos esse con-
ueniat, præcipuè tamen in
die natalis domini, sicut in
euangelio ipse dixit, luce-
re debent hominibus ope-
ra vestra Cūsiderate, quæ-
so fratres quando aliquis

homo potens aut nobilis
natalem aut suum aut filij
sui celebrare desyderat,
quanto studio ante plures
dies quicquid ī domo sua
sordidum inuenerit, ordi-
nat emūdari, quicquid in-
eptum & incōgruū proiici-
ci, quicque vtile necessā-
riū præcipit exhiberi. Do-
mus etiam si obscura fue-
rit, dealbatur, pauimenta
scopis mundantur, & di-
uersis resperfa floribus ad-
ornantur. Quicquid etiā,
ad lætitiæ animæ & corpo-
ris delicias pertinet, omni
solicitudine prouidetur.
Vt quid ista, fratres charis-
simi, nisi vt dies natalitius
cū gaudio celebretur ho-
minis morituri? Si ergo
tāta præparas in natalitio
tuo aut filij tui quanta &
qualia præparare debes sū-
scepturus natalem domini
tui? Si talia præparas mo-
rituro, qualia præparare
debes æterno? Quicquid
ergo non vis inueniri in
domo tua, quantum potes
labora vt nō inueniat De⁹
in anima mea.

¶ FERIA V. EX ISAIA. CAP. 7.
LECTIO PRIMA.

ET factū est in diebus Achaz filij Ioathan, filij Oziaz regis Iuda ascendit Rasin rex Siriz, & Phaccæ filius Romeliæ rex Israel, in Ierusalem, ad præliandum cōtra eam: & non potuerunt debellare eam. Et nuntiauerunt domui David, dicentes, Requeuit Syria sup Ephraim, & commotum est cor ei⁹, & cor populi ei⁹: sicut moventur ligna syluarū à facie vēti. Et dixit dominus ad Isaiam. Egredere in occursum Achaz tu, & q̄ de relictus est, Isaias filius tuus, ad extremum aquæ ductus piscinæ superioris in via agri fullonis, & dices ad eum, Vide vt sileas: noli timere & cor tuū ne formidet à duabus caudis titionum fumigantiū istorum in ira furoris Rasin regis Syriæ, & filij Romeliæ: eo quod consilium inierit contra te Syria in malum, Ephraim, & filius Romeliæ, dicentes, Ascendamus ad Iudam, & suscitem⁹ eū, & auellamus eum ad nos, & ponamus regem in medio eius filiū Tabeel. Hæc

dicat dominus Deus. Non stabit, & nō erit istud. Sed caput Syriæ Damascus, & caput Damasci Rasin. Et adhuc sexaginta & quinque anni, & desinet Ephraim esse populus, & caput Ephraim Samaria, & caput Samariæ filius Romeliæ. Si non credideritis, non permanebitis. Et adiecit dominus loqui ad Achaz, dicens, Pete tibi signum à domino Deo tuo in profundum inferni, siue in excelsum supra. Et dixit Achaz, Non petam, & non tentabo Dominum. Et dixit. Audite ergo domus David, Nunquid parum vobis est molestos esse hominibus, quia molesti estis & Deo meo? Propter hoc dabit dominus ipse vobis signum. Ecce virgo concipiet & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emanuel. Butyrum & mel comedet, vt sciat reprobare malum, & eligere bonum. *Secundum Iu- cam. Lectio secunda.*

ET postquam consummati sunt dies octo vt circumcideretur

puer: vocatum est nomen eius Iesus, quod vocatum est ab angelo priusquam in utero conciperetur. Et postquā impleti sunt dies purgationis eius secundum legem Moysi, tulerūt illum in Hierusalem, vt sisterent eum domino, sicut scriptū est, in lege domini. Quia omne masculinum adaperiens vuluam, sanctum domino vocabitur. & vt darent hostiam secundum quod dictum est in lege domini, par turturum, aut duos pullos colūbarum. Et ecce, homo erat in Hierusalem, cui nomen Simeon, & homo iste iustus & timoratus, expectans consolationem Israel: & spiritus sanctus erat in eo. Et responsum acceperat à spiritu sancto, non visurum se mortem, nisi prius videret Christum domini. Et venit in spiritu in templum. Et cum inducerent puerum Iesum parentes eius, vt facerent secundum consuetudinem legis pro eo: & ipse accepit eum in vlnas suas, & benedixit Deum, & dixit, Nunc di-

mittis seruum tuum Domine, secundum verbum tuum in pace. Quia viderūt oculi mei salutare tuū. Quod parasti, ante faciem omnium populorum, Lumen ad reuelationem gentium, & gloria plebis tuæ Israel. Et erant pater eius & mater eius mirantes super his quæ dicebantur de illo. Et benedixit illis Simeon: & dixit ad Mariam matrem eius, Ecce, positus est hic in ruina, & in resurrectionem multorū in Israel, & in signum cui contradicetur. Et tuam ipsius animam pertransibit gladius, vt reuelentur ex multis cordibus cogitationes.

¶ Sequens tertia lectio dicenda est in omnibus quintis feriis Aduentus, quando non occurrit festum: excipitur vigilia natiuitatis, si incidit in feria quinta.

¶ Ex sermone sancti Augustini episcopi. Lect. iiii.

Certe si te rex terrenus aut quicūq; paterfamilias ad suum natalitium inuitaret, quilibet vestimentis stunderes

ornatus incedere, quã no-
uis vel nitidis, quã splē-
didis, quorum nec vetu-
stas, nec vilitas, nec aliqua
fœdicas oculos inuitantis
offenderet: tali ergo stu-
dio in quantum præuales
Christo auxiliante cōten-
de, vt diuersis virtutum
ornamentis anima tua cō-
posita simplicitatis gem-
mis & sobrietatis floribus
adornata ad solennitatem
regis æterni, id est, ad na-
talem domini saluatoris
cũ secura conscientia pro-
cedat, castitate nitida, cha-
ritate splendida, eleemo-
sinis candida. Christus e-
nim dominus si te ita com-
positum natalitium suum
celebrare cognouerit, ip-
se per se venire, & animam
tuum non solum visitare,
sed etiam requiescere, &
in perpetuum in illa di-
gnabitur habitare, sicut
scriptum est, Et inhabita-
bo in illis, & inambulabo.
Et iterum, Ecce sto ad os-
tium & pulso si quis sur-
rexit & aperuerit mihi,
introibo ad illum, & cœ-
nabo cum illo, & ille me-
cum. Quam felix est illa

anima quæ vitam suam ita
Deo auxiliante studuerit
gubernare, vt Christum
hospitem & habitatorem
mereatur excipere sicut è
contrario, quã infelix
est illa conscientia toto la-
chrymarum fonte lügen-
da, quæ se ita malis operi-
bus cruentauit, vt in ea
Christus non requiescere
sed diabolus incipiat do-
minari? Talis enim anima,
si medicamentũ pœnitent-
iæ non cito subuenerit, à
luce relinquitur: à tenebris
occupatur, vacuatur dul-
cedine, impletur amaritu-
dine, à morte inuaditur, à
vita repudiatur. Non ta-
mẽ de domini pietate dis-
sidat qui talis est, nec mor-
tifera desperatione frãga-
tur, sed magis ad pœnitent-
iam cito fugiat, & dum
adhuc noua sunt & calent
peccatorum suorum vul-
nera, sic sibi adhibeat me-
dicamenta salubria, quia
medicus noster omnipotēs
& sic consuevit plagas no-
stras curare, vt nec cicatri-
cum vestigium post ipseus
medicamina remaneat. I-
deo etiam ab omni iniqui-

Feria. vj. Dñicę. j. Adventus.

nam et ante eius natalem multis diebus abstinere debetis. Quotiescunque aut natalem domini, aut reliquas solēnitates celebrare disponitis, ebrietatē ante omnia fugite iracūdię quasi bestię crudelissimę repugnare, odiū velut venenū mortiferum de corde vestro repellite, & tāta sit in vobis charitas, quę nō solum vsque ad amicos, sed etiā vsq; ad ipsos pueniat inimicos, vt secure possitis dicere in oratione domini ca. Dimitte nobis debita nostra sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.

¶ Feria. vj. ex Isaiā. Lect. j.

ET ingrediētur vīrga de radice Iesse, & flos de radice ei⁹ ascēdet. Et requiescet super eū spiritus dñi spiritus sapiētīę & intellectus, spiritus consilij & fortitudinis, spirit⁹ sciētīę, & pietatis, & replebit eū spiritus timoris domini. Nō secūdum visionē oculorum iudicabit, neq; secūdum auditū aurī arguet, sed iudicabit in iustitia paupes & arguet ī equitate pro mansuetis terrę.

Et percutiet terram vīrga oris sui, & spiritu labiorū suorum interficiet impiū. Et erit iustitia cingulum lūborum eius, & fides cinctorium regnū eius. Habitat lupus cum agno, & pardus cum hęcdo accubabit, vitulus, & leo, & ovis simul morabūtur, & puer paruulus minabit eos. Vitulus, & vrsus pascentur, simul requiescēt catuli eorū, & leo quasi bōs comedet paleas. Et delectabitur infans ab ubere super foramine aspidis, & in cauernam reguli, qui ab lactatus fuerit, manum suam mittet. Non nocēbunt, & non occident in vniuerso monte sancto meo, quia repleta est terra sciētia domini, sicut aqua maris operientis. In die illa radix Iesse, q̄ stat in signum populorū, ipsum gentes deprecabuntur, & erit sepulchrum eius gloriosum.

Secundum Lucā. Lect. ij.

ET erat Anna prophētissa, filia Phanuel de tribu Aser: hęc processerat in diebus multis, & vixerat cū viro suo annis

nis septē à virginitate sua. Et hæc vidua vsque ad annos octogintaquatuor: quæ nõ descendeat de templo, seiuiniis & obsecrationibus feruens nocte ac die. Et hæc ipsa hora supueniens, consistebatur dño: & loquebatur de illo omnibus qui expectabāt redemptionē Israel. Et vt perfecerunt omnia secundum legem dñi, reuersi sunt in Galilæā, in ciuitatem suam Nazareth. Puer autē crescebat, & confortabatur, plenus sapientia, & gratia dei erat in illo. Et ibant parentes eius per omnes annos in Ierusalem in die soleanni Paschæ. Et in die factus esset annorum duodecim, ascendentibus illis Ierosolymam secundū consuetudinem diei festi, cõsummatisque diebus cū redirent, remansit puer Iesus in Ierusalem, & non cognouerunt parentes eius. Existimantes autem illum esse in comitatu, venerunt iter diei, & requirebant eū inter cognatos & notos. Et non inueniētes, regressi sunt in Ierusalem, requirentes eum. Et factum est

post triduum inuenerunt illum in templo, sedentem in medio doctorum, audientem illos, & interrogantem eos. Stupebant autem omnes qui eum audiebant, super prudentia, & responsis eius. Et videntes admirati sunt. Et dixit mater eius ad illum. Fili quid fecisti nobis sic? Ecce pater tuus & ego dolentes quærebamus te. Et ait ad illos, **Quid est quod me quærebātis? nesciebatis quia in his quæ patris mei sunt, oportet me esse?** Et ipsi nõ intellexerunt verbū quod loquutus est ad eos. Et descendit cū eis, & venit Nazareth: & erat subditus illis. Et mater eius conseruabat oīa verba hæc in corde suo. Et Iesus proficiebat sapientia & ætate & gratia apud deum & homines.

¶ Sequens tertia lectio dicenda est in omnibus sextis feriis aduentus, quādo non occurrerit festū excipitur vigilia Natiuitatis, si inciderit in feria sexta.

¶ Sermo sancti Ambrosij episcopi. Lectio sexta.

Satis abundeque dixi
 se me credo superiori tractatu: quemad-
 modum compti vel nitidi
 natalem domini suscipere
 debeamus: & superuenien-
 tem festiuitatem eius ab
 omni ambitione retinere.
 Retinere (inquā) ut si dies
 natalis eius transeat: apud
 nos tamen sanctificatio-
 nis eius beatitudo permaneat.
 Hæc enim gratia natalis est
 domini saluatoris ut in futurum
 ad prædestinato: transeat: & in præ-
 teritum maneat ad deuotos.
 Oportet ergo nos esse sanctitate
 puros, mundos pudicitia, nitidos
 honestate: ut quo diem festū
 aduenire propinquius cer-
 nimus, accuratius incedamus.
 Si enim mulierculæ solent aliquas
 ferias susceperunt, maculas vestium
 suarum aqua diluere: cur non
 magis nos excepturi natalem
 domini, maculas animarum
 nostrarum flebilibus abluamus?
 Et illæ quidē si adeo infectæ res
 cellulæ sordibus extiterint,
 quod maculas sola aqua non
 purgat, addunt mol-
 litiem olei, saponis etiam
 acrimoniam. Nos quoque
 si tam graue peccatum fuerit
 ut minime solis flebilibus
 abluatur: addamus misericordie
 oleum acrimoniæque ieiunij.
 Nullum enim tam graue dilectum
 est, quod non purgetur abstin-
 entia, elemosynis extinguatur.
 Ait enim sanctus propheta,
 Sicut aqua extinguit ignem,
 ita elemosyna, extinguit peccatum.
 Magna ergo est elemosyna,
 quæ ardētium criminū globos
 beneuolentiæ suæ fonte refrigera-
 t, & quodā irriguo largitatis
 obruit incendia delictorum,
 ut quauis offensus Deus,
 quauis criminibus prouocatus,
 cogatur liberare elemosynis,
 quem disposuerat punire
 peccatis. Cogitur enim a nobis
 quodā modo, dum compellitur
 pro actibus nostris mutare
 sententiam, & in vno eodemque
 homine nunc seueritate iudicis
 promoueri, nunc patris pietate
 blandiri. Pater enim nobis
 Deus est, cum bene agimus:
 iudex noster est,

cum peccamus.

¶ Sabbato, ex Isia. Lec. j.

Sacerdos & propheta
nescierunt præ ebrie-
tate, absorpti sunt à
vino, errauerunt in ebrie-
tate, nescierunt videntem,
ignorauerunt iudicium.
Omnes enim mensæ reple-
tæ sunt vomitu sordiuq;,
ita vt non esset vltra locus.

Quem docebit scientiam?
& quem intelligere faciet
auditum? Ablactatos à la-
cte, auulsos ab vberibus,
quia Manda remanda, mā-
da remanda, expecta reex-
pecta, modicum ibi, modi-
cum ibi. In loquela enim
labij, & lingua altera loque-
tur ad populum istum: cui
dixit Hæc est reges mea,
relicite lassum, & hoc est
meum refrigerium & no-
tuerunt audire. Et erit eis
verbum Domini, Manda
remanda, manda remanda,
expecta reexpecta, expe-
cta reexpecta, modicum
ibi, modicum ibi: vt vadant,
& cadant retrorsum, & cõ-
terantur, & illaqueentur,
& capiantur. Propter hoc
audite verbum domini vi-
tillulores, qui domicami

ni super populum meum
qui est in Ierusalem. Dixi-
stis enim, Percussimus fœ-
dus cum morte, & cum in-
ferno fecim⁹ pactum. Flag-
ellu inundas cū traserit,
non veniet super nos: quia
posuimus mendaciū spem
nostram, & mendacio pro-
tecti sumus. Idcirco hæc
dicit dominus deus, Ecce
ego mittam in fundamen-
tis Sion lapidem, lapidem
probatum, angularé, pre-
tiosum in fundamēto fun-
datum, **Q**ui crediderit, nō
festinet. Et ponam in pon-
dere iudicium, & iustitiam
in mensura. Et subuertet
grando spem mendacij, &
protectionem. aquæ inun-
dabunt. Et delebitur fœ-
dus vestrum cum morte,
& pactum vestrum cū in-
ferno non stabit.

Secundu Lucam. Lect. ij.

Anao autem quin-
todecimo Imperij
Tyberij Cesaris,
procurate Pontio Pilato
Iudææ, tetrarcha aut Galilææ
herode, Philippo aut
fratre ei⁹ tetrarcha Iudææ
& trachonitidis regionis,
& Lyfania Abilinq; tetrar-

cha, sub principibus sacerdotum Anna & Caiapha. factum est verbum Domini super Ioannem Zachariæ filium in deserto. Et venit in omnem regionem Iordanis prædicans baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum: sicut scriptum est in libro sermonum Isaiæ prophetæ, Vox clamantis in deserto, Parate viam domini, rectas facite semitas eius. omnis vallis implebitur & omnis mons, & collis humiliabitur, & erunt prava in directa: & aspera in vias planas. & videbit omnis caro salutare dei. Dicebat ergo ad turbas quæ exhibant ut baptizarentur ab ipso. Genimina viperarum, quis ostendit vobis fugere à ventura ira? Facite ergo fructus dignos pœnitentiæ, & ne cœpensis dicere, Patrem habemus Abraham, Dico enim vobis quia potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abraham. Iam enim securis ad radicem arboris posita est. Omnis ergo arbor non faciens fructum bonum, excidetur, & in i-

gnem mittetur. Et interrogabant eum turbæ, dicentes, Quid ergo faciemus? Respondens autem, dicebat illis, Qui habet duas tunicas, det non habenti: & qui habet escas, similiter faciat. Venerunt autem & Publicani ut baptizarentur: & dixerunt ad illum, Magister quid faciemus? Ad ille dixit ad eos, Nihil amplius quàm quod constitutum est vobis, faciatis. Interrogabant autem eum & milites, dicentes, Quid faciemus & nos? Et ait illis, Neminem concutatis, neque calumniam faciatis: & contenti estote stipendiis vestris. Existimante autem populo & cogitantibus omnibus in cordibus suis de Ioanne, ne fortè ipse esset Christus respondit Ioannes dicens omnibus. Ego quidem aqua baptizo vos, veniet aut fortior me post me, cuius non sum dignus soluere corrigiam calceamentorum eius. ipse vos baptizabit in Spiritu sancto & igni: cuius ventilabrum in manibus eius, & purgabit aream suam: & congre-

gabit triticum in horreum suum, palleas autem coburet igni inextinguibili. Multa quidem & alia exhortas euangelizabat populo. Herodes autem tetrarcha cum corripere ab illo de Herodiade uxore fratris sui, & de omnibus malis quae fecit Herodes: adiecit & hoc super omnia, & inclusit Ioannem in carcerem.

¶ Dominica secunda Aduentus, ex Isaiâ. Lectio. j.

Letabitur deserta & inuia, & exultabit solitudo, & florebit quasi lilius. Germinans germinabit, & exultabit laetabunda & laudans. Gloria Libani data est ei, decor Carmeli & Saron. Ipsi uidebunt gloriam domini, & decorem dei nostri. Confortate manus dissolutas, & genua debilia roborate. Dicite pusillanimes, confortamini, nolite timere. ecce Deus uester ultionem adducet retributionis: Deus ipse ueniet, & saluabit uos. Tunc aperientur oculi eorum, & aures surdorum patebunt. Tunc saliet ceruus elaudus, & aperta erit

lingua mutorum: quia scilicet sunt in deserto aquae, & torrentes in solitudine, & quae erat arida in stagnum & sitiens in fontes aquarum. In cubilibus in quibus prius dracones habitabant, orietur uiror calami & iunci. & erit ibi semita & uia, & uia sancta uocabitur. Non transibit per eam pollutus, & haec erit uobis directa uia, ita ut stulti non errant per eam. Non erit ibi Leo, & mala bestia non ascendet per eam, nec inuenietur ibi. Et ambulabunt qui liberati fuerint, & redempti a domino: conuertentur & uenient in Sion cum laude, & laetitia sempiterna super caput eorum. Gaudium & laetitiam obtinebunt, & fugiet dolor, & gemitus.

Secundum Lucam. Lectio. ij.

Factum est autem cum baptizaretur omnis populus, & Iesu baptizato & orante apertum est caelum: & descendit Spiritus sanctus corporali specie sicut columba in ipsum, & uox de caelo facta est, Tu es filius meus dilectus: in te complacui mihi. Et ip-

Dominica. ij. Aduentus.

se Iesus erat incipiēs quasi
annorum triginta: vt puta
batur filius Ioseph, q̄ fuit
Heli, qui fuit Matthat, qui
fuit Leui, qui fuit Melchi,
qui fuit Ianne, qui fuit
Ioseph, qui fuit Matha-
thiæ, qui fuit Amos, qui
fuit Naum, qui fuit Helli,
qui fuit Nagge, q̄ fuit Ma-
hath, qui fuit Mathathiæ,
qui fuit Semei, qui fuit Ioseph,
q̄ fuit Iuda, qui fuit
Ioanna, qui fuit Raza, qui
fuit Zorobabel, q̄ fuit Sa-
lathiel, qui fuit Neri, qui
fuit Melchi, qui fuit addi,
qui fuit Cosam, qui fuit El-
madam, qui fuit Her, qui
fuit Iesu, qui fuit Eliezer,
qui fuit Iorim, p̄ fuit Mat-
that, qui fuit Leui, qui fuit
Simeon, qui fuit Iuda, qui
fuit Ioseph, qui fuit Iona,
qui fuit Eliacim, qui fuit
Melcha, qui fuit Menna,
qui fuit Matthata, qui fuit
Nathan, qui fuit Dauid,
qui fuit Iesse, qui fuit O-
be, qui fuit Booz, qui fuit
Salmon, qui fuit Naafon,
qui fuit Aminadab, qui
fuit Aram, qui fuit Esron,
qui fuit Phares, qui fuit
Iudæ, qui fuit Iacob, qui

fuit Isaac, qui fuit Abra-
ham, qui fuit Thare, qui
fuit Nachor, qui fuit Sa-
rog, qui fuit Ragau, qui
fuit Phaleg, qui fuit He-
ber, qui fuit Sale, qui fuit
Cainã, q̄ fuit Arphaxad,
qui fuit Sem, q̄ fuit Noe,
qui fuit Lamech, qui fuit
Mathufala, q̄ fuit Enoch,
qui fuit Iared, qui fuit Ma-
laleel, q̄ fuit Cainam, qui
fuit Enos, qui fuit Seth,
qui fuit Adã, qui fuit Dei.

Secundum Mattheum.

Lectio tertia.

In illo tēpore: Cū au-
disset Ioannes in vincu-
lis opera Christi, mit-
tēs duos de discipulis suis
ait illi, Tu es qui venturus
es, an alium expectamus?
Et reliqua.

Homilia sancti Greg. pa.

Quarendum nō
bis est fratres
charissimi: Io-
annes propheta,
& plus quam propheta:
qui venientem ad Ior-
dani baptismum dominum
ostendit, dicens: Ecce ag-
nus Dei, ecce qui tollit
peccata mundi: qui & hu-
militatem suam & diuini-

tatis eius potentiam considerans dicit, Qui de terra est, de terra loquitur & autem de caelo venit super omnes est. Cur in carcere positus mittens discipulos requirit: tu es qui venturus es, an alium expectamus, tanquam si ignoret, quam ostenderat, & an ipse sit nesciat, quem ipsum esse prophetando, baptizando, ostendendo clamauerat. Sed hoc citius quaestio soluitur, si gestae, rei tempus & ordo pensetur. Ad Iordanis enim fluuenta positus, quia ipse redemptor mundi esset, asseruit. Missus vero in carcerem vtrum alium expectent, an ipse veniat, requirit. Non quia ipsum esse mundi redemptorem dubitet: sed quae rit ut sciat si is qui per se in mundum venerat: per se etiam ad inferni claustra descendat, Quem enim praecurrens mundo nuntiauerat hunc moriendo, & ad inferos descendendo praecurrebat. Ait ergo, Tu es qui venturus es, an alium expectamus? Ac si aperte dicat, Sicut pro ho-

minibus nasci dignatus es, an etiam pro hominibus mori digneris insinua, ut qui natiuitatis tuae praecursor extiti, mortis etiam praecursor fiam, & venturum inferno te nuntiem, quem iam venissem mundo nuntiaui. Vnde & inquisitus dominus: enumeratis potentiae suae miraculis, de mortis suae protinus humilitate respondit dicens, Caeci vident, claudi ambulat, leprosi mundantur, surd. audiunt, mortui resurgunt, pauperes euangelizantur. Et beatus est qui non fuerit scandalizatus in me. Visis tot signis tantisque virtutibus non scandalizari quisque potuit, sed admirari. Sed infidelium mens graue in illa scandalum pertulit: eum cum morientem post tot miracula vidit. Vnde & Paulus dicit, Nos autem praedicamus Christum crucifixum. Iudaeis quidem scandalum, gentibus autem stultitia. Stultum quippe hominibus visum est, ut per hominibus author vitae moreretur: & inde contra cum homo scandalum sum-

psit: vnde ei amplius debitor fieri debuit. *Oratio.*

EXcita Domine corda nostra ad præparandas vnigeniti tui vias vt per eius aduentum purificatis tibi mentibus seruire mereamur. *Qui tecû.*

¶ Feria. ij. ex Iſaia. Lec. j.

Conſolamini conſolamini popule meus dicit Deus veſter. Loquimini ad cor Ieruſalem, & aduocate eam: quoniam completa eſt malitia eius, dimiſſa eſt iniquitas illius, Suſcepit de manu Domini duplicia pro omnibus peccatis ſuis. Vox clamantis in deſerto. Parate viam domini, rectas facite in ſolitudine ſemitas Dei noſtri. Omnis vallis exaltabitur, & omnis mōs & collis humiliabitur, & erunt praua in directa, & aſpera in vias planas. Et reuelabitur gloria Domini, & videbit omnis caro pariter quod os domini locutum eſt. Vox dicentis, Clama: Et dixi, *Q*uid clamabo? Omnis caro fœnū, & omnis gloria eius quaſi flos agri. Exiccatur eſt fœ-

num, & cecidit flos, quia Spiritus domini ſufflauit in eo. Verè fœnum eſt populus. Exiccatur eſt fœnum, & cecidit flos: verbū autem dei noſtri manet in æternum. Super montem excelſum aſcende tu quæ euangelizas Sion: exalta in fortitudine vocem tuā quæ euangelizas Ieruſalē: exalta, nolitiſtimere. Dic ciuitatibus Iudæ, Ecce Deus veſter: ecce dominus deus in fortitudine veniet & brachium eius dominabitur. Ecce, merces eius cum eo, & opus illius coram illo. Sicut paſtor, gregem ſuū paſcet: in brachio ſuo congregabit agnos, & in ſinu ſuo leuabit, fœtas ipſe portabit. *Q*uis menſus eſt pugillo aquas, & cœlos palmo ponderauit? *Q*uis appendit tribus digitis molem terræ, & lebrauit in pondere montes, & colles in ſtatera? *Q*uis adiuuit ſpiritum domini? aut quis cōſiliarius eius fuit: & oſtendit illi? Cum quo inſit eorū filium & inſtruxit eum, & docuit eum ſemitam iuſtitie, & erudiuit eum ſcien-

tia, & viam prudentiæ ostendit illi.

¶ **Secundū Lucā. cap. 4.**
Lectio secunda.

Iesus autem plenus Spiritu sancto, regressus est à Iordane: & agebatur à spiritu in deserto diebus quadraginta, & tentabatur à diabolo. Et nihil manducauit in diebus illis: & consummatis illis postea esuriit. Dixit autem illi diabolus, Si filius Dei es: dic lapidi huic vt panis fiat. Et respondit ad illum Iesus Scriptum est, Quia non in pane solo viuit homo, sed in omni verbo dei. Et duxit illum diabolus in montem excelsum, & ostendit illi, omnia regna orbis terræ in momento temporis: & ait illi. Tibi dabo potestatem hanc vniuersam, & gloriam illorum: quia mihi tradita sunt: & cui volo do illa. Tu ergo procidens si adoraueris coram me: erunt tua omnia. Et respondens Iesus, dixit illi, Scriptum est, dominum Deum tuum adorabis: & illi soli seruias. Et duxit illum in Ierusalem:

& statuit eum super pinnaculum templi: & dixit illi, Si filius dei es: mitte te hinc deorsum. Scriptum est enim quod angelis suis mandauit de te, vt conseruent te: & quia in manibus tollent te, ne fortè offendas ad lapidem pedem tuum. Et respondens Iesus, ait illi, Dictum est. Non tentabis dominum Deum tuum. Et consummata omni tentatione, diabolus recessit ab illo vsque ad tempus. Et egressus est Iesus in virtute Spiritus in Galilæam: & fama exiit per vniuersam regionem de illo. Et ipse docebat in synagogis eorum: & magnificabatur ab omnibus. Et venit Nazareth vbi erat nutritus: & intrauit secundum consuetudinem suam die sabbati in synagogam, & surrexit legere. Et traditus est illi liber Isaie prophete. Et vt reuoluit librum, inuenit locum vbi scriptum erat, Spiritus domini super me, propter quod unxit me euangelizare pauperibus misit me, sanare contritos corde, prædicare ca-

ptius remissionem, & carnis visum dimittere cofractus in remissionem, predicare annum domini acceptum, & diem retributionis. Et complicitus librum reddidit ministro, & sedit. Et omnium in synagoga oculi erant intendentes in eum. Cœpit autem dicere ad illos, Quia hodie impleta est hæc scriptura in auribus vestris, Et omnes testimonium illi dabant: & mirabantur in verbis gratiæ, quæ procedebant de ore ipsius, & dicebant, Nonne hic est filius Ioseph? Et ait illis, Vtique dicitis mihi hanc similitudinem, Medice, cura te ipsum, quanta audiuius facta in Capharnaum, fac & hic in patria tua.

¶ **Tertia lectio quando agitur de feria.** Sanctam & desiderabilem, gloriosam. & c. vi supra. folio. 83.

¶ **Feria tertia, ex illaia.**

Lectio prima.

Ecce seruus meus, suscipiam eum electus meus, complacuit sibi in illo anima mea. Dedi spiritum meum super eum

iudicium gentibus profert. Non clamabit, neque accipiet personam, nec audietur vox eius foris Calamum quassatum non conteret, & linum fumigans non extinguet. In veritate educet iudicium: non erit tristes, neque turbulētus, donec ponat in terra iudicium: & legem eius insula expectabunt. Hæc dicit dominus Deus creans caelos, & extendens eos: firmans terram, & quæ germinant ex ea: dans flatum populo. qui est super eam, & spiritum calcantibus eam, Ego dominus vocavi te in iustitia & apprehendi manum tuam, & seruaui te. Et dedi te in scelus populi, in lucem gentium: ut aperires oculos caecorum, & educeres de cœlusionem vinetum de domo carceris sedentes in tenebris. Ego dominus, hoc est nomen meum. Gloriam meam alteri non dabo, & laudem meam sculptilibus. Quæ prima fuerunt, ecce venerunt, noua quoque ego annuntio antequam oriuntur, audita vobis faciam, Cantate

domino canticum nonuū, laus eius ab extremis terræ, qui descenditis in mare, & plenitudo eius infatæ, & habitatores earum. Latetur desertum, & ciuitates eius in domibus habitabit Cedar. Laudate habitatores petra, de vertice montium clamabunt. Ponent domino gloriam, & laudem eius in insulis nuntiabunt Dominus sicut fortis egredietur, sicut vir p̄hator, suscitabit zelū, Vociferabitur, & clamabit super inimicos tuos confortabitur, Tacui, semper silui, patiens tui, sicut parturiens loquar dissipabo, & absorbebo sinui: desertos faciam montes, & colles, & omne gramen eorū excabo: & ponā flumina in insulas, & stagna arefaciē. Et educam cæcos in viam quam nesciunt: & in semitis quas ignorauerunt ambulare eos faciam. Ponam tenebras coram eis in lucem, & praua in recta.

Secundum Lucā. Lect. ij.

A It autem, Amen dico vobis, quia nemo propheta acce-

ptus est in patria sua. In veritate dico vobis multæ viduæ erant in diebus Biliæ in Israel quando clausum est cœlum annis tribus & mensibus sex, cum facta esset fames magna in omni terra: & ad nullam illarum missus est Elias, nisi in Sarepta Sidonis, ad mulierem viduam Et multi leprosi erant in Israel sub Eliseo propheta: & nemo eorum mundatus est nisi Naaman Syrus. Et repleti sunt omnes in synagoga, ira, hæc audientes. Et surrexerunt, & eiecerunt illum extra ciuitatem, & duxerunt illum vsque ad supercilium montis super quem ciuitas illorum erat ædificata, vt præcipitarent eū. Ipse autem transiens per medium illorum ibat. Et descendit in Capharnaum ciuitatem Galilææ: ibique docebat illos sabbatis. Et stupebāt in doctrina eius: quia in potestate erat sermo ipsius. Et in synagoga erat homo habens demonium immūdum: & exclamauit voce magna dicens, Sine, quid nobis & tibi le-

fu Nazarene? venisti per-
dere nos? scio te quia sis
sanctus dei. Et increpauit
illum Iesus, dicēs, Obmu-
tesce, & exi ab eo. Et cū
proiecisset illū dæmoniū
in mediū, exiit ab illo, ni-
hilque illum nocuit. Et fa-
ctus est pavor in omnibus
& colloquebantur adinui-
cem dicentes. **Quod est**
hoc verbum, quia in pote-
state & virtute imperat im-
mundis spiritibus, & exe-
unt? Et divulgabatur fama
de illo in omnem locū re-
gionis. Surgens autem Ie-
sus de synagoga, introiuit
in domū Simonis. Socrus
autem Simonis tenebatur
magnis febribus: & roga-
uerunt illum pro ea. Et
stans super illam impera-
uit febrī: & dimisit illam.
Et contiuō surgens mini-
strabat illis. Cū autem sol-
occidisset, omnes qui habe-
bant infirmos variis lango-
ribus, ducebāt illos ad eū.
At ille singulis manus im-
ponens, curabat eos. Exi-
bant autē dæmonia à mul-
tis, clamantia & dicentia,
Quia tu es filius dei, & in-
crepans non sinebat ea lo-

qui, quia sciebant ipsum es-
se Christum. Facta autem
die, egressus ibat in deser-
tum locum: & turbæ requi-
rebant eum, & venerunt vs-
que ad ipsum & detinebāt
illum ne discederet ab eis.
Quibus ille ait, Quia & a-
liis ciuitatibus oportet me
euangelizare regnum dei,
quia ideo missus sum. Et
erat prædicans in synago-
gis Galileæ.

¶ Tertia lectio quando a-
gitur de feria. Audite fra-
tres, &c, vt supra. folio. 85.

¶ Feria. iiii. ex Iſaia. ca. 45.
Lectio prima.

Vere tu es deus absco-
ditus deus Israel sal-
uator. Cōfusi sunt,
& erubuerūt omnes: simul
abierunt in confusionem
fabricatores errorū. Israel
saluatus est in domino sa-
lute æterna. Non confun-
demini & non erubescetis
vsq; in seculū seculi: quia
hæc dicit dñs creās celos,
ipse Deus formās terram,
& faciens eam ipse plastes
eius. Nō in vanum creauit
eā: vt habitetur formauit
eam. Ego dominus. & non
est alius. Non in abscon-

aito locutus sum, in lo-
co terræ tenebroſo. Non
dixi ſemini iacob, Fruſtra
querite me. Ego dñs lo-
quens iuſtitia, annuntians
recta. Cōgregamini & ve-
nite, & accedite ſimul qui
ſaluati eſtis ex gentibus.
Nescierūt qui leuāt lignū
ſculpturæ ſuæ, & rogant
deum non ſaluantē. Annū-
tiate & venite, & concilia-
mini ſimul. Quis auditū
fecit hęc ab initio? ex tunc
p̄dixit illud, Nūquid nō
ego dominus, & non eſt vl-
tra deus abſq; me? deus iu-
ſtus & ſaluas nō eſt præter
me. Cōuertimini ad me, &
ſalui eritis omnes fines ter-
ræ: quia ego deus, & nō eſt
ali⁹ In memetiſo iuraui.
Egredietur de ore meo iu-
ſtitia verbum, & non re-
uertetur quia mihi curua-
bitur omne genu, & iura-
bit omnis lingua. Ergo in
domino, dicet, mea ſunt
iuſtitia & imperium. Ad
eum venient, & cōfunden-
tur omnes qui repugnant
ei. In domino iuſtificabi-
tur, & laudabitur omne ſe-
men Iſrael.

Secundum Lucā. Lect. ij.

Factum eſt autem: cū
turbæ irruerent in eū
vt audirēt verbū Dei:
& ipſe ſtabat ſecus ſtagnū
Genēſareth. Et vidit duas
naues ſtantes ſecus ſtagnū:
pifcatores autem deſcende-
rant: & lauabāt retia. Aſcē-
dens autē in vnam nauim
quæ erat Simonis, rogauit
eum à terra reducere puſil-
lum. Et ſedens, docebat de
nauicula turbas. Vt ceſſa-
uit autē loqui, dixit ad Si-
monē, Duc in altum, & la-
xate retia veſtra in captu-
ram. Et reſpōdens Simon,
dixit illi, Præceptor per
totam noctē laborātes ni-
hil cepimus, in verbo autē
tuo laxabo rete. Et cū hoc
feciffent concluderunt pi-
ſcium multitudinē copio-
ſam: rumpebatur autē rete
eorū. Et annuerunt ſociis
qui erant in alia naui, vt ve-
nirent & adiuuarēt eos. Et
venerunt, & impleuerunt
ambas nauiculas: ita vt pe-
ne mergerētur. Quod cū
videret Simō Petrus, pro-
cidit ad genua Jeſu, dicēs,
Exi à me dñe, quia homo
peccator ſum. Stupor enī
circūdederat eū, & omnes

qui cum illo erant, in captura piscium quam ceperant. Similiter autem iacobum & iohannem filios Zebedæi, qui erant socij Simonis. Et ait ad Simonem Iesus, Noli timere ex hoc iam, homines eris capiens. Et subductis ad terram nauibus, relictis omnibus sequuti sunt eum. Et factum est: cum esset in vna ciuitate, & ecce vir plenus lepra, & videns Iesum, & proiciens in faciem suam, rogauit eum, dicens, Domine, si vis, potes me mundare. Et extendens manum, tetigit eum dicens, Volo, Mundare. Et confestim lepra discessit ab illo. & ipse præcepit illi, vt nemini diceret: sed vade, ostende te sacerdoti, & offer pro emundatione tua sicut præcepit Moyses in testimoniũ illis, Perambulabat autem magis sermo de illo. & conueniebant turbæ multæ vt audirent, & curaretur ab infirmitatibus suis. Ipse autem sedebat in deserto, & orabat.

¶ Feria lectio quando fit officium de feria. Appo-

pinquante. &c. vt i. fo. 86.

¶ Feria. v. ex Isaiã. Lect. j.

Avdite insulæ, & attendite populi de longe. Dominus ab utero vocauit me, de ventre matris meæ recordatus est nominis mei. Et posuit os meum quasi gladium acutum, in vniuersa manus sue protexit me, & posuit me sicut sagittam electam. In pharetra sua abscondit me, & dixit mihi, Seruus meus, es tu Israel, quia in te glorificabor. Et ego dixi, In vacuum laboraui sine causa, & vanè fortitudinem meam consumpsi. Ergo iudicium meum cum Domino, & opus meum cum Deo meo. Et tunc hæc dicit dominus, formans me ex utero seruum tibi, vt reducã iacob ad eum, & israel nõ congregabitur. Et glorificatus sum in oculis Domini, & deus meus factus est fortitudo mea. Et dixit, Parum est vt sis mihi seruus ad suscitãdas tribus iacob, & face israel conuertendas. Dedite in lucem gentium, vt sis salus mea usque ad extremum terræ. Hæc

dicit dominus redemptor
 Israel, sanctus eius, ad con-
 tempibilem animam, ad ab-
 ominatam gentem, ad ser-
 uum dominorum. Reges
 videbunt, & consurgent
 principes, & adorabunt p-
 pter dominum, quia fide-
 lis est, & sanctus Israel qui
 elegit te. Hæc dicit domi-
 nus, In tēpore placito ex-
 audiui te, & in die salutis
 auxiliatus sum tui. Et ser-
 uauit te, & dedit te in fœd⁹
 populi, vt suscitares terrā,
 & possideres hereditates
 dissipatas: vt diceres his q
 uincti sunt, Exite: & his
 qui in tenebris, Reuelami-
 ni. Super uias pascentur,
 & in omnibus planis pas-
 cua eorum. Non esuriēt,
 neque sitient, & non per-
 cutiet eos æstus & sol: quia
 miserator eorū reget eos,
 & ad fontes aquarum po-
 tabit eos. Et ponam omnes
 montes meos in uiam, &
 semitæ meæ exaltabūtur.
 Ecce, isti de longe ueniēt,
 & ecce illi ab Aquilone &
 mari, & isti de terra austra-
 li. Laudate cæli & exulta-
 terra, iubilare montes lau-
 de: quia consolatus est do-

minus populi suū, & pau-
 perum suorū miserebitur.

Secundū Lucā. Lectio. ij.

ET factus est in vna
 dierum & ipse sede-
 bat docens. Et erant
 Pharisei sedentes & legis
 doctores qui uenerant ex
 omni castello Galilææ, &
 Iudææ, & Ierusalem, & uir-
 tus domini erat ad sanan-
 dum eos. Et ecce uiri por-
 tantes in lecto hominem
 qui erat paralytic⁹: & que-
 rebant eum inferre, & po-
 nere ante eum. Et non in-
 uenientes qua parte illi
 inferrent p̄q̄ turba: ascen-
 derunt supra tectum, &
 per regulas submiserunt
 eum cū lecto in medium
 ante Iesum. Quorum fi-
 dem ut uidit, dixit, Ho-
 mo remittuntur tibi pec-
 cata tua. Et cœperunt cogi-
 tare Scribæ & Pharisei,
 dicentes, quis est hic qui lo-
 quitur blasphemias? quis
 potest dimittere peccata,
 nisi solus deus? Ut cognouit
 autem Iesus cogitatio-
 nes eorum, respondens di-
 xit ad illos, quid cogitatis
 in cordibus uestris? Quid
 est facile⁹: dicere, dimittu-

tur tibi peccata, an dicere, surge & ambula? Vt autem sciatis quia filius hominis habet potestatem in terra dimittēdi peccata (ait paralytico) tibi dico, surge, tolle lectum tuum, & vade in domum tuā. Et confestim cōsurgens corā illis, tulit lectum in quo iacebat, & abiit in domū suā, magnificans Deū. Et stupor apprehendit omnes & magnificabant deum. Et repleti sunt timore, dicentes, quia vidimus mirabilia hodie. Et post hæc exiit, & vidit Publicanum noīe Leui sedentem ad telonium, & ait illi, Sequere me. Et relictis omnibus, surgēs secutus est eum. & fecit ei conuiuium magnū Leui in domo sua, & erat turba multa Publicanorū & aliorum qui cū illis erant discumbētes. Et murmurabant Pharisæi & Scribę eorum, dicentes ad discipulos eius, Quare cū Publicanis & peccatorib⁹ māducatis & bibitis. Et respondens Iesus, dixit ad illos, Non egent q̄ sāni sunt medico, sed q̄ male habēt. Nō veni vocare iustos; sed

peccatores ad pœnitentiā.

¶ Tertia lectio quādo fit de feria. Certe sit te rex. &c. vt supra. fo. 38

¶ Feria. vj. ex Iſaia. cap. 51.
Lectio prima.

Audite me qui sequimini quod iustum est, & queritis dominum: attendite ad petra: vnde excisi estis, & ad cauernam laci de qua pre-cisi estis. Attēdite ad Abraham patrem vestrum, & ad Sarā quæ peperit vos: quia vnum vocaui eum, & benedixi ei, & multiplicaui eum. Cōsolabitur ergo dominus Sion, & consolabitur omnes ruinas eius & ponet desertū eius quasi delicias, & solitudinem eius quasi hortum Domini. Gaudium, & lætitia inuenietur in ea: gratiarum actio, & vox laudis. Attendite ad me popule meus, & tribus mea me audite: quia lex à me exiet, & iudicium meum in lucē populorum requiescet. Prope est iustus meus, egressus est saluator me⁹, & brachia mea populos iudicabunt. Me insulæ expectabunt,

bunt, & brachium meū sustinebunt. Leuate in cælū oculos vestros, & videte sub terra deorsum: quia cęli sicut fumus liquefcēt, & terra sicut vestimētum atteretur, & habitatores eius sicut hęc interibunt. Salus autem mea in sempiternū erit, & iustitia mea nō deficiet. Audite me qui scitis iustum, populus meus lex mea in corde eorū. Nolite timere opprobriū hominū, & blasphemias eorum ne metuatis. Sicut em̄ vestimentū, sic comedet eos vermis & sicut lanā, sic deuorabit eos tinea: Salus autē mea in sempiternū erit, & iustitia mea in generationes generationū. Conterge, conterge, induere fortitudinem brachiū domini: cōsurge sicut in diebus antiquis, in generationibus seculorū. Nunquid nō tu percussisti superbū, vulnerasti draconem? Nunquid non tu siccasti mare aquam abyssi vestimentis: qui posuisti profundū maris viā, vt trāsirent liberati? Et nunc qui redempti sunt à domino, reuertentur.

B.

N.

tur, & venient in Sion laudantes, & lætitia sempiterna super capita eorū gaudium & lætitiā tenebūt, fugiet dolor & gemitus.

Secundū Lucā. Lect. ij.

AT illi dixerunt ad eū. Quare discipuli Ioannis ieiunant frequenter, & obsecrationes faciunt, similiter & Phariseorum: tui autem edunt & bibunt? Quibus ipse ait, Nunquid potestis filios spōsi, dum cum illis est sponsus, facere ieiunare? Venient autem dies, & cum ablatu fuerit ab illis sponsus, tunc ieiunabūt in illis diebus. Dicebat autē & similitudinem ad illos, Quia nemo cōmissuram à vestimēto nouo immitit in vestimentum vetus: alioquin & nouum rūpit, & veteri nō cōuenit cōmissura à nouo. Et nemo mittit vinū nouū in vtres veteres: alioquin rumpeat vinū nouum vtres, & vinū effundetur, & vtres peribunt. sed vinū nouum in vtres novos mittendū est: & veraque cōseruantur. Et nemo bibens vetus, sta-

m

Sabbato.

tim vult nouum. dicit eum, Vetus melius est. Factum est autem in sabbato secundo primo, cum transiret perfrata, vellebant discipuli eius spicas, & manducabant commutricantes manibus. **Q**uidam autem Phariseorum dicebant illis, **Q**uid facitis quod non licet in sabbatis? Et respondens Iesus ad eos dixit, Nec hoc legistis quod fecit Dauid, cum esurisset ipse & qui cum illo erant: quomodo intrauit in domum Dei, & panes propositionis sumpsit, & manducauit, & dedit his qui cum ipso erant, quos non licet manducare nisi tantum sacerdotibus? Et dicebat illis, **Q**uia dominus est filius hominum, etiam sabbati. Factum est autem & in alio sabbato ut intraret in synagogam, & doceret. Et erat ibi homo, & manus eius dextera erat arida. Observabant autem Scribae & pharisaei si in sabbato curaret ut inuenirent unde accusarent eum. Ipse vero sciebat cogitationes eorum, & ait homini qui habebat manum aridam, **S**urge, & sta in medium.

Et surgens, stetit. Ait autem ad illos Iesus, Interrogo vos, si licet sabbatis benefacere an male saniam saluam facere, an perdere? Et circumspectis omnibus, dixit homini, **E**xtende manum tuam. Et extendit & restituta est manus eius. Ipsi autem repleti sunt insipientia: & colloquebatur adinuicem quidnam facerent Iesu.

¶ Tertia lectio quando fit officium de feriis. Satis abundeque. &c. vtsupra. fo. 90.

¶ Sabbato, ex Isaia. cap. 52.
Lectio prima.

Consurge, consurge induere fortitudinem tua Sion: induere vestimentis gloriae tuae Ierusalem cuius sancti, quia non adiiacet ultra ut pertranseat per te in circumcisus & immundus. Excute re de puluerere, consurge, sede Ierusalem. Solue vincula colli tui captiua filia Sion: quia haec dicit dominus, **G**ratias venundati estis, & sine argento redimemini. **Q**uia haec dixit dominus Deus, **I**n Aegyptum descendit populus meus in principio, ut colonus es-

set tibi : & Assur absque vlla causa calumniatus est eum . Et nunc quid mihi est hic , dicit dominus quoniam ablati sunt populus meus gratis : Dominatores eius iniquè agunt , dicit dominus : & iugiter tota die nomen meum blasphematur . Propter hoc sciet populus meus nomen meum in die illa : quia ego ipse qui loquebar , ecce adsum . Quam pulchri super montes pedes annuntiantis & prædicantis pacem , annuntiantis bonum prædicantis salutem , dicentis Sion , Regnabit Deus tuus . Vox speculatorum tuorum leuauerunt vocem , simul laudabunt : quia oculo ad oculum videbunt , cum conuerterit dominus Sion . Gaudete & laudate simul deserta Ierusalem : quia consolatus est dominus populum suum , redemit Ierusalem . Parauit Dominus brachium sanctum suum in oculis omnium gentium & videbunt omnes fines terræ salutare dei nostri . Recedite , recedite , exite inde pollutum , nolite tangere .

Exite de medio eius , mündamini qui fertis vasa domini . Quoniam non in tumultu exhibitis , nec in fuga Properabitis . Præcedet enim vos dominus , & congregabit vos Deus Israel . Ecce intelliget seruus meus , exaltabitur , & eleuabitur , & sublimis erit valdè sicut obstupuerunt super eum multi . sic inglorius erit inter viros aspectus eius , & forma eius inter filios hominum . Ille asperget gentes multas , super ipsum continebunt reges os suum , quia quibus non est narratum de eo , viderunt : & qui non audierunt , contemplati sunt .

Secundū Lucā. Lect. iij.

Factum est autem : in illis diebus exiit in montem orare , & erat pernoctans in oratione Dei . Et cum dies factus esset , vocauit discipulos suos : & elegit duodecim ex ipsis , quos & apostolos nominauit : Simonem quem cognominauit Petrum , & Andream fratrem eius , Iacobum & Ioannem , Philip-pum & Bartholomæum ,

Dominica. iij. Aduentus.

Mattheum & Thomã, Iacobum Alphæi & Simonẽ qui vocatur zelotes, & Iudam Iacobi, & Iudã scario-tem qui fuit proditor. Et descendẽs cũ illis, stetit in loco cãpestri, & turba discipulorum eius, & multitudo copiosa plebis ab omni Iudæa & Ierusalem: & maritima & Tyri & Sidonis, qui venerant vt audirent eũ, & sanarentur à languoribus suis. Et qui vexabantur à spiritibus immũdis, curabantur. Et omnis turba quærebat eũ tãgere: quia virtus de illo exibat, & sanabat omnes. Et ipse eleuatis oculis in discipulos suos, dicebat, **Beati pauperes:** quia vestrum est regnum Dei. **Beati qui nunc esuritis:** quia saturabimini. **Beati qui nunc stetis:** quia ridebitis. **Beati eritis cũ vos oderint homines,** & eũ separauerint vos & exprobrauerint: & eiecerint nomen vestrum tanquam malũ propter filium hominis. **Gaudete in illa die & exultate,** ecce enim merces vestra multa est in cælo, secũdum hæc enim fa-

ciebant prophetis patres eorũ. Veruntamen v̄x vobis diuitibus, qui habetis consolationem vestrã. V̄x vobis qui saturati estis, quia esurietis. V̄x vobis qui ridetis nunc, quia lugebitis & flebitis. V̄x cũ benedixerint vobis omnes homines: secũdũ hæc em̄ faciebant pseudoprophetis patres eorum. Sed vobis dico qui auditis, Diligite inimicos vestros: benefacite his qui vos oderũt. Benedicite maledicentibus vobis, & orate pro calũniantibus vos. Et qui te percutit in maxillã vnã, prębe illi & alteram. Et ab eo qui aufert tibi vestimentum, etiam tunicam noli prohibere. **Omni autẽ petẽti te, tribue: & q̄ aufert quæ tua sunt, ne repetas.** Et prout vultis vt faciant vobis homines, & vos facite illis similit̄er. ¶ **Dominica. iij. Aduentus ad Matut. anã.** **O**riens splendor lucis æternæ, & sol iustitiæ veni, & illumina sedentes in tenebris, & in vmbra mortis. **Hęc ñ. dicitur ad mat. vñ. que ad vigiliã natiuit. ex-**

elusive, quando fit officium
de dominica, vel de feria.

Ex Isaia. Cap. 56. Lec. i.

HAec dicit Dñs, Custodite iudiciũ, & facite iustitiam: quia iuxta est salus mea vt veniat, & iustitia mea vt reueletur. Beatus vir qui facit hoc. & filius hominis, qui apprehendet istud. Custodiens sublatum ne polluat istud, custodiens manũ suas ne faciat omne malum. Et nõ dicat filius aduenz qui adhæret dño, dicēs, Separatione diuidet me dñs à populo suo. Et non dicat eunuchus, Ecce ego lignũ aridũ. **Quia** hæc dicit dñs eunuchus, **Qui** custodierint sabbata mea, & elegerint quz ego volui, & tenuerint fœdũ meũ, Dabo eis in domo mea, & in maris meis locum, & nomen melius à filiis & filiabus: nomen sempiternũ dabo eis, quod non peribit. Et filios aduenz qui adherent dño vt colat eũ, & diligant nomen eius, vt sint ei in seruos: omnem custodiẽtem sabbatũ ne polluat illud, & tenentem fœdus meum.

Adducã eos in montẽ sanctũ meũ, & lætificabo eos in domo orationis meæ. Holocausta eorũ, & victimz eorũ placebũt mihi super altari meo: quia domus mea, domus orationis vocabitur cũctis populis. **Ait dominus Deus qui cõgregat disp̃sos Israel,** Adhuc congregabo ad eũ congregatos eius, Omnes bestiaz agri venite ad deuoradũ, vniuersa bestiaz saltus. Speculatores ei⁹ cæci omnes, nescierunt vniuersi: canes muti nõ valentes latrare, videntes vana, dormientes & amantes somnia. Et canes impudētissimi nescierunt saturitatẽ: ipsi pastores ignorauerunt intelligentiam: omnes in viam suam inclinauerunt, vnusquisq; ad auaritiam suam, à summo vsque ad nauissimum. Venite, sumamus vinum, & impleamur ebrietate: & erit sicut hodie, sic & cras, & multò amplius.

Secũdum Lucam. Lec. iij.

ET si diligitis eos, qui vos diligit: quz vobis est gratia? nam & peccatores, diligentes se,

Dominica. iij. Adventus.

diligunt. Et si benefeceritis his qui vobis benefaciunt: quæ vobis est gratia? siquidē & peccatores hoc faciunt. Et si mutuum derideritis his à quibus speratis recipere: quæ gratia est vobis? nā & peccatores peccatoribus sōneratur vt recipiant æqualia. Veruntamen diligite inimicos vestros: benefacite & mutuū date, nihil inde sperantes, & erit merces vestra multa, & eritis filij altissimi, quia ipse benignus est super ingratos & malos. Estote ergo misericordes sicut & pater vester misericors est. Nolite iudicare: & nō iudicabimini. nolite cōdēnare, & nō condēnabimini. Dimittite, & dimittimini. Date, & dabitur vobis. Mēsuram bonam & cōfertam & coagitatam & supereffluentem dabunt in sinum vestrum. Eadem quippe mēsurā qua mensi fueritis, remetitur vobis. Dicebat autem illis & similitudinē, Nunquid potest cæcus cecum ducere? nonne ambo in foueam cadunt? Nō est discipulus super magi-

strum perfectus autem omnis erit, si sit sicut magister eius. Quid autem vis des festucam in oculo fratris tui, trabē autē quæ in oculo tuo est, nō consideras? Aut quomodo potes dicere fratri tuo. Frater sine eiiciam festucam de oculo tuo: ipse in oculo tuo trabem non vides? Hypocrita, eiice primū trabem de oculo tuo: & tunc perspicies vt educaas festucam de oculo fratris tui. Non est enim arbor bona quæ facit fructus malos; neque arbor mala, faciens fructū bonum. Vnaquæque enim arbor de fructu suo cognoscitur. Neque enim de spinis colligunt ficus; neque de rubo vindemiant vva. Bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bonum: & malus homo de malo thesauro profert malum. Ex abundantia enim cordis os loquitur. Quid autem vocatis me, Domine domine: & non facitis quæ dico? Omnis qui venit ad me, & audit sermones meos, & facit eos, ostendam vobis cui similis sit.

similis est homini ædificanti domum, qui fodit in altum & posuit fundamentum supra petram. In inundatione autem facta, illi sum est flumē domui illi: & nō potuit eā mouere, sū data eū erat supra petra.

Qui autem audit & nō facit: similis est homini ædificanti domū suam supra terra sine fundamento: in quā illius est flui⁹ & cōtinuū cecidit, & facta est ruina dom⁹ illius magna.

Secūdum Ioānem. Cap. i.

Lectio tertia.

In illo tēpore miserunt Iudæ ab Ierosolymis sacerdotes, & leuitas ad Ioannem, vt interrogarent eum, Tu quis es? Et reii.

Homilia scti Greg. papæ.

EX huius nobis lectio nis verbis. fratres charissimi, Ioannis humilitas commendatur. **Q**ui eū tantæ virtutis esset, vt Christus credi potuisset e legit solide subsistere i se, ne humana opinione rape retur inaniter super se. Nā confessus est & non negauit: confessus est quia non sum ego Christus. Sed qui

dixit, non sum: negauit planè quod non erat. Sed non negauit quod erat, vt veritatem loquēs eius mēbrum fieret, cuius sibi nōmen fallaciter non vsurparet. Cū ergo non vult appetere nomen Christi factus est membrum Christi. **Q**uia dum infirmitatem suam studuit humiliter agnoscere: illius celsitudinem meruit veraciter obtinere. Sed cū ex lectione alia redeptoris nostri sententia ad mentem reducitur: ex huius nobis lectionis verbis quæstio valde implexa generatur: Alio quippe in loco inquisitus à discipulis domin⁹: de Elize aduentu respondit, Elias iam venit, & non cognouerunt eum. sed fecerunt in eo quodcunque voluerunt. Et si vultis scire: Ioannes ipse est Elias. Requisitus autem Ioannes dicit: non sum Elias. **Q**uid est hoc fratres charissimi: quia quod veritas affirmat, hoc propheta veritatis negat? Valde namque inter se diuersa sunt, ipse est: & non sum.

Quomodo ergo propheta veritatis est, si eiusdem veritatis sermonibus concors non est? Sed si subtiliter veritas ipsa requiratur, hoc quod inter se contrariū sonuit: quomodo contrarium non sit inuenitur. Ad Zachariam namque de Ioānis promissione angelus dixit, ipse præibit ante illum, in spiritu & virtute Eliæ. Qui idcirco venturus in spiritu & virtute Eliæ dicitur: quia sicut Elias secundum domini aduentum præueniet: ita Ioannes præueniet primum. Sicut ille præcursor vêturus est iudicis, ita iste præcursor factus est redemptoris. Ioannes igitur in spiritu Elias erat: in persona Eliæ non erat: Quod ergo dñs fatetur de spiritu, hoc Ioannes denegat de persona. Quia & iustum sic erat ut discipulis dominus spiritualem de Ioanne sententiam diceret, & Ioānes idē turbis carnalibus non de suo spiritu, sed de corpore responderet. Contrariū ergo videtur esse veritatis quod Ioannes sonuit, sed

tamen à veritatis tramite non recessit. ¶ Ad laudes añ. O rex gentium, & desideratus earū lapisq; angularis, qui facis vtraque vnum, veni salua hominē, quem de limo formasti.

¶ Hæc antiph. dicenda est ad laudes vsq; ad vigiliam natiuit. exclusiue quando non agitur de sancto. Ofo.

Avrem tuā, quæsumus dñe, precibus nostris accommoda: & mentis nostræ tenebras gratia tuæ visitationis illustra. Qui vivis & regnas.

¶ Ad vesperas añ. O Emanuel rex, & legifer noster, expectatio gentiū, & saluator earū, veni ad saluandū nos domine Deus noster.

¶ Hæc antiphona dicitur ad vesperas vsq; ad vigiliam natiuit, qñ non fit de sctō.

¶ Feria. ij. ex Isaia. Cap. 58.

Lectio prima.

Clama ne cesses, quasi tuba exalta vocē tuam, & annūtia populo meo scelera eorū, & domui Iacob peccata eorum. Me etenim de die in diem quærun, & scire vias meas volunt: quasi gens

quæ iustitiã fecerit & iudicium dei sui nõ dereliquerit. Rogant me iudicia iustitiæ, & appropinquare deo volunt. **Q**uare ieiunauimus, & nõ aspexisti? humiliuimus animas n̄as, & nescisti? Ecce, in die ieiunij vestri inuenitur voluntas vestra, & omnes debitorum vestros repetitis. Ecce, ad lites, & ad contentiones ieiunatis & pcutitis pugno impie. Nolite ieiunare sicut vsque ad hãc diem, vt audiatur i excelsis clamor vester. Nunquid tale est ieiunium, quod elegi, p diẽ affligere hominem animã suam? nunquid cõtortuere quasi circulũ caput suũ, & sacco & cinerem sternere? nunquid istud vocabis ieiunium, & diem acceptabilem domino? Nonne hoc est magis ieiuniũ qd̄ elegi? dissolue colligationes impletatis, solue fasciculos deprimentes, dimitte eos, qui contracti sunt, liberos, & omne onus dirumpe. Frãge esurienti panem tuũ, & egenos vagosque induc in domũ tuam. Cũ videris nudum, ope-

re eũ, & carnem tuã ne despexeris. Tũc erupet quasi mane lumen tuũ, & sanitas tua citiº orietur, & anteibit faciem tuam iustitia tua, & gloria domini colliget te. Tũc inuocabis, & Dominus exaudiet te: clamabis, & dicet. Ecce adsum. si abstuleris de medio tui catenam, & desieris extendere digitum, & loqui quod nõ prodest, cũ efuderis esurienti animam tuam, & animam afflictam repleueris: orietur in tenebris lux tua, & tenebræ tuæ erunt sicut meridies. Et requiem tibi dabit dominus semper, & implebit splendoribus animã tuã, & ossa tua liberabit. **Secũdũ**

Lucam. Cap. 7. Lectio. 5.

Cũ autẽ impleisset omnia verba sua in caures plebis, intrauit Capharnaum. Centurionis autem cuiusdã seruus male habens, erat moriturº: qui illi erat pretiosus. Et cũ audisset de Iesu, misit ad eũ seniores iudeorum, rogans eũ vt veniret, & sanaret seruũ eiº. At illi cũ venissent ad Ie-

sum, rogabant eum solici-
tè dicentes ei. **Q**uia dignus
est ut hoc illi præstes: dili-
git enim gentem nostram:
& synagogam ipse ædifica-
uit nobis. Iesus autem ibat
cum illis. Et cùm iam non
longè esset à domo, misit
ad eum Centurio amicos di-
cens, domine, noli vexari.
Non enim sum dignus ut
sub tectum meum intres,
propter quod & me ipsum
non sum dignum arbitra-
tus ut venire ad te: sed dic
verbo, & sanabitur puer
meus, nam & ego homo
sum sub potestate consti-
tutus, habens sub me mili-
tes: & dico huic, vade, & va-
dit: & alio, veni, & venit: &
seruo meo, fac hoc, & fa-
cit. **Q**uo audito, Iesus mi-
ratus est: & conuersus, re-
querentibus se tuentis dixit.
Amen dico vobis, nec in
Israel tantam fidem inue-
ni. Et reuersi qui missi fue-
rant domum, inuenerunt
seruū, qui languerat, sanū.
Et factū est: deinceps ibat
Iesus in ciuitatem quæ vo-
cabatur Naim: & ibat cum
eo discipuli eius & turba
copiosa. Cùm autè appro-

pinquaret portæ ciuitatis,
ecce defunctus efferebatur
filius vnicus matri suæ: &
hæc, vidua erat: & turba ci-
uitatis multa cū illa. **Q**uā
cū vidisset dominus, mi-
sericordia motus super eā,
dixit illi, Noli flere. Et ac-
cessit, & tetigit loculum.
Hi autè qui portabant ste-
terunt. Et ait. Adolescens,
tibi dico, surge. Et resedit
qui erat mortuus, & cæpit
loqui. Et dedit illum matri
suæ. Accepit autem omnes
timor: & magnificabant
Deū, dicentes, **Q**uia pro-
pheta magnus surrexit in
nobis: & quia Deus visita-
uit plebem suam. ¶ **Feria**
lectio quando fit de feria.
Sactam & desyderabilem.
&c. vi supra. folio 83.

¶ **Feria. iij. ex Isai. cap. 61.**
Lectio prima.

Spiritus domini super
me, eo quod vnixerit
Dominus me: ad an-
nuntiandū mansuetis mi-
sit me, & mederer contri-
tis corde, & prædicarem
captiuis indulgentiam, &
clausis apertionē: ut præ-
dicarem annum placabilē
domino, & diem ultionis

Deo nostro: vt consolaretur
oēs lugentes, vt ponerem
lugētibus Sion, & darē eis
coronā pro cinere, oleum
gaudij pro luctu, pallium
laudis pro spiritu mōro-
ris. Et vocabatur in ea for-
tes iustitię, plātatio domi-
ni ad glorificandū. Et edi-
ficabūt deserta à seculo, &
ruinas antiquas erigent, &
instaurabunt ciuitates de-
sertas, dissipatas in genera-
tionem & generationē. Et
stabunt alieni. & pascent
pecora vestra: & filij pere-
grinorum, agricolę & vi-
nitores vestri erūt. Vos au-
tē sacerdotes domini vo-
cabimini: Ministri dei no-
stri, dicetur vobis: fortitu-
dinem gētium, comedetis:
& i glorię eorū superbie-
tis. Pro confusione vestra
duplici & rubore lauda-
būt partem eorū. propter
hoc in terra sua duplicia
possidebunt, læti in sempi-
terna erit eis: quia ego dōs
diligens iudiciū, odio ha-
bens rapinam in holocau-
stum. Et dabo opus eorū
in veritate, & scidus perpe-
tuum feriā eis. Et scietur
in gētibus semen eorum,

& germen eorū in medio
populorū. Omnes qui vi-
derint eos cognoscent il-
los, quia isti sunt semē cui
benedixit dominus. Gau-
dens gaudebo in domino,
& exultabit anima mea in
deo meo. Quia induit me
vestimentis iustis, & indu-
mento iustitię circunde-
dit me, quasi sponsam de-
corarum corona, & quasi
sponsam ornatam monili-
bus suis. Sicut enim terra
profert germen suum, &
sicut hortus semen suum
germinat, sic dominus de⁹
germinabit iustitiā, & lau-
dem coram vniuersis gen-
tibus. *Secūdum Lucam,*

Lectio secunda.

ET exiit hic sermo in
vniuersam iudæā de
leo, & in omnem circa
regionem. Et nuntiaue-
runt Ioanni discipuli eius
de omnibus his. Et conuo-
cauit duos de discipulis
suis Ioannes & misit ad le-
sum, dicens, Tu es qui ven-
turus es. an aliū expecta-
mus? Cū autē venissent
ad eum viri, dixerunt Io-
annes baptista misit nos
ad te, dicens, Tu es qui

uenturus es : an aliū expectamus ? in ipsa autē hora multos curauit à languoribus suis & plagis, & spiritibus malis: & cæcis multis donauit visum. Et respondens dixit illis, Euntes renuntiate Ioanni quę audistis & vidistis, **Q**uia cæci vident, claudi ambulāt, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resurgunt, pauperes euangelizantur: & beatus est quicūque nō fuerit scandalizatus in me. Et cū discessissent nuntij Ioannis, cœpit de Ioanne dicere ad turbas. **Q**uid existis in desertum videre? arundinem vento agitātā? Sed quid existis videre? hominem mollibus vestimentis indutum? Ecce qui in veste preciosa sunt & delictis, in domibus regum sunt. Sed quid existis videre? prophetam? Vtique dico vobis & plus quam prophetam. hic est de quo scriptum est, Ecce mitto angelum meū ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te. Dico enim vobis, maior inter natos mulierum propheta Ioanne

baptista nemo est. qui autē minor est in regno dei, maior est illo. Et omnis populus audies, & publicani iustificauerunt deū, baptizati baptismo Ioannis. Pharisei autem & legisperiti, cōsiliū Dei spreuerūt in semetipsos, non baptizati ab eo. Ait autē Dominus. Cui ergo similes dicā homines generationis huius, & cui similes sunt? Similes sunt pueris sedentibus in foro, & loquentibus adinuicem, & dicentibus. Cantauimus vobis tibiis, & nō saltastis: lamentauimus, & nō plorastis. Venit autem Ioannes baptista neque manducans panem, neque bibens vinū & dicitis, Demoniū habet. Venit filius hominis manducans & bibens: & dicitis, Ecce homo deuorator & bibens vinū, amic⁹ publicanorū & peccatorū. Et iustificata est sapientia ab omnib⁹ filiis suis.

¶ Tertia lect. qñ agitur de feria. Audite fr̄es. **Ecce. vii. fol. 85. ¶ Feria. iij. ex Isaiā.**
cap. 62. Lectio. 7.
Propter Sion non tacebo, & propter Ierū-

salem nõ quiescam donec egrediatur vt splendor iustus eius : & saluator eius vt lampas accendatur . Et videbunt gētes iustū tuū , & cuncti reges inclytum tuum : & vocabitur tibi nomen nouum : quod os domini nominauit . Et eris tibi corona gloriæ in manu domini , & diadema regni in manu Dei tui . Non vocaberis vltra Derelicta : & terra tua nõ vocabitur amplius Desolata : sed vocaberis Voluntas mea in ea , & terra tua inhabitata , quia cõplacuit domino in te : & terra tua inhabitabitur . Habitabit enim iuuenis cum virgine , & habitabunt in te filij tui . Et gaudebit sponsus super sponsam , & gaudebit super te Deus tuus . Super muros tuos Ierusalem constitui custodes : tota die & tota nocte perpetuõ non tacebunt . Qui reminißimini domini , ne taceatis , & ne detis silētium ei , donec stabiliat , & donec ponat Ierusalem laudem in terra . Iurauit Dominus in dextera sua , & in brachio fortitudinis suæ ,

Si dederõ triticum tuū vltra cibum inimicis tuis : & si biberint filij alieni vinū tuū in quo laborasti . Quia qui congregabunt illud , comedent , & laudabunt dominum , & qui comportat illud , bibent in atrijs sanctis meis . Transite , trāsitate per portas , præparate viam populo , planū facite iter , & eligite lapides , & eleuate signum ad populos . Ecce dominus auditum fecit in extremis terræ , dicite filiis Sion . Ecce saluator tuus venit , ecce merces eius cū eo , & opus eius coram illo . Et vocabunt eos populus sanctus , redempti a domino . Tu autem vocaberis , Quæsitã ciuitas & non derelicta . *Secundum Lucam . Lectio secunda .*

Rogabat autem illū quidã de Phariseis vt manducaret cum illo . Et ingressus domum Pharisei , discubuit . Et ecce mulier quæ erat in ciuitate peccatrix , vt cognouit quod Iesus accubuit in domo Pharisei , attulit alabastrum vnguenti : & stans retro secus pedes eius , la-

chrymis cepit rigare pedes eius, & capillis capitis sui tergebat, & osculabatur pedes eius, & unguento ungebat. Videns autem Pharisæus, qui vocauerat eum, ait intra se, dicens, Hic si esset propheta, sciret utique quæ & qualis est mulier quæ tangit eum, quia peccatrix est. Et respondens Iesus, dixit ad illum, Simo, habeo tibi aliquid dicere. At ille ait, Magister, dic. Duo debitores erant cuidam fornicatori. vnus debebat denarios quingentos, & alius quingenta. Non habentibus illis unde redderent, donauit vtrisque. Quis ergo eum plus diligit? Et respondens Simon dixit, Aestimio quia is cui plus donauit. At ille dixit ei, Recte iudicasti. Et conuersus ad mulierem, dixit Simoni. Vides hanc mulierem? Intraui in domum tuam: aquam pedibus meis non dedisti, hæc autem lachrymis rigauit pedes meos, & capillis suis terxit. Osculi mihi non dedisti: hæc autem ex quo intraui, non cessauit osculari pedes meos.

Oleo caput meum non unxisti: hæc autem unguento unxit pedes meos. Propter quod dico tibi, Remittuntur ei peccata multa: quonia dilexit multum. Cui autem minus dimittitur, minus diligit. Dixit autem ad illam, Remittuntur tibi peccata, Et ceperunt qui simul accubebat, dicere intra se. Quis est hic qui etiam peccata dimittit? Dixit autem ad mulierem, Fides tua te saluam fecit. vade in pace. ¶ *Tercia lectio. quæ sit de feria. Appropinquate. &c. vt supra. folio. 86. ¶ Feria. v. ex Isaiâ. cap. 64.*

Lectio prima.

VTINAM dirumperes cælos, & descenderes à facie tua montes defluerent, sicut exustio ignis tabesceret, aquæ arderet igni: vt notum fieret nomen tuum inimicis tuis: à facie tua gentes turbarentur, cum feceris mirabilia, non sustinebimus. Descendisti, & à facie tua montes defluerunt. A fenestra non audierunt, neque auribus perciperunt, oculi non viderunt Deum absque te,

quæ præparasti expectan-
 tibus te. Occurristi letanti
 & facienti iustitiam: in viis
 tuis recordabūtur tui. Ecce,
 tu iratus es: & peccaui-
 mus. in ipsis fuimus semp,
 & saluabimur. Et facti su-
 mus vt immundi oēs nos,
 & quasi pannus menstrua-
 tæ vniuersæ iustitiæ no-
 stræ. Et cecidim⁹ quasi foli-
 ſiū vniuersi, & iniquitates
 nostræ quasi vetus abstule-
 runt nos. Nō est qui inuo-
 cet nomen tuum. qui con-
 surgat, & teneat te. Abscō-
 disti faciem tuam à nobis,
 & allisisti nos in manu ini-
 quitatis nostræ. Et nunc
 domine pater noster es tu,
 nos verò lutū: & fictor no-
 ster tu, & opera manuum
 tuarū omnes nos. Ne irasca-
 ris dñe satis, & ne vltra me
 mineris iniquitatis: ecce,
 respice: populus tuus oēs
 nos. Ciuitas sc̄ti tui facta
 est deserta, Sion deserta fa-
 cta est, Ierusalem desolata
 est. Dom⁹ sanctificationis
 nræ, & gloriæ nostræ, vbi
 laudauerunt te patres no-
 stri, facta est in exutōne
 ignis & omnia desyderabi-
 lia nostra verſa sunt i rui-

nas. Nūquid super his cō-
 timebis te dñe, tacebis: & af-
 fliges nos vehementer?

Secundum Lucam. cap. 8.

Leſtio ſecunda.

ET factū est deiceps &
 ipſe iter faciebat p̄ ci-
 uitates & castella p̄di-
 cās & euāgelizās regnū dei
 & duodecim cū illo, & mu-
 lieres aliquæ q̄ erāt curatę
 à spiritibus malignis, & in-
 firmitatibus, Maria q̄ voca-
 batur Magdalene, de qua
 septē dæmonia exierāt, &
 Ioāna vxor Chuse procura-
 toris, Herodis & Susan-
 na, & aliæ multæ, quæ mi-
 niſtrabāt ei de facultatib⁹
 ſuis. Cū autē turba plurima
 cōueniret, & de ciuitatib⁹
 p̄peraret ad eū: dixit p̄ ſi-
 militudinē. Exiitq; ſeminat
 ſeminare ſemen ſuū, & dū
 ſeminat, aliud cecidit ſec⁹
 viā, & cōculcatū est, & vo-
 lucres cæli cōmederunt il-
 lud. Et aliud cecidit ſupra
 petrā, & natum aruit, quia
 non habebat humorem.
 Et aliud cecidit inter ſpi-
 nas: & ſimul exorta ſpinæ
 ſuffocauerunt illud. Et al-
 liud cecidit in terram bo-
 nam: & ortum, fecit fru-

Stum centuplum. Hæc dicens clamabat. Qui habet aures audiendi, audiat. Interrogant autem eum discipuli eius quæ esset hæc parabola. Quibus ipse dixit, Vobis datum est nosse mysterium regni Dei, cæteris autem in parabolis, vt videntes nō videant, & audientes non intelligant. Est autem hæc parabola. Semen est verbum Dei. Qui autē secus via: hi sunt qui audiunt, deinde venit diabolus, & tollit verbum de corde eorū, ne credentes salui fiant. Nam qui supra petrā: qui cū audierint, cū gaudio suscipiunt verbum, & hi radices non habent: quia ad tēpus credunt, & in tēpore tētationis recedūt. Quod autem in spinas cecidit, hi sunt qui audierūt & à sollicitudinibus & diuitiis, & voluptatibus vitæ eūtes suffocantur, & non referunt fructum. Quod autem in bonam terram: hi sunt qui in corde bono & optimo audientes verbū retinens fructum afferunt in paciētia. Nemo autē lucernam ac-

cendens, operit eam vase, aut subtus lectum ponit: sed supra candelabrū ponit, vt intrātes videant lumen. Non est enim occultum, quod non manifestetur: nec absconditum, quod nō cognoscatur, & in palā veniat. Videte ergo quid audiatis. Qui enim habet, dabitur illi: & quicumque nō habet, etiā quod putat se habere, auferetur ab illo. Venerūt autem ad illum mater & fratres eius: & non poterant audire eū præ turba. Et nūtiatum est illi, Mater tua, & fratres tui stant foris, volentes te videre. Qui respondens dixit ad eos, Mater mea, & fratres mei hi sunt qui verbū dei audiunt & faciunt.

¶ *Tertia lectio, quando agitur de feria. Certè si tex. &c. vi supra. folio. 88.*

¶ *Feria. vj. ex Iere. cap. 23. Lectio prima.*

VAc pastoribus qui disperdūt, & dilacerant gregem pascuæ meæ, dicit dominus. Ideo hæc dicit dominus Deus Israel ad pastores qui pascunt populum meū, Vos disper-

dispersistis gregem meum
& eiecistis eos, & non visi-
tatis eos: ecce ego visita-
bo super vos malitiam stu-
diorū vestrorū, ait domi-
nus. Et ego cōgregabo re-
liquias gregis mei de om-
nibus terris, ad quas eiece-
ro eos illuc: & conuertam
eos ad rura sua, & crescent
& multiplicabuntur. Et su-
scitabo super eos pastores
& pascunt eos: & nō formi-
dabunt ultra, & non paue-
būt: & nullus quæretur ex
numero, dicit dñs, Ecce
dies venit, dicit domin⁹,
& suscitabo Dauid germē
iustum: & regnauit rex, &
sapiens erit: & faciet iudi-
cium & iustitiā in terra. In
diebus illius saluabitur Iu-
da, & Israel habitabit cōsi-
denter & hoc est nomē quō
vocabunt eum, dñs iustus
noster. Propter hoc ecce
dies veniunt, dicit domi-
nus: & non dicent ultra Vi-
uit dominus qui eduxit fi-
lios Israel de terra Aegy-
pti: sed viuit dominus qui
eduxit & adduxit semē do-
mus Israel de terra Aquilo-
nis, & de cunctis terris, ad
quas eieceram eos illuc: &

habitabunt in terra sua.

Secundum Lucā. Lect. ij.

FActum est autē in vna
dierū: & ipse ascendit
in nauiculā, & discipū-
li eius: & ait ad illos, Trās-
fretemus trans stagnū. Et
ascenderunt. Et nauiganti-
bus illis, obdormiuit: & de-
scēdit procella venti in sta-
gnum, & cōplebantur, &
periclitabātur. Accedētes
autem, suscitauerūt eum,
dicentes, Preceptor, peri-
mus. At ille surgens incre-
pauit vētum & tempestatē
aquæ: & cessauit & facta est
tranquillitas. Dixit autē il-
lis, Vbi est fides v̄ra? **Q**ui
timentes mirati sunt, adiu-
uicē dicentes, **Q**uis putas
hic est? quia & vēus & ma-
ri imperat, & obediunt ei.
Et nauigauerunt ad regio-
nem Gerasēnorū quæ est
contra Galilæam. Et cū de
nauī egressus esset ad ter-
ram, occurrit illi vir quidā
qui habebat demoniū iam
tēporibus multis, & vesti-
mento nō induebatur, ne-
que in domo manebat, sed
in monumentis. Is vt vidit
Iesum proceidit ante illū: &
exclamans voce magna,

dixit, **Q**uid mihi & tibi est Iesu fili Dei altissimi? obsecro te ne me torques. Præcipiebat enim spiritui immundo ut exiret ab homine. Multis enim temporibus arripiebat illum: & vinciebatur catenis, & cõpedibus custoditus: & ruptis vinculis agebatur à demõnio in deserto. Interrogauit autẽ illum Iesus, dicens, **Q**uod tibi nomẽ est? At ille dixit, Legio quia intrauerat dæmonia multa in eum. Et rogauerunt illum ne imperaret illis ut in abyssum irent. Erat autem ibi grex porcorum multorum pascentium in monte: & rogabant eum ut permitteret eis in illos ingredi. Et permisit illis. Exierunt ergo dæmonia ab homine, & intrauerunt in porcos: & impetu abiit grex per præcepsum in stagnum, & suffocatus est. **Q**uod ut viderunt factum qui pascebant fugerunt: & nuntiauerunt in ciuitatem & in villas. Exierunt autem videre quod factum est ut venerunt ad Iesum, & inueniunt hominem sedentem à

quo dæmonia exierant, vestitum, ac sanamente ad pedes eius & timuerunt. Nuntiauerunt autem illis, & qui viderant, quomodo sanus factus fuisset à legione. Et rogauerunt illum omnis multitudo regionis Gerasenorum, ut discederet ab ipsis: quia magno timore tenebantur, ipse autem ascendens nauim, reuersus est. Et rogauit illum vir à quo dæmonia exierant, ut cum eo esset. Dimisit autem eum Iesus, dicens: Reddi domum tuam, & narra quanta tibi fecit deus, Et abiit per vniuersam ciuitatem, prædicans quanta illi fecisset Iesus.

¶ **Tertia lectio quando agitur de feria. Satis abunde.** Xc. vt supra. fo. 84.

¶ **Notandum, qd in feriis hebdomada sequentis quæ ad tertiã lect. seruandus est idem ordo qui seruatus est in præcedentibus feriis donec vigil. nauim. occurrat.**

¶ **Sabba. ex Ezech. Lec. j.**

ET factum est verbum domini ad me, dicens, **F**ili hominis propheta de pastoribus Israel: propheta, & dices pastoribus

Hæc dicit dominus deus, Vx pastoribus Israel, qui pascebant semetipsos: nõne greges à pastoribus pascentur? Lac comedebatis & lanis operiebamini: & quæ crassum erat, occidebatis: gregem autem meum non pascebatis. Quod infirmum fuit non consolidastis, & quod ægrotum non sanastis, quod confractum est, non aligastis, & quod abiectum est non reduxistis, & quod perierat non quaesistis: sed cum austeritate imperabatis eis, & cum potentia. Et dispersæ sunt oves meæ, eo quod non esset pastor: & factæ sunt in deuorationem omnium bestiarum agri, & dispersæ sunt. Erauerunt greges mei in cunctis montibus, & in vniuerso colle excelsio: & super omnem faciem terræ dispersi sunt greges mei, & nõ erat qui requireret, nõ erat inquam qui requireret. Propterea pastores audite verbum Domini, Vivo ego, dicit dñs deus, quia pro eo quæ facti sunt greges mei in rapinam, & oves meæ in deuorationem omnium bestiarum agri, eo quod nõ esset pastor (neque enim quæ fuerunt pastores mei gregem meum: sed pascebant pastores semetipsos, & greges meos non pascebant) propterea pastores audite verbum dñi. Hæc dicit dñs deus. Ecce ego ipse super pastores requiram gregem meum de manu eorum, & cessare eos faciam vt ultra non pascant gregem, nec pascat amplius pastores semetipsos: & liberabo gregem, meum de ore eorum, & non erit ultra eis in escam. Quia hæc dicit dominus deus. Ecce ego ipse requiram oves meas & visitabo eas. Sicut visitat pastor gregem suum in die quando fuerit in medio ouium suarum dissipatarum: sic visitabo oves meas, & liberabo eas de omnibus locis in quibus dispersæ fuerant in die nubis, & caliginis. Et educam eas de populis & congregabo eas de terris & inducam eas in terram suam. Et pascam eas in montibus Israel, in riuibus, & in cunctis sedibus terræ. In pascuis vberimis pascam eas, & in montibus excelsis Israel

erunt pasceva earum: ibi re-
 quiescent in verbis virēti-
 bus, & in pascevis pinguib⁹
 pascentur super montes Is-
 rael. Ego pasce oves meas,
 & ego eas accubare facia,
 dicit domin⁹ deus. Quod
 perierat, requira & quod
 abiectum erat, reduca: &
 quod contractū fuerat, al-
 ligabo: & quod infirmum
 fuerat cōsolidabo, & quod
 pingue & forte, custodiā:
 & pascam illas in iudicio.

Secundum Lucā. Lect. ij.

FActum est autem cū
 redisset Iesus, Exce-
 pit illum turba, erant
 autem omnes expectātes
 eum. Et ecce venit vir cui
 nomen Iairus, & ipse prin-
 ceptus synagogæ erat: & ceci-
 dit ad pedes Iesu, rogās eū
 ut intraret in domū eius,
 quia vnica filia erat ei fere
 annorū duodecim, & hæc
 moriebatur. Et contigit:
 dum iret, à turbis cōprime-
 batur. Et mulier quædam
 erat in fluxu sanguinis ab
 annis duodecim, q̄ in me-
 dicos erogauerat oēm sub-
 stantiam suam: nec ab vllō
 potuit curari: accessit re-
 tro & tetigit fimbriam ve-
 stimenti eius: & confestim
 stetit flexus sanguis eius.
 Et ait Iesus. Quis est qui
 me tetigit? Negantibus au-
 tem omib⁹, dixit Petrus,
 & qui cum illo erant. Pre-
 ceptor, turbæ te compri-
 munt & affligunt: & dicis,
 Quis me tetigit? Et dixit
 Iesus. Tetigit me aliquis,
 nam & ego noui virtutem
 de me exisse. Videm autē
 mulier quia non latuit, tre-
 mens venit & prociuit au-
 te pedes eius: & ob quam
 causam tetigerit eum, indi-
 cavit corā omni populo:
 & quemadmodum confes-
 tim sanata sit. At ipse di-
 xit ei, Filia, fides tua salua
 te fecit. Vade in pace. Ad-
 huc illo loquente, venit
 quidam à principe synago-
 gæ, dicens, ei, Quia mor-
 tua est filia tua, noli vexa-
 re illum Iesus autē audito,
 hoc verbo, respōdit patri
 puellæ. Noli timere, crede
 tantum & salua erit. Et cū
 venisset domū, non permi-
 sit intrare secum quenquam
 nisi Petrū, & Iacobū, & Io-
 annē, & patrem & matrem
 puellæ. Flebat autē omnes,
 & plangebant illam. At ille

dixit. Nolite flere non est mortua puella, sed dormit. Et deridebant eam, scientes quod mortua esset. Ipse autem tenens manum eius clamauit, dicens, Puella, surge. Et reuersus est spiritus eius: & surrexit continuò, & iussit illi dare manducare. Et stupuerunt parètes eius: quibus præcepit ne alicui dicerent quod factum erat.

¶ **Dominica. iiii. Aduetus**
ex Ezechiele. Lect. j.

VOs autem greges mei, hæc dicit Dominus deus, Ecce ego iudico inter pecus & pecus, arietum & hircorù. Nonne factis vobis erat pascua bona depasci? insuper & reliquias pascuarum vestrarum cõculcastis pedibus vestris: & cum purissimam aquam biberetis, reliquam pedibus vestris turbabatis. Et oves meæ his quæ cõculcata pedibus vestris fuerant, pascabantur & quæ pedes vestros turbauerant, hæc bibeant. Propterea hæc dicit dominus deus ad vos, Ecce, ego ipse iudico inter pecus pingue & maci-

lentum. Pro eo quod lateribus, & humeris impingebatis, & cornibus vestris venti labatis omnia infirma pecora, donec dispergeretur foras: saluabo gregem meum, & non erit ultra in rapina, & iudicabo inter pecus & pecus. Et scitabo super ea pastorem vnum, qui pascat ea, seruum meum David: ipse pascet ea, & ipse erit eis in pastorem. Ego autem dominus ero eis in deum: & seruus meus David princeps in medio eorum: ego dominus locutus sum. Et faciam cum eis pactum pacis, & cessare faciam bestias pessimas de terra: & qui habitant in deserto, securi dormient in saltibus. Et ponam eos in circumitu collis mei benedictionem: & deducam imbrè in tempore suo, pluuie benedictionis erunt. Et dabit lignum agri fructum suum, & terra dabit germen suum, & erunt in terra sua absque timore: & sciet quia ego dominus, cum contriuero catenas iugum eorum, & eruero eos de manu imperantium

sibi. Et non erunt ultra in rapinam gentibus, neque bestiarum terrarum deuorabunt eos: sed habitabunt confidenter absque ullo terrore, Et suscitabo eis germen nominatum: & non erunt ultra imminuti fame in terra, neque portabunt amplius opprobria gentium. Et sciēt quia ego dominus deus coram cum eis, & ipsi populus meus dominus Israel: ait dominus Deus, Vos autem greges mei, greges pascuarum mearum homines estis: & ego dominus deus vester dicit dominus deus.

Secundum Lucam. cap. 9.

LECTIO SECUNDA.

Conuocatis autem Iesus duodecim apostolis, dedit illis virtutem & potestatem super omnia dæmonia, & ut languores curarent. Et misit illos predicare regnum dei: & sanare infirmos. Et ait ad illos, Nihil tuleritis in via, neque virgam, neque peram, neque panem, neque pecuniam: neque duas tunicas habeatis. Et in quacunque domum intraueritis, ibi manete, & inde ne exeatis. Et quicumque non receperint

vos exeuntes de ciuitate ista, etiam puluerem pedum vestrorum excutite in testimonium supra illos. Egressi autem circumibant per castella euangelizantes & curantes ubique. Audiuit autem Herodes tetrarcha omnia quæ fiebant ab eo & hæsitabat eo quod diceretur à quibusdam, quia Ioannes surrexit à mortuis à quibusdam uero, Quia Elias apparuit. ab aliis autem, Quia propheta unus de antiquis surrexit. Et ait Herodes, Ioannem ego decollauit: quis est autem iste de quo ego talia audio? Et querebat videre eum. Et reuersi apostoli, narrauerunt illi quæcumque fecerunt, & assumptis illis secessit secretum in locum, desertum, qui est Bethsaidæ. Quod cum cognouissent turbæ, secutæ sunt illum: & excepit eos, & loquebatur illis de regno dei, & eos qui cura indigebant, sanabat: Dies autem cœperat declinare. Et accedentes duodecim, dixerunt illi. Dimitte turbas, ut euntes in castella uillamque quæ circa sunt, diuer

tant, & inueniāt escas: quia
 hic in loco deserto sum?
 Ait autē ad illos, Vos date
 illis manducare. At illi di-
 xerunt, Non sunt nobis
 plus quā quinq; panes &
 duo pisces: nisi fortē nos
 eamus, & emamus in oēm
 hanc turbā escas. Erant au-
 tē ferē viri quinq; millia.
 Ait autē ad discipulos suos
 Facite illos discubere per
 cōiuiua quinquagenos. Et
 ita fecerūt. Et discubuerūt
 oēs, Acceptis autē quinq;
 panib⁹, & duobus piscibus
 suspexit in cælū, & benedi-
 xit illis, & fregit: & distri-
 buit discipulis suis, vt po-
 nerent ante turbas. Et mā-
 ducauerūt omnes & satura-
 ti sunt. Et sublatū est qđ
 superfuit illis, fragmento-
 rum cophini duodecim.

Secundum Luca. Lec. iij.

ANno quintodeci-
 mo imperij Tybe-
 ri Cæsaris procu-
 rante Pontio, Pilato Iu-
 deam. Et reliqua.

Homilia scti Greg. papæ.

OMnis vallis imple-
 bitur: & omnis mōs
 & collis humiliabi-
 tur. Quid hoc loco valliū

noīe, nisi humiles? Quid
 montium & colliu: nisi su-
 perbi homines designan-
 tur? In aduentu igitur re-
 dēptoris nostri valles im-
 pletæ sunt: montes verò &
 colles humiliati sunt, quia
 iuxta vocē eiusdē: omnis
 qui se exaltat hūiliabitur:
 & qui se humiliat exaltabi-
 tur. Vallis etenim impleta
 crescit: mons autē & collis
 humiliat⁹ decrescit. Quia
 nimirum in fide mediato-
 ris dei & hominū hominis
 Christi Iesu: & gētilitas ple-
 nitudinem gratiæ accepit:
 & Iudæa per errorem per-
 fidia hoc vñ tumebat per-
 didit. Oīs ergo vallis im-
 plebitur quia corda humi-
 lium per sancte doctrinæ
 eloquiū virtutū gratia re-
 plebūtur: iuxta hoc quod
 scriptum est, Qui emittis
 fontes in cōuallib⁹. Et in-
 de rursus dicitur: & con-
 ualles abundabunt frumē-
 to. A montibus nāq; aqua
 dilabitur: quia superbas mē-
 tes veritatis doctrina dese-
 rit: sed fontes in conualli-
 bus surgunt: quia mentes
 humiliū verbum prædica-
 toris audiūt & accipiunt.

Iam videmus, iam conualles frumento abundare conspicimus: quia illorū orapabulo veritatis impleta sunt: quia mites ac simplices huic mundo despicabiles esse videbamur ipsum quoque Ioannem baptistam quem mira sanctitate præditū populus videbat: illum hunc esse singulariter celsum ac solidum montem credebat, de quo scriptū est. In nouissimis diebus erit mons præparatus domus domini in vertice montium. **Oratio.**

EXcita domine potentiam tuam, & veni: & magna nobis virtute succurre. vt per auxilium gratiæ tuæ, quod nostra peccata præpediūt, indulgentia tuæ propitiationis ac acceleret: **Qui viuīs.**

Feria. ij. ex Michæ. Le. j.

ET erit in nouissimo dierum mons domus Domini præparatus in vertice montium, & sublimis super colles: & fluent ad eum populi. Et properabunt gentes multæ, & dicent, Venite, ascendam⁹ ad montem domini, & ad

domum dei Iacob: & docebit nos de viis suis & ibim⁹ in semitis eius: quia de Sio egredietur lex, & verbum domini de Ierusalē. Et iudicabit inter populos multos, & corripiet gentes fortes vsq; in longinquum: & concident gladios suos in vomeres, & hastas suas in ligones: nō sumet gens aduersus gentē gladiū, & nō discēt vltra belligerare. Et sedebit vir subtus vineam suam, & subtus ficū suā, & nō erit qui de terreat: quia os dñi exercitūū locutum est. **Quia oēs populi ambulabūt vnusquisq; in nomine dei sui: nos autē ambulauimus in nomine dei nostri in æternum & vltra.** In die illa dicit dominus, congregabo claudicātem: & eam quam eieceram, colligam, & quam afflixeram. Et ponam claudicātem, in reliquias: & eam quæ laborauerat, in gētem robustā: & regnabit dñs super eos in monte Sion, ex hoc nūc, & vsq; in æternū. Et tu turris gregis nebulosa filia Sion vsque ad te veniet, & veniet potestas prima re-

gnum filie Ierusalé. Nunc
 quare mærore cõtraheris?
 Nunquid rex nõ est tibi,
 aut cõciliarius tuus periit.
 quia comprehendit te do-
 lor sicut parturienté? Do-
 lor sicut parturienté? Do-
 le, & satage filia Sion qua-
 si parturiens: quia nunc e-
 gredieris de ciuitate, & ha-
 bitabis in regione, & venies
 vsq; ad Babyloné, ibi libe-
 raberis ibi redimet te do-
 minus de manu inimicorũ
 tuorum. Et nunc congrega-
 tæ sunt super te gentes
 multæ: quæ dicunt. Lapi-
 detur. & aspiciat in Sio o-
 culus noster ipsi auté non
 cognouerũt cogitationes
 domini & nõ intellexerũt
 consilium eius: quia con-
 gregauit eos quasi fœnum
 areæ. Surge, & tritura filia
 Sion, quia cornu tuũ po-
 nam ferreum, & ungulas
 tuas ponam æreas: & com-
 minues populos multos,
 & interficies domino rapi-
 nas eorum, & fortitudinẽ
 eorum domino vniuersæ
 terræ. Nunc vastaberis
 filia latronis: obsidionem
 posuerũt super nos, in vir-
 ga percussit maxillam iu-
 dicis Israel. Et tu Bethleé

Ephratha, paruulus es in
 milibus Iuda: ex te enim
 egredietur qui sit domi-
 nator in Israel: & egressus
 eius ab initio à diebus æ-
 ternitatis.

Secundũ Lucam. Lect. ij.

ET factum est. cùm so-
 lus esset orans, erant
 cum illo & discipuli:
 & interrogauit illos, dicẽs
 Quem me dicunt esse tur-
 bẽ? At illi responderunt &
 dixerunt, Ioannem bapti-
 stam, alij auté Eliam, Alij
 verò quia vnus propheta
 de prioribus surrexit. Di-
 xit autem illis, Vos autem
 quem me esse dicitis? Re-
 spondens Simon Petrus,
 dixit, Christum dei. At il-
 le increpã illos, præcepit
 ne cui dicerent hoc: dicẽs,
 Quia oportet filiu homi-
 nis multa pati, & reproba-
 ri à senioribus & principi-
 bus sacerdotum & scribis,
 & occidi, & tertia die resur-
 gere. Dicebat autem ad o-
 mnes. Si quis vult post me
 venire, abneget semetip-
 sum, & tollat crucem suam
 quotidie, & sequatur me.
 Qui enim voluerit animã
 suam saluã facere: perdet

illam: nam qui perdiderit animam suā propter me: saluam faciet illam. quid enim proficit homo, si lucretur vniuersum mundū, seipsum autem perdat, & detrimētum sui faciat? Nā qui me eruberit, & meos sermones, hunc cilius hominis erubescet, cū venerit in maiestate sua, & patris, & sanctorū angelorū. Dico autē vobis verē, sunt aliqui hic stantes, qui non gustabunt mortem, donec videāt regnū dei. Factum est autem: post hæc verba ferē dies octo, & assumpsit Petrum & Iacobum, & Iohannem, & ascendit in montem vt oraret. Et facta est, dum oraret, species vultus eius altera: & vestitus eius, albus & refulgēs. Et ecce duo viri loquebantur cū illo. erant autem Moses & Elias, visi in maiestate. & dicebant excessū eius, quē cōpleturus erat in Ierusalem. Petrus verò & qui cū illo erāt grauati erant somnō. Et euigilātes, viderūt maiestatem eius, & duos viros qui stabāt cum illo. Et factū est, cūm discederent

ab illo, ait Petr⁹ ad Iesum, Præceptor bonum est nos hic esse: & faciamus tria tabernacula, vnū tibi, & vnū Moysi, & vnum Eliæ, nesciens quid diceret. Hæc autem illo loquente, facta est nubes, & obumbravit eos: & timuerunt intrantibus illis in nubē. Et vox facta est de nube, dicens, Hic est filius meus dilectus: ipsum audite. Et dū fieret vox, inuentus est Iesus solus. Et ipsi tacuerūt, & nemini dixerunt in illis diebus quicquam ex his quæ viderant.

¶ *Peria. iij. ex Sophonia. cap. 3. Lectio prima.*

IN die illa non confunderis super cūctis adinventionibus tuis, quib⁹ pruaricata est in me: quia tūc auferam de medio tui magniloquos supbiæ tuę: & nō adicies exaltari amplius in mōte sancto meo. Et derelinquam in medio tui populum pauperem & egenum: & sperabūt in nomine domini. Reliquiæ Israel non facient iniquitatem, nec loquentur mendacium, & nō inuenietur

In ore eorum lingua dolo
 sa. quoniam ipsi pascetur
 & accubabunt, & non erit
 qui exterreat. Lauda filia
 Sion, iubilata Israel lætare,
 & exulta in omni corde si-
 lia Ierusalem. Abstulit do-
 minus iudiciũ tuum, auer-
 tit inimicos tuos: rex Isra-
 el dominus in medio tui,
 non timebis malum vltra.
 In die illa dicetur Ierusalẽ
 Noli timere Sion, non dis-
 soluantur manus tuæ. Do-
 minus deus tuus in medio
 tui fortis, ipse saluabit gau-
 debit super te in lætitia, si-
 lebit in dilectione tua, &
 exultabit super te i laude.
 Nugas quæ à lege recesser-
 rant, congregabo, quia ex
 te erat: vt nõ vltra habeas
 super eis opprobrium. Ec-
 ce, ego interficiã oēs qui
 affixerunt te in tẽpore il-
 lo: & saluabo claudicantẽ,
 & eam, quæ eiecta fuerat,
 cõgregabo: & ponam eos
 in laudem, & in nomen, in
 omni terra cõfutionis eo-
 rum. In tempore illo, quo
 adducam vos, & in tẽpore
 quo cõgregabo vos: dabo
 enim vos in nomen, & in
 laudem omnibus populis

terræ, cũ conuertero ca-
 ptiuitatem vestram coram
 oculis vestris, dicit dñs.

Secundum Lucã. Lect. iij.

Factum est autẽ: in se-
 quenti die, descendẽ-
 tibus illis de monte.
 occurrit illi turba multa.
 Et ecce vir de turba excla-
 mauit, dicens, Magister,
 obsecro te, respice in filiũ
 meũ, quia vnicus est mihi
 & ecce spiritus apprehen-
 dit eũ, & subito clamat: &
 elidit & dissipat eũ cũ spu-
 ma, & vix discedit dilani-
 ans eum: & rogauit discipu-
 los tuos vt eicerent illud
 & nõ potuerũt. Rõdẽs au-
 tẽ Iesus, dixit, O gnratio
 infidelis, & peruersa, vsq;
 quo ero apud vos, & pa-
 tiar vos? Adduc huc filiũ
 tuũ. Et cũ accederet, elisit
 illum dẽmoniũ, & dissipa-
 uit. Et increpauit Iesus spi-
 ritũ immundũ, & sanauit
 puerum: & reddidit illum
 patri eius. Stupebant autẽ
 omnes in magnitudine dei:
 omnibusq; mirantibus in
 omnibus quæ faciebat, di-
 xit ad discipulos suos, Po-
 nite vos in cord. bº vestris
 sermones istos, Filius enĩ

hominis futurū est vt tradatur in man⁹ hominum. Ad illi ignorabāt verbum istud, & erat velatum ante eos vt non sentirent illud: Et timebant eū interrogare de hoc verbo. Intrauit autē cogitatio in eos quis eorū maior esset. Ad Iesus vidēs cogitationes cordis illorum apprehendit puerum: & statuit illum secus se, & ait illis, **Q**uicumq; susceperit puerum istum in nomine meo, me recepit, & quicumque me receperit recipit eum qui me misit. Nam qui minor est inter vos omnes, hic maior est. Respondens autem Ioannes, dixit, Præceptor, vidimus quēdam in nomine tuo eicientē dæmonia & prohibuimus eum, quia nō sequitur nobiscum. Et ait ad illos Iesus, Nolite prohibere, qui enim nō est aduersus vos, pro vobis est.

Factum est autem: dum complerentur dies Assumptionis eius, & ipse faciem suam firmavit vt iret in Ierusalem. Et misit nuntios ante conspectum suum: & euntes intrauerunt in ciui-

tatem Samaritanorū vt pararent illi. Et non receperunt eum quia facies eius erat euntis in Ierusalem. Cū vidissent autem discipuli eius Iacobus & Ioannes, dixerunt, domine, vis dicamus vt ignis descēdat de celo & consumat illos? Et conuersus increpauit illos, dicens, Nescitis cuius spiritus estis. Filius hominis non venit animas perdere, sed saluare. Et abiierunt in aliud castellum.

Feria quarta ex Aggēo. Cap. 2. Lectio prima.

IN die vigesima & quarta mensis, in sexto mense in anno secundo Darius regis. In septimo mēse, vigesima & prima mensis, factum est verbū domini in manu Aggēi prophete, dicēs, Loquere ad Zorobabel filium Salathiel ducē Iuda, & ad Iesum filiū Iosedec sacerdotem magnū, & ad reliquos populi, dicens, **Q**uis in vobis est derelictus, qui vidit domum istam in gloria sua prima? & quid vos videtis hanc nunc? nunquid nō ita est, quasi non sit in oculis ve-

ſtris? Et nunc confortare Zorobabel, dicit dominus: & confortare Ieſu fili Ioſe dec ſacerdos magne, & confortare omnis populus terræ, dicit dominus exercituum, & facite, quoniam ego vobiscum ſum, dicit dominus exercituum. Verbum quod pepigi vobiscum cum egredere mini de terra Aegypti & ſpiritus meus erit in medio veſtrum, nolite timere. Quia hæc dicit dominus exercituum, adhuc vnum modicum eſt & ego commouebo cælum & terram, & mare & aridam. Et mouebo omnes gentes & veniet deſyderatus cunctis gentibus: & implebo domum iſtam gloria, dicit dominus exercituum. Meum eſt argentum, & meum eſt aurum, dicit dominus exercituum. Magna erit gloria domus iſta nouiſſime plus quam primæ. Et in loco iſto dabo pacem, dicit dominus exercituum.

Secundum Lucam. Lect. 11.

FActum eſt autem ambulantiſus illis in via dicit quidam ad illos, Sequar te quocumque ieris.

Dicit illi Ieſus, Vulpes forueas habent, & volucres cæli nidus: filius autem hominis non habet vbi caput ſuum reclinet. Ait autem ad alterum, Sequere me. Ille autem dixit, Domine per-mitte mihi primum ire, & ſepelire patrem meum. Dixitque ei Ieſus, Sine ut mortui ſepeliantur mortui ſui: tu autem vade, & annuntia regnum dei. Et ait alter, Sequar te domine: ſed per-mitte mihi primum renuntiare hiſ qui domi ſunt. Ait ad illum Ieſus, Nemo mittet manum ſua ad aratrum & reſpiciens retro: aptus eſt regno dei. Poſt hæc autem designauit dominus & alios ſepuaginta duos: & miſit illos binos ante faciem ſua in omnem ciuitatem & locum quo erat ipſe venturus. Et dicebat illis, Meſſis quidem multa: operarij autem pauci. Rogate ergo dominum meſſis: vt mittat operarios in meſſem ſua. Ite: ecce ego mitto vos ſicut agnos inter lupos. Nolite portare ſacculum, neque peram, neque calceamenta, & neminem per viam ſa-

Intraueritis. In quacun-
 que domum intraueritis, pri-
 mum dicite, Pax huic do-
 mui: & si ibi fuerit fili⁹ pa-
 cis, requiescet super illum
 pax uestra. sin autē, ad vos
 reuertetur. In eadem autē
 domo manete edētes & bi-
 bētes quę apud illos sunt,
 dignus est enim operarius
 mercede sua. Nolite transi-
 re de domo in domum. Et
 in quacunque ciuitatem
 intraueritis, & susceperint
 vos manducate quę appo-
 nuntur uobis: & curate in-
 firmos qui in illa sunt, &
 dicit illis. Appropinqua-
 uit in uos regnum dei. In
 quacunq; autem ciuitatē
 intraueritis, & nō suscepe-
 rint uos exeūtes in plateas
 eius, dicite, Etiā puluere
 qui adhęsit nobis de ciui-
 tate uestra, extergimus in
 uos tamē hoc scitote quia
 appropinquauit regnum
 dei. Dico uobis, quia So-
 domis in die illa remissius
 erit, quā illi ciuitati, Vt
 tibi Chorozaim, ut tibi
 Bethsaida: quia si in Tyro,
 & Sidonę factę fuissent
 uirtutes quę factę sunt in
 uobis olim in cilicio & ci-

nerē sedentes pœniterent.
 Veruntamē Tyro & Sido-
 ni remissius erit i iudicio,
 quā uobis. Et tu Caphar-
 naū usq; ad cælū exaltata:
 usq; ad infernū demerge-
 ris. Qui uos audit, me au-
 dit: & qui uos spernit, me
 spernit. Qui uis autē me sper-
 nit, spernit eū q. misit me.

¶ *Feria. v. ex Zacharia.*

cap. 2. Lectio prima.

ET leuaui oculos me-
 os: & uidi: & ecce uir
 & in manu eius, funi-
 culus mensorum. Et dixi,
 Quo tu uadis? Et dixit ad
 me, Ut metiar Ierusalem,
 & uideam quanta sit longi-
 tudo eius, & quanta latitu-
 do eius. Et ecce angelus q.
 loquebatur in me, egredie-
 batur, & Angelus alius e-
 grediebatur in occursum
 eius. Et dixit ad eū, Cur-
 re, loquere ad puerū istū,
 dicens, Absq; muro habi-
 tabitur Ierusalem p̄ mul-
 titudine hominum & in-
 umentorum in medio eius.
 Et ego ero ei, ait dominus
 murus ignis in circumitu;
 & in gloria ero in medio
 eius. O, o, fugite de terra
 aquilonis, dicit dominus

quoniam in quatuor ven-
tos cæli dispersi vos, dicit
dominus. O Sion fuge,
quæ habitas apud filiã Ba-
bylonis, quia hæc dicit do-
minus exercituum, Post
gloriã misit me ad gentes
quæ spoliauerunt vos: qui
enim tetigerit vos, tangit
pupilla oculi eius: quia ec-
ce ego leuo manũ meã su-
per eos, & erũt prædã his
qui seruibant sibi: & co-
gnosceatis quia dominus
exercituum misit me. Lau-
da & lætare filia Sio: quia
ecce ego venio, & habita-
bo in medio tuã, ait domi-
nus. Et applicabuntur gê-
tes multæ ad dominum in
die illa, & erũt mihi in po-
pulum, & habitabo in me-
dio tuã. & scies quia domi-
nus exercituũ misit me ad
te. Et possidebit dominus
Iudam partem suã in terra
sanctificata: & eliget ad-
huc Ierusalẽ. Sileat ois ca-
ro à facie dñi: quia cõsurre-
xit de habitaculo sctõ suo

Secundum Lucã. Le. 11.

Reuersi sunt autem
septuaginta duo cũ
gaudio, dicẽtes, do-
mine etiã demonia subiu-

ciuntur nobis in nomine
tuo. Et ait illis, Videbã sa-
tanã sicut fulgur de cælo
cadẽtem. Ecce dedi vobis
potestatem calcandi supra
serpentes & scorpiones, &
supra omnem virtutẽ, in-
mici: & nihil vobis noce-
bit. Veruntamẽ in hoc no-
lite gaudere, quia spiritus
vobis subiicitur: gaude-
te autẽ quod nomina ve-
stra scripta sunt in cælis. In
ipsã hora exultauit in Spi-
ritu sancto, & dixit, Cõli-
teor tibi pater, domini cœ-
li & terre, quod abscondisti
hæc à sapientibus & pru-
dẽtibus, & reuelasti ea par-
uulis. Etiã pater, quoniã
sic placuit ante te. Omnia
mihi tradita sunt à patre
meo. Et nemo scit quis sit
filius, nisi pater: & quis sit
pater, nisi filius, & cui
voluerit filius reuelare. Et
conuersus ad discipulos
suos, dixit, Beati oculi
qui vident quæ vos vide-
tis. Dico em̄ vobis quod
multi prophætæ & reges
voluerunt videre quæ vos
videtis, & non viderunt,
& audire quæ auditis, &
non audierunt. Et ecce

Feria. vj. Dñice. iij. Aduentus.

quidam legisperitus surrexit tentans illum, & dicens, Magister, quid faciedo vobis tam æternam possidebo? At ille dixit ad eum. In lege quid scriptum est? quo modo legis? Ille respondens, dixit, Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omnibus viribus tuis, & ex omni mente tua. & proximum tuum sicut teipsum. Dixitque illi, Recte respondisti: hoc fac, & viues. Ille autem volens iustificare seipsum, dixit ad Iesum, Et quis est meus proximus? Suspicies autem Iesus, dixit, Homo quidam descendebat ab Ierusalem in Iericho, & incidit in latrones, qui etiam despoliauerunt eum: & plagis impositis abierunt semiuivo relicto. Accidit autem ut sacerdos quidam descenderet eadem via: & viso illo præteriiuit. Similiter & Læuita, cum esset secus locum & videret eum: pertrāsit. Samaritanus autem quidam iter faciens, venit secus eum & videns eum, misericordia motus est. Et appropias,

alligauit vulnera eius, infundens oleum & vinum: & imponens illum in iumentum suum duxit in stabulum, & curam eius egit. Et altera die protulit duos denarios: & dedit stabulario, & ait, Curam illius habere: & quodcumque supererogaueris, ego cum rediero reddam tibi. **Quis horum trium videtur tibi proximus fuisse illi qui incidit in latrones? At ille dixit, Qui fecit misericordiam in illum. Et ait illi Iesus, Vade, & tu fac similiter.**

Feria. vj. ex Malachia. Cap. 3. Lectio prima.

Ecce ego mitto angelum meum, & præparabit viam ante faciem meam. Et statim veniet ad templum suum dominator, quem vos queritis, & angelus testamenti, quem vos vultis. Ecce venit, dicit dominus exercituum: & quis poterit cogitare diem aduentus eius? & quis stabit ad videndum eum? Ipse enim quasi ignis cõflans, & quasi herba fullonum: & sedebit cõflans & emundans argentum, &

tum, & purgabit filios Le-
ui, & colabit eos quasi au-
rū & quasi argentū, & erūt
domino offerentes sacri-
cia in iustitia. Et placebit
domino sacrificium Iuda
& Ierusalē sicut dies seculi
& sicut anni antiqui. Et ac-
cedam ad vos in iudicio, &
ero testis velox maleficis
& adulteris, & periuris, &
qui calūniatur mercedem
mercenarij: & humiliat vi-
duas & pupillos, & oppri-
munt peregrinum, nec ti-
muerūt me, dicit dominus
exercituum. Ego enim Do-
minus & nō mutor, & vos
filij Iacob nō estis cōsum-
pti. A dieb⁹ enim patrum
vestrorū recessistis à legiti-
mis meis: & nō custodistis.
Reuertimini ad me, & re-
uertar ad vos, dicit domi-
nus exercituum. Et dixistis,
In quo reuertemur? Si af-
fugit homo Deum, quia
vos cōfligitis me? Et dixi-
stis, In quo cōfligimus te?
In decimis, & in primitiis.
Et in penuria vos maledi-
cti estis, & me vos configi-
tis gens tota. Inferte omnē
decimam in horreū meū:
& sit cibus in domo mea,

B.

N.

P

& probate me super hoc,
dicit dominus. *Secūndum*

Lucam. Lectio secundā:

Factum est autem dū
irent. & ipse intravit
in quoddam castellū:
& mulier quædam Martha
nomine, excepit illū in do-
mum suā, & huic erat so-
ror nomine Maria, quæ e-
tiam sedēs secus pedes do-
mini, audiebat verbum il-
lius Martha autem satage-
bat circa frequens ministe-
rium. quæ stetit, & ait, do-
mine, non est tibi curæ q̄
soror mea reliquit me sola
ministrare? dic ergo illi vt
me adiuuet. Et respondēs
dixit illi domin⁹, Martha,
Martha, sollicita es, & tur-
baris erga plurima. Porro,
vnum est necessarium. Ma-
ria optimā partem elegit:
quæ non auferetur ab ea.
Et factum est: cū esset in
quodam loco orās, vt ces-
savit, dixit vnus ex disci-
pulis eius ad eum, Domi-
ne, doce nos orare, sicut
docuit Ioannes discipulos
suos. Et ait illis. Cū ora-
tis, dicite, Pater, sanctifice-
tur nomen tuū. Adueniat
regnum tuum. Fiat volun-

tas tua. Panē nostrū quotidianum da nobis hodie. Et dimitte nobis peccata nostra, siquidem & nos dimittimus omni debēti nobis. Et ne nos inducas in tē tationem. Et ait ad illos, Quis vestrū habebit amicum, & ibit ad illū media nocte, & dicet illi. Amice, cōmoda mihi tres panes, quoniam amicus meus venit de via ad me, & non habeo quod ponam ante illum, & ille deintus respondens, dicat, Noli mihi molestus esse, iam ostium clausum est, & pueri mei mecū sunt in cubili: non possum surgere & dare tibi. Et si ille perseverauerit pulsans: dico vobis, etsi non dabit illi surgens eō quod amicus eius sit, propter improbitatem tamen eius surget, & dabit illi quotquot habet necessarios. Et ego dico vobis. Petite, & dabitur vobis, quærite, & inuenietis, pulsate, & aperietur vobis. Omnis enim qui petit, accipit: & qui quærit, inuenit: & pulsanti aperietur. Quis autē ex vobis patrem petit panē, nūquid lapidē dabit

illi? Aut piscem: nunquid pro pisce serpentem dabit illi? Aut si petierit ouum, nūquid porriget illi scorpionem? Si ergo vos cū sitis mali, nostis bona data dare filiis vris quāto magis pater vester celestis dabit spiritū bonū petētibus se.

¶ *Sabbato, ex Baruch.*

Cap. 3. Lectio.

O Israel quā magna est domus Dei, & in gēs locus possessionis eius? Magnus est & nō habet finē, excelsus & immensus. Ibi fuerunt gigantes nominati illi qui ab initio fuerūt, statura magna, scientes bellum. Non hos elegit dominus, neq; viam disciplinæ dedit illis: propterea perierunt. Et quoniam non habuerunt sapientiam interierunt propter suā insipiētiam. Quis ascendit in cælum, & accepit eam, & deduxit eam de nubibus? Quis transfretauit mare: & inuenit illam: & attulit illam super aurum e eum? Non est qui possit scire vias eius, neque qui exquirat semitas ei: sed qui scit vniuers-

sa, nouit eam, & adinuenit eam prudētia sua: qui preparauit terram in æterno tempore, & repleuit eā bipedibus, & quadrupedibus: qui emittit lumen: & vadit, & uocauit illud, & obedit illi in tremore. Stel læ autem dederunt lumen in custodiis suis, & lætatae sunt, uocatae sunt, & dixerunt, Adsumus. & luxerunt ei cum iucunditate, qui fecit illas. Hic est deus noster, & non æstimabitur alius aduersus eum. Hic adinuenit omnem uia disciplinæ, & tradidit illam Iacob puero suo, & Israel dilecto suo. Post hæc in terris uisus est, & cū hominibus conuersatus est.

Secundū Lucam. Lect. ij

ET erat eiiciens dæmoniu: & illud erat mutum. Et cūm eiecisset dæmonium, locutus est mutus, & admiratę sunt turbę. Quidam autem ex eis dixerūt, In Beelzebub principe dæmoniorū, eiicit dæmonia. Et alij tentantes, signum de cælo quærebant ab eo. Ipse autem ut uidit cogitationes eorum,

dixit eis. Omne regnum in se diuisum, desolabitur: & domus supra domū cadet. Si autem & satanas in seipsum diuisus est: quomodo stabit regnum eius, quia dicitis in Beelzebub me eiicere dæmonia? Si autem in Beelzebub eiicio dæmonia: filij uestri in quo eiiciunt? Ideo ipsi, iudices uestri erunt. Porro si in digito dei eiicio dæmonia: profectō peruenit in uos regnum Dei. Cūm fortis armatus custodit atrium suum: in pace sunt ea quę possidet. Si autem fortior illo superueniens uicerit eū: uniuersa arma eius auferet in quibus cōsistebat, & spolia eius distribuet. Qui nō est mecum, cōtra me est: & qui non colligit mecum, dispergit. Cūm immūdus spiritus exierit de homine, perābulat per loca in aquosa, quærens requiem. Et non inueniens, dicit, Reuertar in domum meā unde exiui. Et cū uenerit, inuenit eam scopis mundatam. Tunc vadit, & assumit septem alios spiritus secum nequiores se &

ingressi habitāt ibi. Et sicut nouissima hominis illius peiora prioribus. Factum est autem cū hæc diceret: extollens vocem quædam mulier de turba, dixit illi, Beatus vëter qui te portauit, & vbera quæ suxisti, At ille dixit, **Q**uinimo, beati qui audiunt verbum dei, & custodiunt illud. Turbis autem concurrentibus, cœpit dicere, Generatio hæc, generatio nequam est: signum quærit, & signum non dabitur ei, nisi signum Ionæ prophete. Nam sicut fuit Ionas signum. Niniuitis, ita erit & filius hominis generationi isti. Regina austri surget in iudicio cū viris generationis huius, & condemnabit illos: quia venit à finibus terræ audire sapiētiam Salomonis, & ecce pl⁹ quàm Salomon hic. Viri Niniuite surgent in iudicio cum generatione hac, & condemnabunt illā: quia pœnitentiam egerunt in prædicatione Ionæ. Etecc plus quàm Ionas hic.

Dñica. i. post Aduentum.
Notandum q̄ in hac dñica

semper sit officiu de festo in ea incidenti, siue sit duplex, siue simplex, & si nulum incidit festum, agitur de octaua natiuitatis.

¶ Liber prouerb. Cap. 1.
Lectio prima.

Parabolæ Salomonis filij Dauid regis Israel: ad sciendā sapiētiam & disciplinam, ad intelligenda verba prudentiæ, & suscipiendam eruditionem doctrinæ, iustitiæ, & iudicium, & æquitatem, vt detur paruulis astutia, adolescenti scientia & intellectus, Audiens sapiēs, sapientior erit, & intelligens, gubernacula possidebit: animaduertet parabolam & interpretationē, verba sapiētium, & ænigmata eorum. Timor domini, principium sapiētiz. Sapiētiam atq; doctrinam stulti despiciunt. Audi filii mi disciplinam patris tui, & ne dimittas legē matris tuæ, vt addatur gratia capiti tuo, & torques collo tuo. Filii mi, si te lactauerit peccatores, ne acquiescas. Si dixerint, Veni nobiscū, insidiemur sanguini, ab-

scandamus tendiculas cōtra insontē frustra, deglutiamus eum sicut infernus viuentem, & integrū quasi descendentem in lacū: omnem pretiosam substantiā reperiemus, implebimus domos nostras spoliis, sortem mitte nobiscum marsupium vnum sit omnium nostrum: fili mi ne ambules cum eis, prohibe pedē tuum à semitis eorum. Pedes enim illorum ad malū currunt, & festinant vt effundant sanguinem. Frustra autem iacitur rete ante oculos pēnatorum. Ipsi quoque cōtra sanguinem suū insidiantur, & moluntur fraudes contra animas suas: sic semitæ omnis avari animas possidētium rapiunt. **Secūdum Lucam.**

Lectio secunda.

Nemo lucernam accendit, & in abscondito ponit, neque sub modio: sed supra candelabrū, vt qui ingrediuntur, lumen videant. Lucerna corporis tui, est oculus tuus. Si oculus tuus fuerit simplex, totū corpus tuū lucidum erit. si autem ne-

quam fuerit, etiā corpus tuum tenebrosū erit, Vnde ergo ne lumen quod in te est, tenebrę sint. Si ergo corpus tuum totum lucidum fuerit, non habens aliquam partem tenebrarū: erit lucidum totū, & sicut lucerna fulgoris illuminabit te. Et cū loqueretur, rogauit illum quidam Phariseus vt pranderet apud se. Iesus autem ingressus recubuit. Phariseus autem cōcepit intra se reputās dicere, quare nō baptizatus esset ante prādium. Et ait dominus ad illum. Nūc vos Pharisei quod de foris est calicis & catini munitis: quod autē intus est vestrum, plenum est rapina & iniquitate. Stulti, nōne qui fecit quod foris est, etiā id quod deintus est, fecit? Veruntamen quod superest, date elemosynā: & ecce omnia munda sunt vobis. Sed vae vobis Phariseis, quia decimatis mentam & rutā, & omne olus: & in præteritis iudiciū & charitatem dei: hæc autem oportuit facere, & illa non omittere. Vae vobis Phari-

Feria. ij. Dñicæ. j. post Aduentum.

scis: quia diligitis primas cathedras in synagogis, & salutationes in foro. Væ vobis quia estis in monumenta quæ non parent, & homines ambulantes supra, nesciunt. Respondens autem quidam ex legisperitis, ait illi: Magister, hæc dicēs etiā contumeliam nobis facis. At ille ait, Et vobis legisperitis væ: quia oneratis homines onerib⁹ quæ portare non possunt, & ipsi vno digito vestro non tangitis sarcinas. Væ vobis quia ædificatis monumenta prophetarum: patres autē vestri occiderunt illos: profectò testificamini quod consentitis operibus patrum vestrorū: quoniam ipsi quidem eos occiderūt, vos autem ædificatis eorum sepulchra. Propterea & sapientia Dei dixit, Mittā ad illos prophetas & apostolos, & ex illis occident & persequuntur, vt inquiratur sanguis omnium prophetarū, qui effusus est à constitutione mundi à generatione ista, à sanguine Abel, vsque ad sanguinem Zachariæ qui

perit inter altare & ædē. Ita dico vobis, requiretur ab hac generatione. Væ vobis legisperitis quia tulistis clauem scientiæ: ipsi nō introistis, & eo qui introibāt prohibuistis. Cū hæc ad illos diceret, cœperunt Pharisei & legisperiti grauer insistere, & os eius opprimere de multis, insidentes ei, & quærentes aliquid capere ex ore eius, vt accusarent eum.

¶ **Tertia lectio & oratio huius dñicæ dicuntur in trigesimo die Decēbris quo die sit officium de octa. natiuit. vt ibi videbis. Et ideo qñ celebratur aliquod festū in hac dñica, nulla fieri debet cōmemoratio de ea in laudibus & vesperis.**

¶ **Feria. ij. ex Prouerbijs Salomonis. Lectio prima.**

Sapientia foris prædicat in plateis dat vocem suā: in capite turbarum clamitat, in foribus portarū vr̄bis profert verba sua, dicens, Vsquequo paruulis diligitis infantia, & stulti ea quæ sibi sunt noxia cupiunt, & imprudentes odibunt scientiam?

Conuertimini ad correctionem meam: en profetam vobis spiritum meum, & ostendam vobis verba mea. Quia vocaui & renuistis: extendi manum meam, & non extitit qui aspiceret: despexistis omne consilium meum, & increpationes meas neglexistis: ego quoque in interitu vestro videbo, & subsannabo, cum vobis id quod timebatis aduenerit. Cum irruerit repentina calamitas, & interitus quasi tepiditas ingruerit, quando venerit super vos tribulatio & angustia: tunc inuocabunt me, & non exaudiam: mane consurgent, & non inuenient me eo quod exosam habuerint disciplinam, & timorem domini non susceperint, nec acquieverint consilio meo, & detraxerint vniuersam correctionem meam. Comedet igitur fructus viae suae, suisque consiliis saturabuntur. Aversio paruulorum interficiet eos, & prosperitas stultorum perdet illos. Qui autem me audierit, absque terrore requiescet, & abundantia profuerit, timore malorum

sublato. Secundum Lectio. ij. cam. cap. 12.

Multis autem turbis concurrentibus ita ut se invicem conculearent coepit dicere ad discipulos suos: Attendite a fermento Phariseorum quod est hypocrisis. Nihil enim opertum est, quod non reueletur: neque absconditum, quod non sciat. Quoniam quae in tenebris dixistis, in lumine dicentur: & quod in aure locuti estis in cubiculis, predicabitur in tectis. Dico autem vobis amicis meis. Ne terreamini ab his qui occidunt corpus, & post haec non habent amplius quid faciant. Ostendam autem vobis quem timeatis, Timeate eum qui postquam occiderit, habet potestatem mittere in gehennam. ita dico vobis. hunc timeate. Nonne quinq; passeret vaneunt dipondio: & vnus ex illis non est in obliuione coram Deo? Sed & capilli capitis vestri omnes numerati sunt. Nolite ergo timere: multis passeribus plaris estis. Dico autem vobis, omnis

quicumque confessus fuerit me coram hominibus, & filius hominis confitebitur illum coram angelis dei: qui autem negauerit me coram hominibus, negabitur coram angelis dei. Et omnis qui dicit verbum in filium hominis, remittetur illi: ei autem qui in Spiritum sanctum blasphemauerit, non remittetur. Cum autem inducent vos in synagogas, & ad magistratus & potestates, nolite solliciti esse qualiter aut quid respondeatis, aut quid dicatis. Spiritus enim sanctus docebit vos in ipsa hora quid oporteat vos dicere. At autem ei quidam de turba. Magister, dic fratri meo ut diuidat mecum hereditatem, At ille dixit ei, Homo, quis me constituit iudicem aut diuisorem super vos? Dixitque ad illos, Videte & caute ab omni auaritia: quia non in abundantia cuiusquam vita eius est ex his quae possidet. Dixit autem similitudinem ad illos, dicens, Hominis cuiusdam diuitis vberes fructus ager attulit: & cogitabat

intra se, dicens. Quid faciam quia non habeo quo congregem fructus meos? Et dixit: Hoc faciam, Destruam horrea mea & maiora faciam, & illuc congregabo omnia quae nata sunt mihi, & bona mea, & dicam animae meae, Anima, habes multa bona posita in annos plurimos: requiesce, comede, bibe, epulare. Dixit autem illi deus, Stulte, hac nocte animam tuam repetunt a te, quae autem parasti, cuius erunt? Sic est qui sibi thesaurizat: & non est in deum diues.

¶ Feria. iij. ex Prouerbiis Salomonis. cap. 1. Lect. j.

Fili mi si susceperis sermones meos, & mandata mea absconderis penes te, ut audiat sapientiam auris tua: inclinabis cor tuum ad cognoscendam prudentiam. Si enim sapientiam inuocaueris, & inclinaueris cor tuum prudentiae, si quaxeris eam quasi pecuniam, & sicut thesauros effoderis illam: tunc intelliges timorem domini, & scientiam Dei inuenies: quia dominus dat sapientiam

tiam: & ex ore eius prudētia & sciētia. Custodiet rectorum salutem, & proteget gradientes simpliciter, seruans semitas iustitię, & vias sanctorum custodiēs. Tūc intelliges iustitiam & iudicium, & æquitatem, & omnem semitam bonam si intrauerit sapiētia cor tuū, & sciētia animę tuę placuerit: cōsiliū custodiet te, & prudētia seruabit te, vt eruaris à via mala, ab homine qui peruersa loquitur. **Q**ui relinquunt iter rectum, & ambulant per vias tenebrosas: qui lætantur cū male fecerint, & exultāt in rebus pessimis: quorū vię peruersę sunt, & infames gressus eorum, vt eruaris à muliere aliena, & ab extranea q̄ mollit sermones suos, & reliquit ducem pubertatis suę, & pacti dei sui oblita est (inclinata est enim ad mortē domus eius, & ad inferos semitę ipsius. omnes qui ingrediuntur ad eam, non reuertentur, nec apprehēdent semitas vitę) vt ambulēs in via bona, & calles iustorum custodias. **Q**ui em̄

recti sunt, habitabunt in terra, & simplices permanent in ea, impij verò de terra perdentur, & qui iniquę agūt, auferētur ex ea.

Secundū Lucam. Lect. ij.

Dixit quę ad discipulos suos, Ideo dico vobis, nolite solliciti esse animę vestrę quid māducat: neque corpori, quid induamini. Anima plus est, quā esca: & corpus plus quā vestimentum. Considerate cōruos, quia non seminant neque metunt, quibus nō est cellarium neque horreum & Deus pascit illos. **Q**uāto magis vos plaris estis filis? **Q**uis autem vestrum cogitādo potest adiciere ad ita t ram suā cubitum vnū? Si ergo neque quod minimum est potestis: quid de cæteris solliciti estis? Considerate lilia quomodo crescunt: non laborant neque nent. dico autē vobis: neq; Salomon in omni gloria sua vestiebatur sicut vnūm ex estis. Si autem fœnum quod hodie est in agro, & cras in clibanum mittitur, Deus sic vestit quātō mā-

gis vos, pusillæ fidei? Et vos nolite querere quid manducetis, aut quid bibatis: & nolite in sublimæ tolli: hæc enim omnia gētes mundi querūt, Pater autem vester scit quā his indigetis. Veruntamen querite primum regnum dei & iustitiā eius: & hæc omnia adiciētur vobis. Nolite timere pusillus grex: quia com placuit patri vestro dare vobis regnū. Vendite quæ possidetis, & date elemosynam, facite vobis sacculos qui nō veterascūt, thesaurum non deficientem in cælis: quo fur non appropriat, neq; tinea corrūpit. Vbi enim thesaurus vester est, ibi & cor vestrū erit. Sine lūbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris, & vos similes hominibus expectantibus dominum suū quando reuertatur à nuptiis: vt cū venerit, & pulsauerit, confestim aperiant ei. Beati serui illi, quos cū venerit dominus, inuenerit vigilantes, Amen dico vobis q̄ præcinget se, & faciet illos discumbere, &

transiens ministrabit illis. Et si venerit in secunda vigilia, & si in tertia vigilia venerit, & ita inuenerit: beati sunt serui illi. Hoc autem scitote, quoniam si sciret paterfamilias qua hora fur veniret, vigilaret vti que, & nō sineret perfoddi domum suā. Et vos estote parati: quia qua hora non putatis, filius hoīs veniet.

Feria quarta, ex Proverbis Salomonis. Cap. 3.

Lectio prima.

Fili mi, ne obliuiscaris legem meam, & præcepta mea cor tuum custodiat: longitudinē enim dierum, & annos vitæ, & pacem apponat tibi. Misericordia & veritas te non deserant, circunda eas gutturi tuo, & describe in tabulis cordis tui: & inuenies gratiā & disciplinā bonā nō coram Deo & hominibus. Habe fiduciam in domino ex toto corde tuo, & ne innitaris prudentiæ tuæ. In omnibus viis tuis cogita illū, & ipse diriget gressus tuos. Ne sis sapiens apud te ipsum. Time dominum, & recede à malo,

sanitas quippe erit umbilico tuo, & irrigatio ossium tuorum. Honora dominum de tua substantia, & de primitiis omnium frugum tuarum da pauperibus: & implebuntur horrea tua saturitate, & vino torcularia tua redundabunt. Discipuli nati domini, filii mi, ne abiicias, nec deficias cum ab eo corripieris, quem enim diligit dominus, corripit: & quasi pater in filio cum placet sibi. Beatus homo qui inuenit sapientiam, & qui effluit prudentiam: melior est acquisitio eius negotiatione argenti, & auro primo fructus eius, pretiosior est cunctis opibus: & omnia que desiderantur, huic non valent comparari, longitudo dierum in dextera eius, & in sinistra illius diuitiae & gloria. vis eius vis pulchre, & omnes semitae illius pacificae, lignum vitae est his qui apprehenderint eam: & qui tenuerint eam, beatus dominus sapientia fundauit terram, stabiliiuit caelos prudentia. Sapientia illius eruperunt abyssi, & nubes rore concreverunt.

Secundum Lucam. Lec. ij.

AIt autem ei Petrus, domine, ad nos dicis hanc parabolam: an & ad omnes? Dixit autem dominus, Quis putas est fidelis dispensator & prudens, quem constituit dominus supra familiam suam, ut det illis in tempore, tritici mensuram? Beatus ille seruus, quem, cum venerit dominus, inuenit ita facientem, verum dico vobis, quoniam supra omnia quae possidet, constituet illum. Quod si dixerit seruus ille in corde suo, Moram facit dominus meus venire: & coeperit percutere seruos & ancillas, & edere & bibere & inebriari: veniet dominus serui illius in die qua non sperat, & hora, qua nescit, & diuidet eum, partemque eius cum infidelibus ponet. Ille autem seruus qui cognouit voluntatem domini sui, & non se preparauit, & non fecit secundum voluntatem eius: vapulabit multis, qui autem non cognouit, & fecit digna plagis: vapulabit paucis. Omni autem cui multum

datū est, multū queretur
 ab eo: & cui commēdaue-
 runt multum, plus petent
 ab eo. Ignem veni mittere
 in terram: & quid volo nisi
 vt accēdatur? Baptismo au-
 tē habeo baptizari: & quo-
 modo coactor, vsque dū
 perficiatur? Putatis quia
 pacem veni mittere in ter-
 ram? Non, dico vobis: sed
 separationem, erunt enim
 ex hoc, quinque in domo
 vna diuisi, tres in duos, &
 duo in tres: diuidentur pa-
 ter in filium, & filius in pa-
 trem suum, mater in filiā,
 & filia in matrem: socrus
 in nurum suam, & nurus
 in socrum suā. Dicebat au-
 tem ad turbas, Cūm vide-
 ritis nubem orientē ab oc-
 casu, statim dicitis. Nimb⁹
 venit: & ita sit. & cūm au-
 strū flantem: dicitis, *Quia*
estus erit: & sit. Hypocri-
 tæ, faciem cæli & terræ no-
 stis probare: hoc autē tem-
 pus quomodo non proba-
 tis? *Quid autē & à vobis*
ipsis non iudicatis quod
iustum est? Cūm autem va-
 dis cum aduersario tuo ad
 principem, in via da ope-
 ram liberari ab illo: ne for-

tē trahat te ad iudicem, &
 iudex tradat te exactori, &
 exactor mittat te in carce-
 rem. Dico tibi, non exies
 inde, donec etiam nouissi-
 mum minutum reddas.

**¶ Feria .v. ex Vrouerbiis
Salomonis Lectio. j.**

Noli mi, ne effluant hæc
 Fab oculis tuis. Custodi
 di legem atque consi-
 liū, & erit vita animæ tuæ,
 & gratia faucibus tuis. tūc
 ambulabis fiducialiter in
 via tua, & pes tuus nō im-
 pinget, si dormieris, non
 timebis: quiesces, & suavis
 erit somnus tuus. Ne pa-
 ueas repentino terrore, &
 irruētes tibi ruinas impio-
 rum. dominus enim erit in
 latere tuo, & custodiet pe-
 dem tuum ne capiaris. No-
 li prohibere benefacere eū
 qui potest, si vales, & ipse
 benefac. Nec dicas amico
 tuo, Vade, & reuertere, &
 cras dabo tibi: cūm statim
 possis dare. Ne moliaris a-
 mico tuo malum, cūm ille
 in te habeat fiduciam. Nō
 contendas aduersus homi-
 nem frustra, cūm ipse tibi
 nihil malifecerit. Ne emu-
 leris hominē iniustū, nec

Initeris vias eius: quia abominatio domini est omnis illusor, & cū simplicibus fermocinatio eius. Egestas à domino in domo impij: habitacula autem iustorū benedicuntur. Ipse deludet illos, & māsuetis dabit gratiam. Gloriam sapiētes possidebunt: stultorū exaltatio, ignominia. Audite filij disciplinam patris & attendite, vt sciatis prudentiam. Donum bonum tribuam vobis, legem meā ne derelinquatis nā & ego filius sui patris mei, tenelus, & vnigenitus corā matre mea: & docebat me, atque dicebat, Suscipiat verba mea cor tuum, custodi praecepta mea, & viues. Posside sapientiam, posside prudentiā. Ne obliuiscaris, neque declines à verbis oris mei. Ne dimittas eam, & custodiet te: dilige eam, & conseruabit te.

Secūdum Lucam. Cap. 13.

Lectio secunda.

Aderant autem quidam ipso in tempore, nuntiatēs illi de Galilæis, quorum sanguinem Pilatus miscuit cum

sacrificiis eorum. Et respōdens dixit illis: Putatis quod hi Galilæi prę omnibus Galilæis peccatores fuerint, quia talia passi sunt? Non dico vobis: sed nisi pœnitentiam habueritis, omnes similiter peribitis, sicut illi decem & octo supra quos cecidit turris in Siloe, & occidit eos: putatis quia & ipsi debitores fuerint pręter omnes homines habitātes in Ierusalem? Non dico vobis: sed si non pœnitentiam habueritis, omnes similiter peribitis. Dicebat autē & hęc similitudinem, Arborem ficī habebat quidā plantatam in vinea sua, & venit quærens fructum in illa, & non inuenit. Dixit autem ad cultorem vineę. Ecce anni tres sunt ex quo venio quærens fructū in ficulnea hac: & non inuenio. Succide ergo illam vt quid etiam terram occupat? At ille respondens dicit illi, dñe, dimitte illā & hoc anno vsquedum fodiā circa illam, & mittā stercore, & si quidem fecerit fructum: sin autem, in futurū succides eam. Erat autem

docēs in synagoga eorum sabbatis. Et ecce mulier q̄ habebat spiritū infirmitatis annis decem & octo: & erat inclinata, nec omnino poterat sursum respicere.

Quā cūm videret Iesus vocauit eā ad se, & ait illi, Mulier, dimissa es ab infirmitate tua. Et imposuit illi manus & confestim erecta est, & glorificabat deū. Respondens autē archisynagogus indignās quā sabbato curasset Iesus, dicebat turbæ. Sex dies sunt in quibus oportet operari: in his ergo venite & curamini: & nō in die sabbati. Respon- dens autē ad illum dñs, dixit, Hypocritæ vnusquisque vestrū sabbato nō soluit bouem suū aut asinum à p̄sepio, & ducit ad aquare? hanc autē filiam Abrahæ quā alligauit satanas ecce decem & octo annis, nō oportuit solui à vinculo isto die sabbati? Et cū hæc diceret, erubescerāt omnes aduersarij eius: & omnis populus gaudebat in vniuersis quæ gloriose fiebāt ab eo. ¶ **Peria. vi. ex Prover- bis Salomonis. Lectio. j.**

P Rincipium sapientiæ posside sapientiam, & in omni possessione tua acquire prudentiā, arripe illam, & exaltabit te: glorificaberis ab ea, cū eā fueris amplexatus. dabit capiti tuo augmenta gratiarū, & corona inelyta p̄teget te. Audi fili mi, & suscipe verba mea, vt multiplicetur tibi anni vitæ, viā sapientiæ mōstrauit tibi, & duxi te per semitas æquitatis, quas cūm ingressus fueris, nō arctabūtur gressus tui, & currens non habebis offendiculum. Tene disciplinam, ne dimittas eam: custodi illam, quia ipsa est vita tua. Ne delecteris in semitis impiorū, nec tibi placeat malorum via, fuge ab ea, nec trāseas per illa, declina & desere ea. non em̄ dormiunt nisi malefecerint: & non rapitur somnus ab eis, nisi supplantauerint. comedūt panem impietatis, & vinū iniquitatis bibunt. Iustorum autem semita, quasi lux splē- dens procedit & crescit vsque ad perfectā diem. Via impiorum tenebrosa: ne-

sciunt ubi corruiat. Fili mi, ausculta sermones meos, & ad eloquia mea inclina aurem tuam, ne recedat ab oculis tuis, custodi ea in medio cordis tui. vita enim sunt inuenientibus ea, & vniuersę carni sanitas. Omni custodia serua cor tuum: quia ex ipso vita procedit. Remoue a te os prauum, & detrahentia labia sint pcul a te. Oculi tui recta videant, & palpebrę tuę præcedant gressus tuos. Dirige semitas pedibus tuis, & omnes vię tuę stabilientur. Ne declines ad dexteram, neq; ad sinistrã: auerte pedē tuum a malo, vias enim quę a dextris sunt, nouit dñs: peruersę verò sunt, quę a sinistris sunt. Ipse enim rectos faciet cursus tuos, itinera autem tuã in pace producet. *Secundum*

Lucã: Lectio secunda.

Dicebat ergo, Cui simile est regnũ Dei, & cui simile estimabo illud? Simile est grano sinapis, quod acceptum homo misit in ortũ suum, & creuit: & factum est in arborē magnã, & volucres

cęli requieuerunt in ramis eius. Et iterum dixit. Cui simile estimabo regnũ dei? simile est fermento quod acceptũ mulier abscondit in farinae sata tria donec fermetaretur totũ. Et ibat per ciuitates & castella docēs, & iter faciens in Ierusalem. Ait autē illi quidam, Dñe, si pauci sunt qui saluãtur? Ipse autem dixit ad illos, Cõtēdite intrare per angustã portã: quia multi dico vobis, quęrent intrare, & nõ poterunt. Cũ autē intrauerit paterfamilias, & clauerit ostiũ, & incipietis foris stare, & pulsare ostiũ dicētes, Dñe aperi nobis: & respõdens dicet vobis, Nescio vos vnde sitis tũc incipietis dicere, Manducauimus corã te & bibimus, & in plateis nostris doculisti. Et dicet vobis. Nescio vos vnde ficiis, discedite a me omnes operarij iniquitatis. Ibi erit fletus & stridor dentium: cùm videritis Abrahã, Isaac, & Iacob, & omnes prophetas in regno dei, vos autē expelli foras: Et venient ab oriente & occidente &

aquilone & austro: & accū
hēt in regno Dei. Et ecce,
sunt nouissimi, qui erant
primi: & sunt primi, qui e-
rant nouissimi. In ipsa die
acceſſerūt quidam Phari-
ſeorum, dicentes illi, Exi
& vade hinc: quia Herodes
vult te occidere. Et ait il-
lis, Ite, & dicite vulpi illi,
Ecce euicio dæmonia, Et sa-
nitates perficio hodie &
cras, & tertia die consum-
mor. Verū tamen oportet
me hodie & cras & sequen-
ti die ambulare: quia non
capit prophetā perire ex-
tra Ierusalem. Ierusalem Ie-
rusalem quæ occidis pro-
phetas, & lapidas eos qui
mittuntur ad te, quoties
volui cōgregare filios tuos
quemadmodum avis nidū
suū sub pēnis, & noluiſti?
Ecce relinquetur vobis do-
mus vestra deserta. Dico
autem vobis quia, non vi-
debitis me donec veniat cū
dixeris, Benedictus qui ve-
nit in nomine domini.

*¶ Sabbato ex Prouerbiis
Salomonis. Cap. 5. Lect. 1.*

Fili mi attēde ad sapiē-
tiam meā, & prudētia
meā inclina aurē tuā:

vt custodiat cogitationes,
& disciplinā labia tua con-
seruent. Ne intenderis fal-
laciæ mulieris, sauus enim
distillans labia meretricis,
& nitidius oleo guttur e-
ius: nouissima autē illius
amara quasi absynthium,
& lingua eius, acuta quasi
gladius biceps. Pedes eius
descendunt in mortem, &
ad inferos gressus eius pe-
netrant per semitā vitæ nō
ambulāt, vagi sunt gressus
eius & inuestigabiles. Nūc
ergo fili mi audi me, & ne
recedas à verbis oris mei.
Longè fac ab ea viā tuam,
& ne appropinques forib⁹
domus eius. Ne des alienis
honorem tuum, & annos
tuos crudeli: ne fortè im-
pleantur extranei viribus
tuis, & labores tui sint in
domo aliena, & gemas in
nouissimis quando cōsum-
pseris carnes tuas & corp⁹
tuum, & dicas, Cur detesta-
tus sum disciplinā, & incre-
pationibus non acquieuit
cor meū, nec audiui vocē
docētium me, & magistris
non inclinauit aurē meā?
Penē fui in omni malo, in
medio ecclesiæ & synago-
gæ.

ga. Bibe aqua de cisterna tua, & fluenta putei tui. Deriventur fontes tui foras, & in plateis aquas tuas diuide. Habero eas solus, nec sint alieni participes tui. Sit vena tua benedicta & letare cum muliere adolefcentia tua, ceruus charissima, & grauissim^o hionulus, vbera eius inebriente in omni tempore, & in amore eius delectare iugiter. Quare seduceris filii in ab aliena, & foueris in sinu alterius? Respicit dñs vias hominis, & omnes gressus eius considerat. Iniquitates sue capiunt impium, & finibus peccatorum suorum constringitur. Ipse morietur: quia non habuit disciplinam, & in multitudine stultitia sue decipietur.

Secundum Lucā. cap. 14.

Lectio prima.

ET factum est. cum introisset Iesus in domum cuiusdam principis Pharisæorum sabbato manducare pane, & ipsi obseruabant eum. Et ecce homo quidam hydropic^{us} erat ante illum. Et respondens Iesus, dixit ad legisperitos

& Pharisæos, dicens, Si licet sabbato curare? At illi tacuerunt. Ipse vero apprehensum sanauit eum: ac dimisit. Et respondens ad illos dixit, Cuius vestrum asinus aut bos in puteum cadet, & non continuo extrahet illum die sabbati? Et non poterant ad hæc respondere illi. Dicebat autem & ad inuitatos parabolam, intēdens quomodo primos ac cubitus eligerent, dicent ad illos, Cu inuitatus fueris ad nuptias non descendas in primo loco, ne forte honoratior te sit inuitatus ab illo, & veniens is qui te & illum vocauit, dicat tibi, Da huic locum, & tunc incipias cum rubore nouissimum locum tenere, sed cum vocatus fueris, vade, recumbe in nouissimo loco, ut cum venerit qui te inuitauit, dicat tibi amice, ascende superius. Tunc erit tibi gloria coram simul discubentibus, quia ois qui se exaltet humiliabitur, & qui se humiliat, exaltabitur. Dicebat autē & ei qui se inuitauerat, Cum facis prandium aut cœna, noli vo-

Dñica. ij. post Aduentum.

care amicos tuos, neq; fratres tuos, neq; cognatos, neque vicinos diuites: ne forte te & ipsi reuident, & fiat tibi retributio: sed cum facis conuiuium, uoca pauperes, debiles, claudos & cæcos: & beatus eris, quia non habent retribuere tibi, retribuetur enim tibi in resurrectione iustorum. Hæc cum audisset quidam de simul discumbentibus, dixit illi, Beatus qui manducabit panem in regno dei. At ipse dixit ei, Homo quidam fecit cenam magnam & uocauit multos. Et misit seruum suum hora cene dicere inuitatis ut ueniret quia iam parata sunt oia. Et cœperunt simul oēs excusare Primus dixit ei, Villam emi, & necesse habeo exire & videre illam, rogo te, habe me excusatum, & alter dixit, Iuga bouum emi quinque & eo probare illa, rogo te, habe me excusatum. Et alius dixit, Uxorē duxi, & ideo non possum uenire. Et reuersus seruus, nunciauit hæc domino suo. Tunc iratus paterfamilias, dixit seruo suo, Exi cito in plateas, &

uicos ciuitatis & pauperes ac debiles & cæcos & claudos introduce huc. Et ait seruus, Domine, factum est ut imperasti: & adhuc locus est. Et ait dominus seruo, Exi in uias & sepes, & compelle intrare, ut impleatur domus mea. Dico autem uobis quod nemo uirorum illorum qui uocati sunt, gustabit cenam meam.

¶ Dñica. ij. post aduentum,
Notandum, qd hæc dñica si incidit ante epiph. aus in ipso die epiph. nō debet fieri offm, nec cōmēo. de ea, nec habet aliud ppter primā & secundā lect.

¶ Ex prouerbis Salomonis. cap. 6. Lectio ij.

Fili mi, si sponderis pro amico tuo, delixisti apud extraneum manum tuam: illaqueatus es uerbis oris tui, & captus per prius sermonibus. Fac ergo quod dico tibi mi, & temetipsum libera, quia intidisti in manum proximi tui. Discurrere, festina, suscita amicum tuum, ne dederis somnum oculis tuis, nec dormitet palpebra tua. Erue re quasi damula de manu,

& quasi auis de manu aucupis. Vade ad formicam o piger, & considera vias eius & discite sapientiã, quę cum non habeat ducem, nec præceptorẽ, nec principem, parat in estate cibũ sibi, & congregat in messe quod comedat. Vsq̃ue quo piger dormies? quando cõfuges e somno tuo? Paululum dormies, paululum dormitabis, paululum cõferes manus tuas vt dormias: & veniet tibi quasi viator egestas, & pauperies quasi vir armatus. Si verò impiger fueris, veniet vt fons messis tua, & egestas longẽ fugiet a te. Homo apostata vir inutilis, graditur ore peruerso, annuit oculis, terit pede, digito loquitur, prauo corde, machinatur malum, & omni tempore iurgia seminat, huic ex tẽplo veniet perditio sua & subito conteretur, nec habebit vltra medicinã. Sex sunt quę odit dominus, & septimum detestatur anima eius oculos sublimes, linguam mendacem, manus effundẽtes, innoxium sang̃inem, & cor

machinãs cogitatiões pessimas, pedes veloces ad currendum in malũ profertentẽ mendacia, testem fallacem, & cum qui seminat inter fratres discordias.

Secundum Lucã. Lect. ij.

IBant autẽ turbę multę cũ eo: & cõuersus dixit ad illos, Si quis venit ad me, & non odit patrem suum & matrẽ, & vxorem, & filios, & fratres, & sorores, adhuc autem & animã suam, non potest meus esse discipulus: & qui nõ baiulat crucẽ suam, & venit post me, non potest meus esse discipulus. **Q**uis enĩ ex vobis volens turrim ædificare, non prius sedens cõputat sumptus qui necessarij sunt, si habeat ad perficiendum: ne postea quam posuerit fundamentum, & non potuerit perũcere, oēs qui vident incipiant illudere ei, dicentes, **Q**uia hic homo cõpit ædificare, & nõ potuit consummare? Aut q̃s rex iturus cõmittere bellũ aduersus aliũ regẽ, nõ sedẽs priõ cogitat si possit cũ decem millibus occurrere ei qui

cum viginti millibus venit ad se? alioquin adhuc illo longè agente, legationem mittens rogat ea quæ pacis sunt. Si ergo omnis ex vobis qui nõ renũciat omnibus quæ possidet, non potest me⁹ esse discipulus. Bonũ est sal. Si autẽ sal euanuerit, in quo cõdicitur? Neq; in terrã, neq; in sterquilinũ vtile est, sed foras mittetur. **Q**ui habet aures audiendi, audiat. Erãt autem appropinquantibus ei publicani & peccatores, vt audirent illũ. Et murmurabant Pharisei & Scribæ dicentes. **Q**uia hic peccatores recipit, & manducat cũ illis. Et ait ad illos parabolã istam, dicens, **Q**uis ex vobis homo qui habet centũ oues, & si perdidit vnã ex illis, nonne dimittit nonagintanouem in deserto, & vadit ad illam quæ perierat donec inueniat eã? Et cũ inuenit eam, imponit in humeros suos gaudens, & veniens domũ cõuocat amicos & vicinos, dicens illis, Cõgratulamini mihi: quia inueni ouẽ meã quæ perierat. Dico vobis

quod ita gaudium erit in celo super vno peccatore pœnitentiã agente, quã super nonagintanouem iustis qui non indigent pœnitentiã. Aut quæ mulier habes drachmas decem: si perdidit drachmã vnã, nonne accendit lucernam & euertit domũ, & querit diligenter, donec inueniat eam? Et cũ inuenit, cõuocat amicas & vicinas: dicens, Cõgratulamini mihi, quia inueni drachmã quã perdidera. Ita dico vobis: gaudium erit coram angelis dei super vno peccatore pœnitentiã agente.

¶ Si hæc Dñica incidit infra octauã epiphaniæ, tertia lect. erit. Cũ fact⁹ esset Iesus. &c. O. Vota quæsumus, quas inuenies in p̄xima sequenti dñica.

¶ Feria. ij. ex Prouerbijs Salomonis. Lect. 1.

Conserua fili mi p̄cepta patris tui, & ne dimittas legẽ matris tuæ. liga ea in corde tuo iugiter, & circũdã gutturi tuo. cũ ambulaueris, grandiatũr tecum. cũ dormieris, custodiãt te, & cui-

gilans loquere cū eis, quia mandatū lucerna est, & lex lux, & via vitæ increpatio disciplinæ, vt custodiāt te à muliere mala, & à blāda lingua extraneæ. Nō concupiscat pulchritudinem ei⁹ cor tuū, ne capiaris nūtibus illius, pretiū em̄ scōrū vix est vnus panis. mulier aut̄ viri pretiosam animā capit. Nunquid potest homo abscondere ignem in sinu suo, vt vestimenta illius nō ardeant? aut ambulare super prunas, & nō comburentur plātæ eius: sic ingreditur ad mulierē proximī sui, non erit mūdus, cū tetigerit eam. Nō grandis est culpa, cū quis furatus fuerit, furatur em̄ vt esurientem impleat animam: deprehēsus quoque reddet septuplū, & omnē substantiā domus suæ tradet, & liberabit se. Qui autē adulter est, propter cordis inopiam perdet animā suā: turpitudinem & ignominiam cōgregat sibi, & oprobriū illi⁹ nō delebitur quia zelus & furor viri nō parcat in die vindictæ, nec acquiescet cuiusquā pre-

cibus, nec suscipiet pro redemptione dona plurima

Secundum Luca. Lect. ij.

A It autē, Homo quidam habuit duos filios: & dixit adolescentior ex illis patri, Pater, da mihi portionē substantiæ quæ me cōtingit. Et diuisit illis substantiam. Et post nō multos dies cōgregatis omnib⁹ adolescentior filius peregre profect⁹ est in regionē lōginquā: & ibi dissipauit substantiā suam viuēdo luxuriosē. Et post quā omnia cōsummasset, facta est fames valida in regione illa, & ipse cepit egere. Et abiit, & adhaesit vni ciuiū regionis illius. Et misit illum in villā suā vt pasceret porcos. Et cupiebat implere ventrē suū de siliquis quas porci manducabant, & nemo illi dabit. In se autē reuersus dixit, Quanti mercennarij in domo patris mei abundant panibus: ego autem hic fame pereor? Surgam, & ibo ad patrem meum & dicam ei, Pater, peccaui in caelum & coram te. iam nō sum dignus vocari filius

Feria. iij. Diace. ij. post Aduentum.

tuus: fac me sicut vnum de mercenariis tuis. Et surgens venit ad patrem suum, Cū autem adhuc longē esset, vidit illum pater ipsius, & misericordia motus est, & accurrens cecidit super collum eius, & osculatus est eum. Dixitq; ei filius, Pater, peccaui in cælū & coram te, iam non sum dignus vocari filius tuus. Dixit autem pater ad seruos suos, Citò proferte stolam primam, & induite illum, & date annulum in manū eius, & calceamenta in pedes eius, & adducite vitulum saginatum, & occidite, & manducemus & epulemur, quia hic filius me⁹ mortuus erat & reuixit, perierat, & inuentus est. Et cœperunt epulari. Erat autem filius eius senior in agro: & cū veniret & appropinquaret domui, audiuit symphoniam, & chorum: & vocauit vnum de seruis, & interrogauit quid hæc essent. Ilque dixit illi, Frater tuus venit: & occidit pater tuus vitulum saginatum, quia saluum illū recepit indignatus est au-

tem: & nolēbat introire. Pater ergo illius egressus cœpit rogare illum. At ille respondēs, dixit patri suo Ecce tot annis seruiō tibi: & nunquā mandatum tuū præterui: & nunquā dedi sti mihi hœdum, vt cū amicis meis epularer. sed postquam filius tuus hic qui deuorauit substantiam suā cū meretricibus, venit, occidisti illi vitulum saginatum. At ipse dixit illi, Fili, tu semper mecum es, & omnia mea tua sunt. epulari autem & gaudere oportebat quia frater tuus hic, mortuus erat & reuixit, perierat & inuentus est.

¶ Feria. iij. ex Prouerbiis Salomonis. cap. 7. Lect. j.

Fili mi, custodi sermone meos, & præcepta mea reconde tibi. Fili honora dñm, & valebis: præter eñ verò, ne timueris alienū. Serua mandata mea, & viues: & legē meam quasi pupillam oculi tui, liga eā in digitis tuis, scrībæ illam in tabulis cordis tui. Dic sapientiæ, Soror mea es, & prudentiam voca amicā tuā, vt custodiat

te à muliere extranea, & ab aliena q̄ verba sua dulcia facit. De fenestra enim domus meæ per cancellos prospexi, & video parulos. Cōsidero recordē iuvenē, qui transit p̄ plateas iuxta angulū: & prope viā dom⁹ illi⁹ graditur in obscuro, aduēspascente die in noctis tenebris, & caligine: & ecce occurrit illi mulier ornata meretricio præparata ad decipiendas animas, garrula & vaga, quietis impatiens, nec valens in domo cōsistere pedibus suis, nūc foris, nūc in plateis, nūc iuxta angulos insidiens. Apprehensumq̄ deosculatur iuuenem, & procaci vultu blāditur, dicēs, Victimās pro salute deuoui, hodie reddidi vota mea, idcirco egressa sum in occursum tuū, desyderans te videre, & reperi, intexui funibus lectulū meū, stratu tapetibus p̄ctis ex Aegypto, aspersi cubile meū myrrha & aloe, & cinnamomo, veni, veni inebriemur vberibus, & fruamur cupitis amplexibus, donec illucescat

dies, nō est enim vir in domo sua, abiit via longissima: sacculum pecuniæ secum tulit, in die plenæ lunæ reuersurus est in domum suam. Irretiuit eum multis sermonibus, & blāditiis labiorum protraxit illū. Statim eam sequitur quasi bos ductus ad victimam, & quasi agnus ascuiens, & ignorat quōd ad vincula stultus trahatur, donec transfigat sagitta iecur eius: velut si aus festinet ad laqueum, & nescit quod de periculo animæ illius agitur. Nūc ergo fili mi, audi me, & attende verbis oris mei. Ne abstrahatur in viis illius mens tua, neq; decipiaris semitis eius. Multos enim vulneratos deiecit & fortissimi quique interfecti sunt ab ea. Vix inferi domus eius, penetrātes interiora mortis.

Secundum Lucā. cap. 16.

Lectio secunda.

Dicebat autē & ad discipulos suos. Homo quidam erat diues qui habebat villicum & hic diffamatus est apud illū, quasi dissipasset bona

ipſus. Et vocauit illum, & ait illi, quid hoc audio de teſredde rationem villicationis tuæ: iam enim non poteris villicare. Ait autē villicus intra ſe, **Q**uid faciam, quia dominus meus aufert à me villicationem? fodere nō valeo, mendicare erubefco, ſcio quid faciam, vt cū amotus fuero à villicatione, recipiāt me in domos ſuas. Conuocatis itaq; ſingulis debitoribus dñi ſui, dicebat primo **Q**uāntum debes domino meo? Ad ille dixit. Cētum cados o'lei Dixitq; illi, Accipe cautionē tuam: & ſede, citō ſcribe quinquaginta. Deīde alio dixit. Tu verō quāntū debes? **Q**ui ait, Centum coros tritici. Ait illi, Accipe literas tuas, & ſcribe octoginta, Et laudauit dominus villicū iniquitatis quia prudenter feciſſet, quia filij huius ſeculi, prudentiores filiis lucis in generatione ſua ſunt, Et ego vobis dico, facite vobis amicos de māmona iniquitatis: vt cū defeceritis, recipiant vos in gterna tabernacula, **Q**ui fidelis

est in minimo, & in maiori fidelis est: & qui in modico iniquus est: & in maiori iniquus est. Si ergo in iniquo mammona fideles non fuistis: quod verū est quis credet vobis? Et si in alieno fideles non fuistis: quod vestrum est, quis dabit vobis? Nemo seruus potest duobus dominis seruire, aut enim vnum odiet, & alterum diliget: aut vni adhaerebit, & alterum contemnet, non potestis deo seruire & mammonæ.

¶ Feſ. iij. ex Prouerbijs Salomonis. cap. 8. Lect. j.

Nunquid nō sapientia clamitat, & prudentia dat vocē suā? In ſummis excelliſſime verticibus ſupra viam in medijs ſemitis ſtās, iuxta portas ciuitatis in ipſis forib⁹ loquitur, dicēs, O viri ad vos clamito, & vox mea ad filios hominū intelligite paruuli aſtutiam, & inſipientes animaduertite. Audite, quoniā de rebus magnis locutura ſum: & aperientur labia mea, vt recta prædicent. Veritatem meditabitur guttur meum, &

labia mea detestabuntur im-
 pium. Iusti sunt omnes ser-
 mones mei, non est in eis
 prauum quid, neque peruer-
 sum, recti sunt intelligen-
 tibus, & æqui inuenienti-
 bus scientiam. Accipite di-
 sciplinam meam, & non pe-
 cuniam: doctrinam magis,
 quam aurum eligite. Melior
 est enim sapientia cunctis
 pretiosissimis: & omne de-
 siderabile ei non potest com-
 parari. Ego sapientia ha-
 bito in consilio & eruditus
 inter sum cogitationibus.
 Timor domini odit malum: ar-
 rogantiam, & superbiam,
 & viam prauam, & os bilin-
 gue detestor. Meum est con-
 silium & æquitas, mea est
 prudentia, mea est fortitu-
 do. Per me reges regnant,
 & legum conditores iusta
 decernunt, per me princeps
 imperant & potentes
 decernunt iustitiam.

Secundum Lucam. Lect. ij.

A udiebant autem om-
 nia hæc Pharisei
 qui erant avari &
 deridebant illum. Et ait il-
 lis, Vos estis qui iustifica-
 tis vos coram hominibus:
 Deus autem nouit corda

vestra, quia quod homini-
 bus alatum est, abomina-
 tio est ante deum. Lex &
 prophetae, usque ad Ioannem,
 ex eo regnum dei euange-
 lizatur, & omnis in illud
 vim facit. Facilius est autem
 celum & terram præteri-
 re, quam de lege unum api-
 cem cadere. Omnis qui di-
 mittit uxorem suam, & al-
 teram ducit, mœchatur: &
 qui dimissam à viro ducit,
 mœchatur. Homo qui-
 dam erat diues qui indu-
 batur purpura & bysso: &
 epulabatur quotidie splen-
 didè. Et erat quidam men-
 dicus nomine Lazarus qui
 iacebat ad ianuam eius vl-
 ceribus plenus: cupiens sa-
 turari de micis quæ cade-
 bant de mensa diuitis, & ne-
 mo illi dabat, sed & canes
 veniebant, & lingebant vlcera
 eius. Factum est autem ut
 moreretur medicus, & por-
 taretur ab angelis in sinum
 Abraham. Mortuus est autem &
 diues. & sepultus est in in-
 ferno. Eleuans autem oculos
 suos cum esset in tormentis
 vidit Abraham à longè, &
 Lazarum in sinu eius: &
 ipse clamans dixit, Pater

Abraham, miserere mei, & mitte Lazarum vt intingat extremum digiti sui in aquam, vt refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma. Et dixit illi Abraham. Fili, recordare quia recipisti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala: nunc autem hic consolatur, tu verò cruciaris, & in his omnibus, inter nos & vos chaos magnum firmatum est, vt hi qui volūt hinc transire ad vos, non possint, neque inde huc transire. Et ait, Rogo ergo te pater, vt mittas eum in domum patris mei, habeo enim quinque fratres vt testetur illis, ne vt ipsi veniant in hunc locū tormentorum. Et ait illi Abraham, Habēt Mosen & prophetas: audiant illos. At ille dixit, Non, pater Abraham: sed si quis ex mortuis ierit ad eos, pœnitentiam agent. Ait autem illi, Si Mosen & prophetas nō audiūt neq; si quis ex mortuis resurrexerit, credent.

¶ *Feria quinta, ex Proverbiis Salomonis.*

Lesctio secunda.

EGo diligentes me diligite, & qui mane vigilant ad me, inuenient me. Mecum sunt diuitiæ & gloria, opes supernæ & iustitia. Melior est fructus meus auro, & lapide pretioso, & genimina mea argento electo. In viis iustitiæ ambulabo, in medio semitarum iudicij, vt dicē diligentes me, & thesauros eorum repleam. Dominus possedit me in initio viarū suarum, antequam quicquam faceret a principio, ab æterno ordinata sunt, & ex antiquis antequā terra fieret. Nundū erāt abyssi, & ego iam concepta eram: necdum fontes aquarum eruperāt, necdū montes graui mole cōstitērāt. Ante colles ego perturiebar: adhuc terram non fecerat, & flumina, & cardines orbis terræ. Quando preparabat celos aderam: quando certa lege & gyro vallabat abyssos, quando æthera firmabat sursum, & librabat fontes aquarū, quando circumdabat mari terminū suū & legem ponebat aquis, ne transirent

fines suos. Quando appē-
debat fundamenta terræ,
cū eo eram cū cta compo-
nēs. Et delectabar per sin-
gulos dies, ludens corā eo
omni tempore, ludens in
orbe terrarum: & delitiæ
meę, esse cū filiis hominū.
Nūc ergo filij audite me,
Beati qui custodiunt vias
meas. Audite disciplinam
& estote sapientes, & nolite
abiicere eam. Beatus ho-
mo qui audit me, qui vigi-
lat ad fores meas quotidie,
& obseruat ad postes ostij
mei. Qui me inuenerit, in-
ueniet vitam, & hauriet sa-
lutem à dño, qui autem in
me peccauerit, lædet ani-
mam suā. Oēs qui me ode-
runt, diligunt mortem.

Secūdu Luc. ca. 17. Le. ij.

ET ait ad discipulos
suos, Impossibile est
vt non veniant scan-
dala: vā autē illi per quem
veniūt, vtilius est illi, si la-
pis molaris imponatur cir-
ca collum eius: & proiicia-
tur in mare, quā vt scanda-
lizet vnū de pusillis istis.
Attendite vobis. Si pecca-
uerit in te frater tu⁹, incre-
pa illū: & si penitentiā ege-

rit dimitte illi, & si septies
in die peccauerit in te, &
septies in die conuersus
fuerit ad te, dicens, Pœni-
tet me dimitte illi. Et dix-
erunt apostoli dño, Adau-
ge nobis fidē. Dixit autē
dñs, Si habueritis fidem si-
cut granū sinapis, dicetis
huic arbori moro, Eradi-
care & trāspātare in mare:
& obediet vobis. Quis au-
tē vestrū habēs seruū aran-
tem, aut pascentē boues,
qui regresso de agro dicat
illi, Satim trāsī, & recūbe,
& nō dicit, Para qđ cornā
& præcinge te, & ministra
mhi donec manducem. &
bibam, & post hæc tu man-
ducabis & bibes? Nūquid
gratiā habet seruo illi, qđ
fecit quæ ei imperauerat?
Nō puto, Sic & vos cū fe-
ceritis oīa quæ præcepta
sunt vobis, dicite serui inu-
tilēs sumus: quod debui-
mus facere, fecimus. Et
factum est dum iret in le-
rusalem, transibat per me-
diā Samariā, & Galilæam.
& cū ingrederetur quoddā
castellū, occurrerūt ei de-
cē viri leprosi, qđ steterūt à
longe, & leuauerūt vocē,

dicentes, Iesu præceptor, miserere nostri. **Q**uos ut vidit, dixit, Ite, ostendite vos sacerdotibus. Et factū est: dum irēt, mūdātī sunt. **V**nus autē ex illis ut vidit quia mūdāt^o est: regressus est cū magna voce magnificans deū, & cecidit in facie ante pedes eius: gratias agens, & hic erat Samaritanus. Respondens autē lefus dixit, Nonne decē mūdātī sunt? & nouē vbi sunt? Non est inuētus qui rediret, & daret gloriam deo, nisi hic alienigena. Et ait illi, Surge, vade: quia fides tua te saluum fecit.

¶ Feria. vj. ex Prouerbiis Salomonis. cap. 9. Lect. ij.

Sapientia ædificauit sibi domū, excidit columnas septē. Immolauit victimas suas, miscuit vinum, & proposuit mensam suā. Misit ancilas suas ut vocarēt ad arcem, & ad mœnia ciuitatis. Si quis est paruulus, veniat ad me. Et insipientibus locuta est, Venite, comedite panem meum & bibite vinū quod miscui vobis. Relinquire infantiam: & viuite, & am-

bulate per vias prudentiæ. **Q**ui erudit derisorē, ipso iniuriā sibi facit: & qui arguit impium, sibi maculā generat. Noli arguere derisorē, ne oderit te. Argue sapientem, & diliget te. Da sapienti occasionem, & ad detur ei sapientia. Doce iustum, & festinabit accipere. Principium sapientiæ, timor domini: & scientia, sanctorum prudentia. Per me enim multiplicabūtur dies tui, & addētur tibi anni vitæ. Si sapiens fueris, tibi metipsum eris: si autem illosor, solus portabis malum. Mulier stulta & clamorosa, plenaq; illecebris, & nihil omnino scilēs sedet in forib^o domus suę super cellam in excelso vrbis locō, ut vocet trāseuntes per viam & pergentes in itinere suo. **Q**uis est paruulus declinet ad me. Et vecordi locuta est, Aquæ furtiue dulciores sunt, & panis absconditus suauior. Et ignorauit quod sibi sint gigantes, & in profundis inferni conuiuæ eius. **Q**ui enim applicabitur illi descēdet ad inferos: nā qui ab-

sefferit ab ea, saluabitur.

Secundū Lucam. Lect. ij.

Inrogatus autem à
Pharisæis quādo venit
regnum dei, respondēs
eis dixit, Non veniet re-
gnum dei cum obseruatio-
ne neque dicēt. Ecce hic,
aut ecce illic. Ecce enim
regnum dei intra vos est.
Et ait ad discipulos suos.
Venient dies quando de-
sideretis videre vnum di-
em filij hominis: & non
videbitis. Et dicent vobis,
Ecce hic, & ecce illic. No-
lite ire, neque sectemini,
nam sicut fulgur coruscās
de sub cœlo in ea quæ sub
cœlo sunt, fulget: ita erit
filius hominis in die sua.
Primum autem oportet il-
lū multa pati, & reproba-
ri à generatione hac. Et
sicut factum est in diebus
Noe: ita erit & in diebus fi-
lij hominis. Edebant, & bi-
bebant, vxores ducebant
& dabantur ad nuptias vs-
que in diem qua intrauit
Noe in arcam & venit di-
luuiū, & perdidit omnes.
Similiter, sicut factum est
in diebus Loth, Edebant
& bibebant, emebāt & ven-

debant, plantabāt & ædifi-
cabāt: qua die autem exiit
Loth à Sodomis, pluit i-
guem & sulphur de cœlo,
& omnes perdidit secun-
dum hæc erit qua die fili-
us hominis reuelabitur. In
die illa qui fuerit in tecto,
& vasa ei⁹ in domo ne de-
scēdat tollere illa, & qui in
agro, similiter non redeat
retro. Memores estote v-
xoris Loth. **Quicumque**
quesierit aīam tuā saluā fa-
cere, perdet illā: & quicun-
que perdidit illam, viui-
ficabit eam. Dico vobis, in
illa nocte erunt duo in le-
cto vno: vnus assumetur,
& alter relinquetur. duæ
erunt molentes in vnum:
vna assumetur, & altera re-
linquetur, duo in agro: v-
nus assumetur, & alter re-
linquetur, Respondentes
dicunt illi, Vbi domine?
Qui dixit illis, Vbi enīq;
fuerit corpus, illuc cōgre-
gabuntur & aquilæ.

¶ **Sabbato, Ecclesi. cap. i.**

Lectio prima.

Verba Ecclesiastes fi-
lij David regis Ieru-
salem, Vanitas vani-
tātū: dixit Ecclesiastes. va-

nititas vanitatum, & omnia vanitas. Quid habet amplius homo de vniuerso labore suo, quo laborat sub sole? Generatio preterit & generatio aduenit, terra autem in æternū stat. Oritur, sol & occidit, & ad locum suum reuertitur, ibique renascēs gyrat per meridiem, & flectitur ad aquilonem. Lustrans vniuersa in circumitu pergit spiritus, & in circulos suos reuertitur. Omnia flumina intrent in mare, & mare non redundat. Ad locum vnde exeūt flumina reuertuntur, vt iterum fluant. Cunctæ res difficiles, non potest eas homo explicare sermone. Nō saturatur oculus visu, nec auris auditu impletur. Quid est quod fuit? ipsum quod futurum est. Quid est quod factum est? ipsum quod faciendum est. Nihil sub sole nouum, nec valet quicquam dicere. Ecce, hoc recens est, iam enim præcessit in seculis, quæ fuerant ante nos. Non est priorū memoria sed nec eorū quidem quæ postea futura sunt,

erit recordatio apud eos qui futuri sunt in nouissimo. Ego Ecclesiastes fui rex Israel in Ierusalem, & proposui in aſo meo quæſerere & inuestigare sapienter de omnibus quæ fiunt sub sole. Nunc occupationem pessimam dedit deus filiis hominum & occuparentur in ea. Vidi quæ fiunt cuncta sub sole, & ecce vniuersa vnitas, & afflictio spiritus. Peruersi difficile corriguntur, & stultorum infinitus est numerus.

Secundum Luca. cap. 18.

Lectio secunda.

Dicebat autem & parabolā ad illos quā oportet semper orare & non deficere, dicens, Iudex quidam erat in quadam ciuitate, qui deū non timebat, & hominem non reuerabatur. Vidua autem quædam erat in ciuitate illa: & veniebat ad eum, dicens, vindica me de aduersario meo. Et nolebat per multum tempus. Post hæc autem dixit intra se, Et si deum nō timeo, nec hominem reuereor, tamen quia molesta est mihi hæc vi-

dua, vindicabo illam: ne in nouissimo venies fugillet me. Ait autē dominus, Audite quid iudex iniquitatis dicit, deus autem nō faciet vindictam electorum suorum clamantium ad se die ac nocte: & patiētiam habebit in illis? Dico vobis quia citō faciet vindictam illorū. Veruntamen filius hominis veniens putas inueniet fidē in terra? Dixit autē ad quosdā qui in se confidebant tāquam iusti, & aspernabantur ceteros, parabolam istam, dicens, Duo homines ascendebant in templum vt orarent: vnus Pharisæus, & alter publicanus. Pharisæus stans, hæc apud se orabat, deus, gratias ago tibi quia non sum sicut ceteri hominum, raptores, iniusti, adulteri, velut etiā hic publicanus, ieiuno bis in sabato: decimas do omnium quæ possideo. Et publicanus à longe stans, nolebat nec oculos ad cælum leuare: sed percutiebat pectus suum, dicens, Deus propitius esto mihi peccatori. Dico vobis, descendit hic

iustificatus in domum suā ab illo, quia omnis qui se exaltat, hūiliabitur: & qui se humiliat, exaltabitur. Afferebant autem ad illū & infantes, vt eos tāgeret. Quod cū viderent discipuli, increpabant illos. Iesus autem conuocans illos, dixit: Sinite pueros venire ad me: & nolite vetare eos: talium est enim regnum dei. Amen dico vobis, quicumque non acceperit regnū dei sicut puer, non intrabit in illud.

¶ **Dominica. iij. post Aduentum. Liber Sapientię. cap. I. Lectio prima.**

Diligite iustitiā, quā iudicatis terram. Sē tite de Domino in bonitate, & in simplicitate cordis querite illum: quoniam inuenitur ab his qui non tentant illum: apparet autem eis qui fidem habent in illum, peruersæ enim cogitationes separāt à deo: probata autem virtus corripit insipientes. quoniam in maleuolā animam non introibit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis. Spiri-

tus enim sanctus disciplina effugiet fictum, & auferet se à cogitationibus quæ sunt sine intellectu, & corripietur à superueniente iniquitate. Benigna⁹ est enim spiritus sapientia, & nõ liberabit maledictum à labiis suis: quoniam renum illius testis est deus, & cordis illi⁹ scrutator est verus, & linguæ eius auditor, Quoniam spiritus domini repleuit orbem terrarum: & hoc quod cõtinet omnia, sciẽtiã habet vocis. Propter hoc qui loquitur iniqua, nõ potest latere: nec præteriet illũ corripiẽs iudiciũ. In cogitationibus enim impij interrogatio erit: sermonũ autẽ illius auditio ad Deum veniet, ad correptionem iniquitatũ illius. Quoniam auris zelati audit oĩa, & tumultus murmuracionem non absconditur. Custodite ergo vos, à murmuracione, quæ nihil prodest, & à detractiõne parca linguæ, quoniam sermo obscur⁹ in vacuũ non ibit: os autẽ quod mēditur, occidit animam. Nolite zelare mortẽ in er

rore vitæ vestræ, neq; acquiratis perditionẽ in operibus manuum vestrarum. Quoniam deus mortẽ nõ fecit, nec lætatur in perditione viuorũ. Creauit enim, vt essent omnia, & sanabiles fecit nationes orbis terrarum: & nõ est in illis medicamẽtũ exterminij nec inferorum regnũ in terra. Iustitia em̄ perpetua est, & immortalis: iniustitia autem, mortis est acquisitiõ, impij autem manibus & verbis accerserũt illam: & æstimantes illam amicam, defluerũt. & sponsiones posuerunt ad illam: quoniam morte digni sunt, qui sunt ex parte illius.

Secundum Lucã Lect. ij.

ET interrogauit eum quidam princeps, dicens, Magister bone, quid faciens vitam æternã possidebo? Dixit autem ei Iesus, Quid me dicit bonum? nemo bonus nisi solus Deus. Mandata noĩti. Non occides, Nõ mœcha beris. Non furtum facies, Non falsum testimonium dices, honora patrem tuũ, & matrem, Quia ait. Hec omnia

omnia custodiui à iuuetu-
te mea. Quo audito Iesus
ait ei, Adhuc vnū tibi de-
est oīa quæcunque habes
vende. & da pauperibus, &
habebis thesaurum in cæ-
lo: & veni, sequere me. His
ille auditis cōtristatus est:
quia diues erat valde. Vi-
dens autem Iesus illum tri-
stem factum, dixit, Quā
difficile qui pecunias ha-
bent, in regnum Dei intra-
bunt. Facilius est enim, ca-
melum per foramen acus
transire, quā diuitem in-
trare in regnum dei. Et di-
xerunt qui audiebant, Et
quis potest salu⁹ fieri? Ait
illis, Quæ impossibilia sunt
apud homines impossibi-
lia sunt apud deū. Ait autē
Petrus, Ecce, nos dimissi-
mus omnia, & secuti sum⁹
te. Qui dixit eis, Amen di-
cō vobis, nemo est qui re-
liquit domū aut parentes,
aut fratres, aut vxorē, aut
filios propter regnū Dei,
& non recipiat multo plu-
ra in hoc tempore, & in se-
culo futuro vitam æternā.

Assumpsit autem Iesus
duodecim, & ait illis, Ecce
ascendimus Ierosolymam,

B.

N.

& consummabuntur om-
nia quæ scripta sunt per p-
phetas de filio hominis: tra-
detur enim gentibus, & il-
ludetur, & flagellabitur, &
conspuetur. & postquam
flagellauerint occidēt eū,
& tertia die resurget. Et ip-
si nihil horū intellexerūt,
& erat verbum istud abs-
ditum ab eis, & non intel-
ligebant quæ dicebantur.
Factum est autem: cū ap-
propinquaret Iericho, cæ-
cus quidam sedebat secus
viam, mendicans. Et cū
audiret turbam prætereū-
tē, interrogabat quid hoc
esset. Dixerunt autem ei
quod Iesus Nazaren⁹ trāsī-
ret. Et clamauit dicēs, Iesu
fili Dauid, miserere mei.
Et qui præibant, increpa-
bant eū vt taceret. Ipse ve-
rò multò magis clamabat,
Fili Dauid, miserere mei.
Stans autem Iesus, iussit il-
lum adduci ad se. Et cū
appropinquasset, interro-
gauit illum, dicens, Quid
tibi vis faciam? At ille di-
xit, Domine vt videam. Et
Iesus dixit illi. Respice, fi-
des tua te saluum fecit. Et
confestim vidit: & seque-

r

batur illum magnificans Deum. Et omnis plebs ut vidit, dedit laudem Deo.

¶ Auertendum est, q̄ in anno in quo epiphania Dñi incidit i die sabbati, hæc dñica erit secūda post epiphaniam, & tūc (vt breuiariū cōcordet cū missali) tertia lectio erit. In illo tempore nuptiz factæ sunt.

&c. Oratio. Omnipotens sempiterna. &c. quas inuenies in dñica prima Vagatum. In aliis autem annis semper hæc dominica erit infra octauam epiphaniæ: & sic tertia lectio, & oratio erunt infra scriptæ.

Secundum Lucam. cap. 2.

Lectio tertia.

Cum factus esset Iesus annorum duodecim, ascenditibus illis Ierosolymam secundū consuetudinem diei festi. Et reliqua.

Homilia Origenis.

Per Iesum crescebat, & confortabatur: & replebatur sapientia. Hoc hominum natū a non recipit: ut ante duodecim annos sapientia compleatur. Aliud est enim potestatem

habere sapientiz, aliud sapientiam esse completam. Non ambigamus ergo, diuinum aliquid in Iesu carne apparuisse: & non solum super hominem: sed sup omnē quoq; rationabilem creaturam crescebat. Humiliauerat enim se formam serui accipiens, & eadem virtute, qua se humiliauerat, crescebat. Apparuerat infirmus: quia infirmū corpus assumpserat: & ob id iter ūmq; confortabatur. Et euacuauerat se fili⁹ Dei: & propterea rursus complebatur sapientia: & gratia dei erat super eum. Non quādo venit ad adulescentiam: non quando manifestè docebat, sed adhuc cū esset paruulus habebat gratiam dei. Et quomodo omnia in illo mirabilia fuerunt: ita in pueritia mirabilis fuit vt Dei sapientia completeretur. Ibāt itaque parentes eius iuxta consuetudinem in Ierosolymam, ad solennem diem paschæ. Et cū factus esset Iesus annorum duodecim. **Dij**enter obserua. Priusquam duodecim esset an-

norum : sapientia Dei , & cetera quæ scripta sunt de eo complebantur. Cùm ergo (vt diximus) duodecim esset annorù : & iuxta morem dies solennitatis expleti essent : & reuerterentur parentes cum infantulo Iesu : remasit puer in Ierusalem : & nesciebant parentes eius.

Oratio.

Vota quæsumus domine supplicatis populi cælesti pietate prosequere : vt & quæ agenda sunt , videant : & ad implenda , quæ viderint conualescant. Per dominum.

¶ Feria secunda dominicę tertię post Adventum. Et si nullũ hodie inciderit festũ fiat officiũ de feria modo infra scripto. ¶ Ad Matut. Inuit Dominum qui fecit nos, venite adoremus. ps. Venite.

Hymnus.

Nocte surgentes vigemus oēs , semper in psalmis meditemur atque viribus totis dño canamus dulciter hymnos.

Vt pio regi pariter canentes, cū suis sc̄tis mereamur aulam ingredi cæli simul & beatam ducere vitam.

Præstet hoc nobis deitas beata pr̄is ac nati, pariterq; sancti spiritus, cuius reboat in oī gloria mundo. Amē.

En. Seruite domino in timore, & exultare ei cum tremore. ¶ Hic omittitur cap. secundum quia maior pars eius ponitur in domonica de passione.

¶ Ex libro Sapient. cap. 13. Lectio prima.

Iustorum animæ in manu Dei sunt, & nō tanget illos tormentũ mortis. Visi sunt oculis insipientium mori, & æstimata est afflictio, exitus illorũ. Et ab itinere iusto abierunt in exterminium, & quod à nobis est inter terminij: illi autem sunt in pace, Et si coram hominibus tormenta passi sunt, spes illorum immortalitate plena est. Et in paucis vexati, in multis bene disponentur: quoniam deus tentauit eos, & inuenit illos dignos se. Tãquam aurum in fornace probauit illos, & quasi holocausti hostiam accepit illos, & in tempore erit respectus illorum. Fulgebant iusti, &

Feria. ij. Dñice. j. post Aduentum.

tanquam scintillę in arundinetis discurrent. Iudicabunt nationes, & dominabuntur populis, & regnabit dñs illorum in perpetuū. Qui confidit in illo, intelligit veritatem, & fideles in dilectiōe acquiescent illi: quoniam donum & pax est electis eius. Impij autem secundum quę cogitauerunt, correptionē habebunt: qui neglexerūt iustum, & à domino recesserunt. Sapientiam enim, & disciplinā qui abiicit, infelix est, & vacua est spes illorum, & labores sine fructu & inutilia opera eorū, Mulieres eorum insensatę sunt, & nequissimi filij illorum. Maledicta creatura eorū: quoniam felix est sterilis, & incoquinata, quę nesciuit thorum in delicto habebit fructum in refectione animarum sanctorum, & spado qui non operatus est p̄ manus suas iniquitatē, nec cogitauit aduersus deum nequissima, dabitur enim illi fidei donum electum, & fors in tēplo dei acceptissima. Bonorum enim laborū glo-

rius est fructus, & quę non concidit radix sapientię. Filij autem adulterorum in consummatione erūt, & ab iniquo thoro semen exterminabitur. Et si quidem longę vitę erunt, in nihilum computabuntur, & sine honore erit nouissima senectus illorum. Et si celerius defuncti fuerint, non habebunt spem, nec in die agnitionis allocationem. Nationis enim iniquę, dirę sunt consummationes. **Secundum Lucam Cap. 19. Lectio. ij.**

Et ingressus perambulabat Iericho: & ecce vir nomine Zachęus: & hic princeps erat publicanorum, & ipse diues, & quęrebāt videre Iesum quę esset: & non poterat præ turba, quia statura pusillus erat. Et præcurrentis ascendit in arborem sycomorū, ut videret eum: quia inde erat transiturus. Et eum venisset ad locum, suscipiens Iesus vidit illū, & dixit ad eum. Zachęe, festinas descende: quia hodie in domo tua oportet me manere. Et festinans descendit, & ex-

cepit illū gaudens. Et cūm viderent omnes, murmurabant, dicentes quōd ad hominem peccatorem diuertisset. Stans autem Zachæus, dixit ad dominum, Ecce, dimidium honorum meorum domine do pauperibus. & si quid aliquem defraudauit, reddo quadruplum. Ait Iesus ad eum.

Quia hodie salus domui huic facta est: eo quōd & ipse filius sit Abrahæ. Venit enim filius hominis querere & saluū facere quod perierat. Hæc illis auditibus adiiciens dixit parabolam, eo quōd esset prope Ierusalem, & quia existimarent quōd confestim regnum dei manifestaretur. Dixit ergo. Homo quidā nobilis abiit in regionem longinquam accipere sibi regnum, & reuertī. Vocatis autem decē seruis suis, dedit eis decem mnas, & ait ad illos, Negotiamini dū venio. Cives autē eius oderant eum: & miserūt legationem post illum, dicentes, Nolumus hūc regnare super nos. Et factum est vt rediret accepto regno: &

iusit vocari seruos, quib⁹ dedit pecuniam, vt sciret quātum quisque negotiatus esset. Venit autem primus dicens, Domine, mna tua decē mnas acquisiuit. Et ait illi, Euge bone serue, quia in modico fuisti fidelis, eris potestatem habens supra decē ciuitates. Et alter venit dicēs, domine, mna tua fecit quinque mnas. Et huic ait, Et tu esto super quinque ciuitates. Et alter venit dicens, Domine, ecce mna tua, quā habui repositā in tulario: timui enim te, quia homo austerus es: tollis quod nō posuisti, & metis quod nō seminasti. Dicit ei, De ore tuo te iudico serue nequā, sciebas quōd ego homo austerus sum, tollens quod non posui, & metēs quod nō seminavi: & quare nō dedisti pecuniā meā ad mensam, & ego veniens cum vsuris vtique exegissem illud? Et astantibus dixit. Auferite ab illo mnam, & date illi qui decem mnas habet. Et dixerunt ei, Domine, habet decem mnas. Dico autem vobis, quia

omni habenti dabitur, & abundabit: ab eo autē qui non habet, & quod habet auferetur ab eo. Veruntamen inimicos meos illos, qui noluerunt me regnare super se, adducite huc: & interficite ante me.

¶ Notandum est q̄ tertia lectio dicitur vt assignata est in calendario. ¶ Ad laudes. an. Iubilate Deo omnis terra cantate & exultate & psallite. oratio dicitur semper de dnica precedēti proxima. oratio. Vota quæsumus dñe, vt supra. ¶ Ad vesp̄as. Hymnus.

O Lux beata trinitas, & principalis vnitas iā sol recedit igne⁹, infunde lumen cordibus. **I** e mane laudum carmine. Te deprecemur vespere, te nostra supplex gloria. Per cuncta laudet secula.

D eo patri sit gloria, eiusque soli filio. cum spiritu paraclēto, & nūc & in perpetuum. Amen. **Antiphona.** Vespertina oratio ascendat ad te domine, & descendat super nos misericordia tua.

¶ Notandum quod Inuitatorium, Hymni, & Antiphonæ, huius ferie dicuntur ab octaua Epiphaniæ vsque ad dominicam septuagesimæ quādocunque fit officium de dominica vel de feria.

¶ Feria tertia ex libro Sapientie. Lectio prima.

O quam pulchra est casta generatio cū claritate, immortalis est enim memoria illius quoniam & apud Deum nota est, & apud homines. Cūm præsens est, imitatur illam: & desyderant eam cūm se eduxerit, & in perpetuum coronata triumphat incoinquatorū ceteraminum præmium vincens. Multigena autem impiorum multitudo non erit utilis, & adulterinæ plātationes non dabunt radices altas, nec stabile firmamentum collocabunt. Et si in ramis in tempore geminauerint: infirmiter posita, à vento commouebūtur, & à nimietate ventorum eradicabuntur. Confringentur enim rami inconsummati, & fructus il-

lorum inuiles, & acerbi ad manducandum, & ad nihilum apti. Ex iniquis enim omnes filij qui naſcuntur, teſtes ſunt nequitie aduerſus parentes in interrogatione ſua. Iuſtus autem ſi morte præoccupatus fuerit in refrigerio erit. Senectus enim venerabilis eſt, non diuturna, neque annorum numero computata: canis autem ſunt ſenſus hominis: & ætas ſenectutis, vita immaculata. Placens Deo factus dilectus & viuens inter peccatores trãſlatus eſt, raptus eſt, ne malitia mutaret intellectum eius, aut ne fictio deciperet animam illius. Fascinatio enim nugacitatis obſcurat bona, & inconstantia concupiſcentie tranſuertit ſenſum ſine malitia. Cõſummatus in breui expleuit tempora multa placita enim erat Deo anima illi propter hoc proſperauit educere illum de medio iniquitatum, populi autem uidentes, & non intelligentes nec ponentes in præcordiis talia. Quonia gratia Dei, & miſericordia in ſanctos

eius. & reſpectus in electos illius. Condemnat autem iuſtus mortuos uiuos impios, & inuentus celerius conſummata longam vitam iniuſti. Videbunt enim finem ſapientis. & non intelligent quid cogitauerit de illo Deus, & quare inuenit illum dominus. Videbunt enim, & contemnent eum, illos autem dominus irridebit, & erunt poſt hæc decidentes ſine honore & in contumelia inter mortuos in perpetuum: quoniam diſrumpeat illos inflatos ſine uoce, & commouebit illos à fundamentis, & uſque ad ſupremum deſolabuntur: & erunt gementes, & memoria illorum periet. Veniet in cogitatione peccatorum ſuorum timidi, & traducet illos ex aduerſo iniquitates ipſorum.

Secundu Lucam. Lect. ij.

ET his dictis præcedebat aſcendens Ieroſolymam. Et factum eſt: cum appropinquaſſet ad Bethphage, & Bethaniã, ad motum qui uocatur Oliueti, miſit duos diſcipulos

suos, dicens, Ite in castellū
 quod contra vos est: in quā
 introeuntes inuenietis pul-
 lum a sinu alligatū, cui ne-
 mo vnquam hominum se-
 dit. Soluite illum, & addu-
 cite. Et si quis vos interro-
 gauerit, **Q**uare soluitis?
 sic dicetis ei, **Q**uia Domi-
 nus operā eius desiderat.
 Abierunt autem qui missi
 erant: & inuenerunt sicut
 dixit illis, statem pullum.
 Soluentibus autē illis pul-
 lum, dixerūt domini eius
 ad illos, **Q**uid soluitis pul-
 lum? At illi dixerūt, **Q**uia
 dominus eum necessarium
 habet. Et duxerunt illū ad
 Iesum. Et iactantes vestimē-
 ta sua supra pullum, impo-
 fuerunt Iesum. Eunte autē
 illo substernebant vestimē-
 ta sua in via. Et cūm appro-
 pinquaret iam ad descen-
 sum montis Oliueti, cœpe-
 runt omnes turbæ descen-
 dentium gaudentes lauda-
 re Deum voce magna sup-
 omnibus quas viderāt vir-
 tutibus, dicentes, Benedi-
 ctus qui venit rex in no-
 mine domini, pax in celo,
 & gloria in excelsis. Et qui-
 dam Phariseorum de tur-

bis dixerunt ad illum. Ma-
 gister, increpa discipulos
 tuos. **Q**uibus ipse ait. Di-
 co vobis, quia si hi tacue-
 rint, lapides clamabūt. Et
 vt appropinquauit, vidēs
 ciuitatem, fleuit super illā
 dicens, **Q**uia si cognouis-
 ses & tu, & quidem in hac
 die tua, quæ ad pacē tibi,
 nunc autē abscondita sunt
 ab oculistuis. **Q**uia veniet
 dies in te. & circumdabunt
 te inimici tui vallo, & cir-
 cundabunt te, & coāgusta-
 bunt te vndique, & ad ter-
 ram prosternēt te, & filios
 tuos qui in te sunt, & non
 relinquet in te lapidem su-
 per lapidem: eo quod non
 cognoueris tempus visita-
 tionis tuæ. Et ingressus in
 templū, cœpit dicere ve-
 dentes & ementes dicēs il-
 lis, Scriptum est, **Q**uia do-
 mus mea, domus orationis
 est: Vos autem fecistis illā
 speluncam latronum. Et
 erat docens quotidie in tē-
 plo. Principes autem sacer-
 dotum, & scribæ & princi-
 pes plebis quærebāt illum
 perdere: & non inuenie-
 bant quid fecerent illi. Om-
 nis enim populus suspē-

sus erat, audiens illum.
**Feria quarta, ex libro
 Sapientiz. Cap. 5. Lect. 1.**

Tunc stabunt iusti in
 magna confatia ad-
 uersus eos qui se an-
 gustiauerunt, & qui abstu-
 lerunt labores eorū. Vidē-
 tes turbabuntur timore hor-
 ribili, & mirabuntur in su-
 bitatiōe insperatæ salutis,
 gementes præ angustia spi-
 ritus, dicentes intra se, & præ-
 nitentiam agentes, & præ
 angustia spiritus gemētes.
 Hi sunt quos habuimus a-
 liquando in derisum, & in
 similitudinem improperij
 Nos insensati vitam illorū
 æstimabamus insaniam, &
 finem illorum sine hono-
 re. ecce quomodo cōputa-
 ti sunt inter filios Dei, &
 inter sanctos fors illorum
 est. Ergo errauimus à viā
 veritatis, & iustitiæ lumen
 non luxit nobis, & sōl in-
 telligentiz non est ortus
 nobis. Lassati sumus in viā
 iniquitatis, & perditionis,
 & ambulauimus vias diffi-
 ciles: viam autem domini
 ignorauim⁹. Quid nobis
 profuit superbia, aut di-
 uitiarum iactatā quid cō-

tulit nobis? T transferūt o-
 mnia illa tanquam vmbra,
 & tanquam nuntius percur-
 rens: tanquam nauis quæ
 pertransit fluctuantem a-
 quam, cuius, cū præterie-
 rit. non est vestigium inue-
 nire, neque semitā carinæ
 illius in fluctibus, aut tan-
 quam auis quæ transuolat
 in aere: cuius nullū inue-
 nitur argumētum itineris
 illius, sed tātum sonitus a-
 larum verberans leuē ven-
 tum: & scindens per vim i-
 teneris aerem, cōmotis alis
 transuolauit, & post hoc
 nullum signum inuenitur
 itineris illius: aut tāquam
 sagitta emissa in locum de-
 stinatum: diuisus aer cōti-
 nuō in se reclusus est, vt i-
 gnoretur transitus illius:
 sic & nos nati continuō
 desinimus esse, & virtutis
 quidem nullum signū va-
 lumus ostendere: in mali-
 gnitate autem nostra con-
 sumpti sumus. Talia dixe-
 runt in inferno hi qui pec-
 cauerunt: quoniā spes ini-
 pij tanquam lanugo est, q̄
 à vento tollitur: & tāquam
 spuma gracilis, quæ à pro-
 cella despergitur: & tāquā

fumus qui à vëto diffusus est : & tanquam memoria hospitis vnus diei preter- euntis. **Secundum Lu- cam. Cap. 20. Lectio. ij.**

ET factum est : in vna dierum docente illo populū in templo & euangelizante , conuenerūt principes sacerdotum & scribæ cum senioribus, & aiunt dicentes ad illum: Dic nobis, in qua potesta- te hæc facis ? aut quis est qui dedit tibi hanc potesta- tem? Respondēs autē Iesus, dixit ad illos: Interrogabo vos & ego vnum verbum. Respondete mihi : baptis- mus Ioannis de cælo erat: an ex hominibus ? At illi cogitabant intra se, dicen- tes, **Q**uia si dixerimus, de cælo . dicit , **Q**uare ergo non credidistis illi ? Si au- tem dixerimus, ex homini- bus: plebs vniuersa lapida- bit nos : certi sunt enim Io- annē prophetā esse. Et re- sponderūt se nescire vnde esset. Et Iesus ait illis, Neq; ego dico vobis in qua po- testate hæc facio . Cœpit autem dicere ad plebem, parabolam hanc, Homo

quidam plantauit vineam, & locauit eam colonis : & ipse peregre fuit multis tē- poribus & in tempore mi- sit ad cultores, seruum, vt de fructu vineæ darent il- li. **Q**ui cæsum dimiserunt eum inanem. Et addidit al- terū seruū mittere. Illi au- tem hūc quoq; cædētes & afficientes contumelia, di- miserūt inanem . Et addi- dit tertium mittere: qui & illum vulnerātes eiecerūt. Dixit autem dominus vi- neæ, **Q**uid faciā? mittā fi- lium meum dilectum for- sitam eūm hunc viderint, verebuntur. **Q**uē cūm vi- disset coloni, cogitauerūt intra se, dicentes, Hic est hæres, occidamus illū, vt noītra fiat hæreditas. Et eiectum illū extra vineam occiderūt . **Q**uid ergo faciet illis dominus vineæ? veniet, & perdet colonos istos, & dabit vineam aliis. **Q**uo audito, dixerūt illi, Abiit. Ille autē aspiciens eos, ait, **Q**uid est ergo hoc qđ scriptum est, Lapidē quē reprobauerūt ædificātes, hic factus est in cuput an- guli? Omnis qui ceciderit

super illum lapidem con-
 quassabitur: super quē au-
 tem ceciderit, comminuet
 illum. Et quærebant prin-
 cipes sacerdotum & scribæ
 mittere in illum manus il-
 la hora: & timuerunt po-
 pulum, cognouerūt enim
 quòd ad ipsos dixerit simi-
 litudinem hanc. Et obser-
 uantes miserunt insidiato-
 res qui se iustos simularēt:
 vt caperēt eum in sermo-
 ne, vt traderent illum prin-
 cipatui & potestati præsi-
 dis. Et interrogauerunt eū
 dicentes, Magister, scimus
 quia recte dicis & doces:
 & non accipis personam,
 sed viā Dei in veritate do-
 ces, licet nobis tributū da-
 re Cæsari, an non? Consi-
 derans autem dolum illo-
 rum, dixit ad eos, Quid
 me tentatis? ostendite mi-
 hi denarium. Cuius habet
 imaginem & inscriptionē?
 Respondentes dixerunt ei,
 Cæsaris. Et ait illis, Reddi-
 te ergo quæ sunt Cæsaris,
 Cæsari, & quæ sunt Dei,
 Deo. Et nō potuerunt ver-
 bum eius reprehēdere co-
 ram plebe: & mirati in re-
 sponso eius, tacuerunt.

Feria quinta ex libro Sa-
 pientie. Lectio prima.

IVsti autē in perperuū
 viuent, & apud dominū
 est merces eorum, & co-
 gitatio illorum apud altis-
 simū. Ideo accipiet regnū
 decoris, & diadema spe-
 ciei, de manu domini, quo-
 niā dextera sua reget eos,
 & brachio sancto suo de-
 fendet illos. Accipiet ar-
 maturam zelus illius, & æ-
 mabit creaturam ad vltio-
 nem inimicorū. Induet p-
 thorace iastitiā, & accipiet
 pro galea iudicium certū,
 sumet scutum inexpugna-
 bile, & quitatem: acuet au-
 tem diram iram in lan-
 cea, & pugnabit cū illo o-
 bis terrarū contra insensa-
 tos. Ibunt directe amissio-
 nes fulgurum, & tanquam
 à bene curuato arcu nu-
 bium exterminabuntur, &
 ad certum locum insiliēt.
 Et à petrosa ira plene mit-
 tentur gradines: excande-
 scet in illos aqua maris, &
 flumina cōcurrēt duriter.
 Cōtra illos, stabit Spiritus
 virtutis, & tanquam turbo
 venti diuidet illos: & ad e-
 remum perducet omnem

terram iniquitas illorum,
& malignitas euertet sedes
potentium. Melior est sa-
pientia quàm vires: & vir
prudens, quàm fortis. Au-
dite ergo reges. & intelli-
gite, discite iudices finium
terræ. Præbete aures vos
qui continetis multitudi-
nes, & placetis vobis in tur-
bis nationum: quoniam da-
ta est à Domino potestas
vobis, & virtus ab altissi-
mo, qui interrogabit ope-
ra vestra, & cogitationes
scrutabitur quoniam cum
essetis ministri regni illi⁹,
non recte iudicatis, nec
custodistis legem iustitiæ,
neque secundum volunta-
tem Dei ambulastis. Hor-
rende & citò apparebit vo-
bis: quoniam iudicium du-
rissimum in his qui præ-
sunt, fiet. Exiguo enim cõ-
ceditur misericordia: po-
tentes autem potenter tor-
menta patientur. Non em̄
subtrahet personam cuius-
quam De⁹, qui est omnium
dominator, nec verebitur
magnitudinem cuiusquã,
quoniam pusillum & ma-
gnum ipse fecit, & equali-
ter cura est illi de omnib⁹.

Fortioribus autem fortior
instat cruciatio.

Secundū Lucam. Lect. ij.

Accesserunt autem
quidam Sadducæo-
rum qui negant es-
se resurrectionem, & inter-
rogauerunt eum, dicentes:
Magister, Moses scripsit
nobis, Si frater alicuius
mortu⁹ fuerit habēs vxor-
em, & hic sine liberis fue-
rit, vt accipiat eam frater
eius vxorem, & suscipiat se-
men fratri suo. septem er-
go fratres erant & primus
accepit vxorē, & mortuus
est sine filiis. Et sequēs ac-
cepit illam: & ipse mortu⁹
est sine filio. Et tertius illã
similiter & omnes septem:
& non reliquerunt semen,
& mortui sunt. Nouissime
omniū, mortua est & mu-
lier. In resurrectione ergo,
cuius eorum erit vxor? si-
quidem septem habuerūt
eam vxorem. Et ait illis Ie-
sus, filij huius seculi nu-
bunt, & traduntur ad nu-
ptias, illi verò qui digni
habebantur seculo illo &
resurrectione ex mortuis,
neque nubent, neque du-
cēt vxores neq; ultra mori

poterunt: & quales eim angelis sunt & filij sunt Dei: cum sint filij resurrectionis. Quod verò resurgant mortui, & Moses ostendit secus rubi, sicut dicit dominum, Deum Abraham, & Deum Isaac, & Deum Iacob. Deus autem, non est mortuorum sed viuorum, omnes enim viuunt ei. Respondentes autem quidam scribarum, dixerunt ei, Magister, bene dixisti. Et amplius non audebant eum quicquam interrogare. Dixit autem ad illos, Quomodo dicunt Christum, si huius esse David? & ipse David dicit in libro Psalmorum. Dixit Dominus Domino meo, sede a dextris meis. Donec ponam inimicos tuos, scabellum pedum tuorum? David ergo dominum illum vocat: & quomodo filius eius est? Audiente autem omni populo dixit discipulis suis, Attendite a scribis qui volunt ambulare in stolis, & amant salutationes in foro, & primas cathedras in synagogis, & primos habitus in conuiuiis, qui de-

uorant domos viduarum: simulantes longam orationem. Hic accipient donationem maiorem.

Feria sexta, ex libro Sapientie. Lectio prima.

AD vos ergo reges, sunt hi sermones mei, vt discatis sapientiam, & non excidatis. Qui enim custodierint iustitiam, iuste iudicabuntur: & qui didicerint iusta, inuenient quid respondeat. Concupiscite ergo sermones meos, diligite illos, & habebitis disciplinam. Clara est, & que nunquam marcescit sapientia, & facile videtur ab iis qui diligunt eam, & inuenitur ab iis qui querunt illam. Preoccupat qui se concupiscunt, vt illis se prius ostendat. Qui de luce vigilauerit ad illam, non laborabit: assidue enim illam foribus suis inueniet. Cogitare ergo de illa, sensus est consummatus: & qui vigilauerit propter illam, cito securus erit. Quonia dignos se, ipsa circuit querens, & in vis ostendit se illis hilariter, & in omni prouidentia occurreret illis.

Initiū enim illius verissi-
ma est disciplinæ cōcupi-
scentia. Cura ergo discipli-
næ, dilectio est: & dilectio
custodia legū illius est. Cu-
stodia autem legum, cō-
summatio incorruptionis
est: incorruptio autē, facit
esse proximum Deo. Con-
cupiscentia itaq; sapientiz
deducit ad regnum perpetuum.
Si ergo delectamini
sedibus, & sceptris, o reges
populi diligite sapiētiam,
vt in perpetuum regnetis,
diligite lumē sapientiz, o
mnes qui præestis popu-
lis. **Q**uid est autē sapiētia,
& quēadmodum facta sit,
referam: & non abscondam
à vobis sacramenta dei. sed
ab initio natiuitatis inue-
stigabo, & ponam in lucē
scientiam illius, & nō præ-
teribo veritatē, neq; quidē
cū inuidia tabescente iter
habebo: qm̄ talis homo nō
erit p̄ticeps sapiētiz. Mul-
titudine autem sapientiū sa-
nitas est orbis terrarum, &
rex sapiens, populi stabili-
mentum est. Ergo accipite
disciplinam per sermones
meos, & proderit vobis.

Secūda Lucā, cap. 21, l. ij.

REspiciēs autē, vidit
eos qui mittebāt mu-
nera sua in gazophy-
lacium diuites. Vidit autē
& quādam viduā pauper-
culā mittētem æra minuta
duo. Et dixit, vere dico vō-
bis, quia vidua hæc pauper
plus quā omnes misit. nam
omnes hi, ex abundanti si-
bi miserant in munera dei
hęc autē ex eo quod deest
illi, omnē victū suū quem
habuit misit. Et quibusdā
dicētibus de templo quōd
bonis lapidibus & donis
ornatū esset, dixit, Hęc q̄
videtis, veniēt dies ī quib⁹
nō relinquetur lapis super
lapidē qui nō destruatur.
Interrogauerūt autē illū,
dicētes, Præceptor quādo
hęc erūt: & quod signum
cū fieri incipient? Qui di-
xit, Videte ne seducamini,
multi enim venient in no-
mine meo dicentes, quia
ego sum, & tempus appro-
pinquauit, nolite ire post
eos. Cū autē audieritis præ-
lia & seditiones: nolite ter-
reri, oportet primum hæc
fieri, sed nōdum statim fi-
nis. Tūc dicebat illis, Sur-
get gens contra gentem, &

regnum aduersus regnū: & terremotus magni erūt per loca, & pestilentis & fames: terroresq; & signa de celo magna erunt. Sed ante hæc omnia, iniicient vobis manus suas: & persequentur tradentes in synagogas & custodias, trahentes ad reges & præsidēs. Propter nomen meū, continget autē vobis in testimonium. Ponite ergo in cordibus vestris nō premeditari quēadmodum respondetis, ego enim dabo vobis os & sapientiam: cui nō poterūt resistere & contradicere omnes aduersarij vestri. Trademini autē a parentibus & fratribus & cognatis & amicis: & morte afficient ex vobis: & eritis odio omnibus propter nomen meum, & capillus de capite vestro non peribit. In paciētia vestra possidebitis animas vestras.

¶ Sabbato ex libro Sapientie, Cap. 7. Lectio prima.

Sicut quidē & ego mortalis homo, similis omnibus, & ex genere terreno illius qui prior factus est, & in vetre matris figu-

ratus sum caro, decē mensium tempore coagulatus sum in sanguine, ex semine hominis, & delectamento somni conueniente. Et ego natus accepi communem aeream, & in similitudinem factam decidi terram, & primam vocem similem omnibus emisi plorans, in inuolumentis nutritus sum, & curis magnis. Nemo enim ex regibus aliud habuit natiuitatis initium. Vnus ergo introitus est omnibus ad vitam & similis exitus. Propter hoc optavi, & datus est mihi sensus, & inuocaui, & venit in me spiritus sapientie, & præposui illam regnis & sedibus, & diuitias nihil esse duxi in comparatione illius. Nec comparavi illi lapidē pretiosum: quā omne aurū in comparatione illius arena est exigua, & tanquā lutum estimabitur argentum in conspectu illius. Super salutē & speciē dilexi illā, & prope sui pro luce habere illā quā inextinguibile est lumen illius. Venerūt autem mihi omnia bona pariter cum illa, & innumerabilis

honestas per man⁹ illius, & lætatus sum in omnib⁹, quoniam antecedebat me ista sapientia, & ignorabam quoniam bonorum omnium mater est. Quam sine fictione didici, & sine inuidia comunico, & honestatem illius non abscondo. Infinitus enim thesaurus est hominibus: quo qui vti sunt, participes facti sunt amicitie dei, propter disciplinam dona commendati. **Secundum**

Lucam. Lectio secunda.

Cum autem videritis circūdari ab exercitu Ierusalem: tunc scitote quia appropinquauit desolatio eius: tunc qui in Iudæa sunt, fugiant ad montes: & qui in medio eius, discedant: & qui in regionibus, non intrent in eam: quia dies ultionis hi sunt, ut impleantur omnia quæ scripta sunt. Væ autem prægnantibus & nutrientibus in illis diebus, erit enim pressura magna super terram: & ira populo huic. Et cadent in ore gladij: & captiui ducentur in omnes gentes: & Ierusalem calcabitur a gentibus: donec im-

pleantur tempora nationum. Et erunt signa in sole, & luna & stellis, & in terris pressura gentium præ confusione sonitus maris & fluctuum, arefcentibus hominibus præ timore & expectatione quæ superueniet vniuerso orbi. nam virtutes caelorum mouebuntur, & tunc videbunt filium hominis venientem in nube cum potestate magna & maiestate. His autem fieri incipientibus, suspicite & leuate capita vestra: quoniam appropinquat redemptio vestra. Et dixit illis similitudinem, Videte ficulneam & omnes arbores, cum producunt iam ex se fructum: scitis quoniam prope est æstas. Ita & vos cum videritis hæc fieri, scitote quoniam prope est regnum Dei. Amen dico vobis, quia non præteribit generatio hæc, donec omnia fiant. Cælum & terra transibunt: verba autem mea non transibunt. Attendite autem vobis ne forte grauentur corda vestra in crapula & ebrietate & curis huius vite: & superueniat in vos repentina dies illa: tanquam

laqueus

laqueus enim superueniet in omnes qui sedent super faciem omnis terræ. Vigilate itaque omni tempore orantes vt digni habeamini fugere ista omnia quæ futura sunt & stare ante filium hominis. Erat autem diebus docens in templo: noctibus verò exiens, morabatur in monte qui vocatur. Oliueti. Et omnis populus mane ibat ad eum in templo audire eum.

¶ Notandū q̄ si hæc dñica statim sequēs nō fuerit septuagesima legendū est per ordinem de infrascriptis Vagantibus, quousq; septuag. o. curat, qua occurrēte cessabunt tūc quæ super fuerint Vagantes, & dicentur post Pentecostē ordine tibi assignato.

¶ Dñica. j. Vagantiū. Hebraei. cap. i. Lect. I.

Omnis sapientia à domino deo est, & cū illo fuit semper, & est ante eum. Arenā maris, & pluuię guttas, & dies seculi quis dinumerauit? Altitudinem cæli, & latitudinem terræ, & profundū abyssi, quis dimensus est?

B. N.

Sapientiam dei præcedentem omnia, quis inuestigauit? Prior omnium creata est sapientia, & intellectus prudentiæ ab æuo Fons sapientiæ verbum dei in excelsis, & ingressus illius mada data æterna. Radix sapientiæ, cui reuelata est? & astutias illius quis agnouit? Disciplina sapientiæ cui reuelata est, & manifestata? & multiplicatione ingressus illius quis intellexit? Vnus est altissimus creator omnium, omnipotens, & rex potens, & metuendus nimis, sedes super thronum illius & dominans deus, ipse creauit illam in spiritu sancto, & vidit, & dinumerauit, & mensus est. Et effudit illā super omnia opera sua, & super omnem carnem secundum datum suum, & præbuit illam diligentibus se. Timor domini gloria, & gloriatio, & lætitia, & corona exultationis. Timor dñi delectabit cor, & dabit lætitiā & gaudiū in longitudinem dierū. Timentis dominum bene erit in extremis, & in die defunctio nis suæ benedicetur. Dile-

f

Dominica. j. Vigantium.

ctio dei, honorabilis sapientia. **Q**uibus autē apparuerit in visu, diligunt eam in visione, & in agnitione magnalium suorum. Initium sapientia, timor dñi, & cum fidelibus in vulua concreatus est, & cum electis sceminis graditur, & cū iustis & fidelibus agnoscitur Timor domini, sciētia religiositas. Religiositas custodiet & iustificabit cor, iucunditatem atque gaudium dabit.

Ex epistola Pauli ad Galatas cap. i. Lectio secunda.

Paulus [Apostolus nō ab hominibus, neque per hominē, sed per Iesum Christū, & deum patre qui suscitauit eū a mortuis, & qui mecū sunt oēs fratres: ecclesiis Galatia, gratia vobis & pax à Deo patre nostro & Dño Iesu Christo, qui dedit semetipsum p peccatis nostris vt eriperet nos de præsenti seculo nequam, secundū voluntatem dei, & patris nostri, cui est gloria in secula seculorum. Amen. Miror quōd sic tam citō transferimini ab eo qui vos voca-

uit in gratiam Christi, in aliud euangeliū: quod nō est aliud, nisi sunt aliqui qui vos conturbant, & volunt cōuertere euāgelium Christi. Sed licet nos, aut Angelus de caelo euāgelizet vobis pręterquā quod euangelizauimus vobis: anathema sit. Sicut prędiximus, & nunc iterum dico, Si quis vobis euangelizauerit pręter id quōd accepistis: anathema sit. Modo enim hominibus suadeo, an deo? An quero hominib⁹ placere? Si adhuc hominibus placere, Christi seruus nō essem. Non enim vobis facio fratres euangelium quod euāgelizatū est à me, quia nō est secundum hominem: neq; enim ego ab homine accepi illud, neque didici: sed per reuelationem Iesu Christi. Audi stis enim conuersationem meam aliquando in Iudaismo, quoniam supra modum persequebar ecclesiā Dei, & expugnabā illam, & p̄ficiēbā in Iudaismo supra multos coætaneos meos in genere meo, abundantius gmulator existens pa-

ternarum mearū traditio-
num. Cū autem placuit
ei qui me segregauit ex v-
tero matris meæ, & voca-
uit per gratiā suam, vt re-
uelaret filium suum in me
vt euangelizare illū in gē-
tibus: cotinud non acq-
ui carni & sanguini. Neq-
ueni Ierosolymā ad an-
tecessores meos apostolos.
sed ab ij in Arabiam. Et ite-
rum reuersus sum Dama-
scum. Deinde post annos
tres veni Ierosolymam vi-
dere Petrum: & māsi apud
eū dieb⁹ quīdecim. Aliū
autem apostolorū vidi ne-
minem nisi Iacobū fratrem
domini. **Quæ** autem scri-
bo vobis: ecce coram deo,
quia nō mentior. Deinde
veni in partes Syriæ & Ci-
licię. Eram autem ignotus
facie ecclesiis Iudææ, quæ
erant in Christo. Tantum
autem auditum habebant,
Quoniam qui perseque-
batur nos aliquando, nūc
euangelizat fidem quā ali-
quando expugnabat, & in
me clarificabant deum.

**¶ Notandum, q̄ quando
fit officium de hac Dñia
ante septuag esimam, tunc**

**aduertendum est, quod in
anno in quo epiphania do-
mini venerit in die sabba-
ti dicēda est hic. iij. lectio.**

In illo tempore, cū descen-
disset Iesus. & **Oratio.**

Omnipotens. & c. **quas in-
uenies in Dominica .ij. Va-
gantium. In alijs autem an-
nis semper in hac domini-
ca dicēde sunt tertia lectio.
& oratio infra scriptæ.**

**Secundum Iohannē. cap. 2.
Lectio tertia.**

In illo tpe, nuptiæ factæ
sunt in Cana Galilææ, &
erat mater Iesu ibi: voca-
tus est autē Iesus & discipu-
li eius ad nuptias, & desi-
ciete vino dicit mī eius ad
eū, Vinū nō habēt. Et re,

Homilia sancti Aug. epi.

Adit dominus deus
noster: vt donec
nobis reddere quā
promissimus, Hesternum
enim die, si meminit san-
ctitas vestra: cum tempo-
ris excluderemur āgustia:
ne sermonem inchoatum
impleremus: in hodiernū
diem distulimus: vt ea quæ
in hoc facto euangelicæ
lectionis mystice in sacra-
mentis posita essent, ipso

adiuuante aperirentur. Nō itaque opus est iam morari diutius in commendando miraculo dei. Ipse est enim deus, qui per vniuersam creaturam quotidiana miracula facit: quæ hominibus non facilitate, sed asciduitate viluerunt. Rara autem quæ facta sunt ab eodem domino, id est à verbo propter nos incarnato: maiorem stuporē hominibus attulere. Nō quia maiora erāt quàm sunt ea quæ quotidie in creatura facit: sed quia ista quæ quotidie fiunt tanquam naturali cursu peraguntur. Illa verò efficaciam potentie tanquā præsentis exhibuisse videntur oculis hominum. Diximus, sicut meministis: resurrexit vnus mortuus: obstupuerūt omnes: cūm quotidie nasci, qui non erant nemo miretur. Sic aquam in vinū versam quis non miretur? cū hoc annis omnibus, Deus in vitibus faciat. Sed quia omnia quæ fecit dominus Iesus, nō solum valent ad excitanda corda nostra miraculis: sed etiam ad ædifi-

candam doctrinam fidei, scrutari nos oportet quid sibi velint ista omnia: id est quid significant. Horum enim omnium significaciones, sicut recordamini: ī diē hodiernū distulim⁹. **Q**uod autē dñs inuitatus venit ad nuptias: etiam excepta mystica significacione cōfirmare voluit quod ipse fecit. Futuri em̄ erant de quibus dixit apostolus prohibentes nubere: & dicētes quōd male essent nuptiæ, & quōd diabolus eas fecisset: cūm idem domin⁹ in euāgelio interrogatus, vtrū liceat homini dimittere vxorem suam ex qualibet causa: responderit nō licere excepta causa fornicationis. In qua responsione, si meministis hoc ait, **Q**uod deus coniuxit, homo non separet. **Oratio.**

Omnipotens sempiternus deus, qui cælestia simul & terrena moderaris, supplicationes populi tui clementer exaudi, & pacem tuam nostris cōcede tēporib⁹. **Per.**
¶ Feria. ij. ex Ecclesiasti.
Lectio prima.

Timenti deum bene erit, & in diebus con summationis illius benedicetur. Plenitudo sapiētiae est, timere deum, & plenitudo à fructib⁹ illius. Omnē domū illius implebit à generationibus, & re ceptacula, à thesauris illi⁹. Corona sapiētiae, timor domini, replens pacem, & salutis fructum: & vidit, & dinumeravit eam, vtraque autē sunt dona dei. Scien tiam, & intellectu prudentiæ sapiētia compartietur. & gloriam timentium se, exultat. Radix sapiētiae est timere dominū: & rami il lius longæui. In thesauris sapiētiae intellectus, & sciē tiae religiositas: execratio autem peccatoribus sapiē tia. Timor domini expel lit peccatum, nam qui sine timore est, non poterit iu stificari: iracūdia enim ani mositatis illius, subuersio illius est. Vsq̄ in tempus sustinebit patiens, & postea redditio iucunditatis. Bo nus sensus vsq̄ in tempus abscondet verba illius, & la bia multorum enarrabunt sensum illius. In thesauris

sapiētiae significatio disci plinæ: execratio autē pec catori cultura dei. Fili con cupiscens sapiētiam, con serua iustitiā, & deus. Pre bebbit illam tibi. Sapiētia eū & disciplina timor do mini: & quod beneplacitū est illi, fides & māsueto, & adimplebit thesauros il lius. Contumax non sis, & incredibilis timori dei: & ne accesseris ad illū duplici corde. Ne fueris hy pocrita in cōspectu homi num, & non scandalizeris in labiis tuis. Attende in illis, ne fortē cadas, & ad ducas animæ tuæ in hono rationem, & reueles Deus abscondita tua, & in medio sy nagogæ elidat te qm̄ acces sisti maligne ad dominū: & cor tuum plenum dolo & fallacia.

*Ex episto. ad Galat. cap. 2.
Lectio secunda.*

DEinde post annos quatuordecim, ite rum ascendi Ieroso lymam cū Barnaba assumpto & Tito. Ascendi autē secundū reuelationē, & cō tuli cū illis euāgeliū quod predico in gentibus: seor-

sum autem iis qui videbatur aliquid esse: ne forte in vanum currere aut cucurrissem. Sed neq; Titus qui mecum erat, cum esset gentilis, compulsum est circumcidi: sed propter subintroductos falsos fratres qui subintroierunt explorare libertatem nostram quam habemus in Christo Iesu, ut nos in seruitutem redigerent. **Q**uibus neq; ad horam cessimus subiectioni: ut veritas euangelij permaneat apud vos. Ab iis autem qui videbantur esse aliquid (quales aliquando fuerint: nihil mea interest. Deus enim personam hominis non accipit.) Mihi enim qui videbatur esse aliquid, nihil contulerunt. Sed contra cum vidissent quod creditum est mihi euangelium preputij, sicut & Petro circumcisionis (qui enim operatus est Petro in Apostolatam circumcisionis: operatus est & mihi inter gentes) & cum cognouissent gratiam que data est mihi, Iacobus & Cephas & Ioannes, qui videbantur columnae esse, dexteram dederunt mihi & Barnabae, societa-

tis, ut nos in gentes, ipsi autem in circumcisionem tantum ut pauperum memores essemus, quod etiam sollicitus fui hoc ipsum facere. Cum autem venisset Cephas Antiochiam in faciem ei restitum, quia reprehensibilis erat. Prius enim quam veniret quidam a Iacobo: cum gentibus edebat. Cum autem venissent: subtraherebat, & segregabat se, timens, eos qui ex circumcissione erant. Et simulatione eius consenserunt ceteri Iudaei, ita ut & Barnabas duceretur ab eis in illam simulationem. Sed cum vidissent quod non recte ambularet ad veritatem euangelij dixit Cephas coram omnibus, Si tu, cum Iudaeus sis, gentilitate viuas, & non Iudaice quomodo gentes cogis Iudaizare?

¶ Feria. iij. ex Ecclesiastico. cap. 2. Lectio prima.

Fili, accedens ad seruitutem dei, sta in iustitia, & in timore, & prepara animam tuam ad temptationem. Deprime cor tuum, & sustine: & inclina aurem tuam, & suscipe verba intellectus, & ne festines in te-

pus obductionis. Sustine sustentationes dei: coniungere deo, & sustine, vt cre-
 scat in nouissimo vita tua. Omne quod tibi applici-
 tum fuerit, accipe: & in do-
 lore sustine, & in humilita-
 te tua patientiã habe: qm̄
 in igne pbatur aurũ & ar-
 gentũ, hoies verò recepti-
 biles i camino humiliatio-
 nis. Crede deo, & recupe-
 rabit te: & dirige viam tuã,
 & spera in illum. Serua ti-
 morem illius, & in illo ve-
 terasce. Metuentes dñm su-
 stinete misericordiã eius &
 non deslectatis ab illo, ne
 cadatis. **Q**ui timetis domi-
 num, credite illi: & nõ eua-
 cuabitur merces vestra.
Qui timetis dominũ spe-
 rate in illum: & in oblecta-
 tionem veniet vobis mise-
 ricordia. qui timetis domi-
 num diligite illum, & illu-
 minabuntur corda vestra.
 Respicite filij nationes ho-
 minum: & sciote quia nul-
 lus sperauit in domino, &
 cõfusus est. **Q**uis em̄ per-
 mansit in mandatis eius,
 & derelicta est? aut quis
 inuocauit eũ, & despexit
 illũ? **Q**uonia pi⁹ & miseri-

cors est deus, & remittit in
 die tribulationis peccata:
 & protector est oibus ex-
 quirentibus se in veritate.

Ex epist. ad Gala. Lect. ij.

Nos natura Iudæi:
 & non ex gentibus
 peccatores. Scien-
 tes autem quòd non iusti-
 ficatur homo ex operibus
 legis nisi p̄ fidẽ Iesu Chri-
 sti: & nos in Christo Iesu
 credidim⁹, vt iustificemur
 ex fide Christi, & non ex
 operibus legis. Propterea
 q̄ ex operibus legis non
 iustificabitur omnis caro.
Quòd si quærentes iusti-
 ficari in Christo, inuenti
 sumus & ipsi peccatores:
 nunquid Christus peccati
 miniter est? Absit. Si em̄
 quæ destruxi iterum hæc
 ædifico. præuicatorem
 me constituo. Ego enim
 per legem, legi mortuus
 sum, vt deo viuã. Christo
 confixus sum cruci. Viuo
 autẽ, iam nõ ego: viuio ve-
 rò in me Christus. **Q**uod
 autem nũc viuio in carne,
 in fide viuio filij dei qui di-
 lexit me, & tradidit semet-
 ipsum pro me. Nõ abiicio
 gratiã dei, Si enim per le-

gem iustitia, ergo gratis
Christus mortuus est. O
insensati Galatz, quis vos
fascinauit nõ obedire veri-
tati, ante quorum oculos
Iesus Christus proscriptus
est, & in vobis crucifixus?
Hoc solũ à vobis volo di-
scere. Ex operibus legis spi-
ritum accepistis, an ex au-
ditu fidei? Sic stulti estis vt
cũ spiritu cõperitis, nunc
carne cõsummamini? Tan-
ta pasci estis sine causa? si
tamen sine causa. Qui er-
go tribuit vobis spiritũ, &
operatur virtutes in vobis:
ex operibus legis, an ex au-
ditu fidei? Sicut scriptum
est, Abrahã credidit deo:
& reputatum est illi ad ius-
titiam. Cognoscite ergo
qui ex fide sunt: ij sunt fi-
lij Abrahæ. Prouidens au-
tem scriptura: quia ex fide
iustificat gentes deus: pre-
nuntiauit Abrahæ, Quia
benedicentur in te omnes
gentes. Igitur qui ex fide
sunt: benedicentur cum fi-
deli Abraham. Quicumq;
enĩ ex operibus legis sunt:
sub maledicto sunt. Scri-
ptum est enim, Maledictus
omnis qui non permanse-

rit in omnibus quæ scripta
sunt in libro legis, vt faciat
ea. Quod autẽ in lege ne-
mo iustificatur apud deũ,
manifestũ est: quia iustus
ex fide viuit. Lex autem,
nõ est ex fide, sed qui fece-
rit ea homo: viuet in illis.
Christus nos redemit de
maledicto legis, factus p̄
nobis maledictũ (qa scri-
ptum est, Maledictus om-
nis qui pendet in ligno)
vt in gentibus benedictio
Abrahæ fieret in Christo
Iesu: vt pollicitationẽ spi-
ritus accipiamus per fidẽ.

¶ *Feria quarta, ex Eccle-
siastico. Lectio prima.*

Vae duplici corde, &
labijs scelestis, & ma-
nibus malefacienti-
bus, & peccatori terrã in-
gredienti duabus viis. Vt
dissolutis corde, qui non
credunt deo. & ideo non
protegentur ab eo. Vt iis
qui perdiderunt sustinen-
tiam, & qui dereliquerunt
vias rectas, & diuerterunt
in vias prauas. Et quid fa-
cietis, cũ inspicere cõpe-
rit dñs? Qui timent dñm,
non erũt incredibiles ver-
bo illi: & qui diligũt illũ,

conseruabunt vias illius. Qui timet dñm, inquirēt quæ beneplacita sunt ei: & qui diligunt eum, replebuntur lege ipsius. Qui timet dñm pparabūt corda sua, & in cōspectu illius sanctificabunt animas suas. Qui timet dñm, custodient mā data illius, & patientiā habebunt vsq; ad inspectionem illius, dicētes, Si poenitentia nō egerimus, incidemus in manus dñi, & non in manus hominum. Secundum enim magnitudinem ipsius, sic & misericordia illius cum ipso est. Fili sapientiæ, ecclesia iustorum. & natio illorum, obediētia, & dilectio. Iudiciū patris audite filij, & sic facite vt salui sitis. Deus enim honorauit patrē in filiis: & iudicium matris exquirens, firmavit in filios.

Ex epist. ad Gala. Lect. ij.

FRatres (secūdum hominē dico) tamen hominis cōfirmatū testatū nemo spernit, aut superordinat. Abrahæ dictæ sunt promissiones: & semini eius. Non dicit, Et feminibus quasi in multis

sed quasi in vno, Et semini tuo, qui est Christus. Hoc autē dico, testamētum cōfirmatum à deo: quæ post quadragintos, & triginta annos facta est lex, nō irritum facit ad euacuandam promissionem. Nam si ex lege hzreditas, iam nō ex promissione, Abrahæ autē per repromissionē donauit deus. Quid igitur lex? Propter transgressionem posita est, donec veniret semen cui promiserat: ordinata per angelos in manu mediatoris. Mediator autem vnus non est: deus autem vnus est. Lex ergo aduersus pmissa dei? Absit. Si enim data esset lex quæ posset viuificare: verè ex lege esset iustitia. Sed conclusit scriptura omnia sub peccato: vt promissio ex fide Iesu Christi daretur credentibus Prius autē quā veniret fides: sub lege custodiebamur conclusi, in eam fidem quæ reuelanda erat. Itaq; lex, pædagogus noster fuit in Christo: vt ex fide iustificemur At vbi venit fides: iam non sumus sub pædago. Qñs

enim filij dei estis per fidē
quæ est in Christo Iesu.
Quicumque enim in Chri-
sto baptizati estis: Christū
induistis. Non est Iudæus,
neq; Græcus, nō est seru⁹;
neq; liber, nō est mascul⁹
neq; femina. Omnes enim
vos, vnum estis in Christo
Iesu. Si autem vos Christi:
ergo semen Abraham estis,
secundū promissionē hæ-
redes. Dico autē, quanto
tempore hæres paruulus
est, nihil differt à seruo, cū
sit dñs omnium sed sub tuto-
ribus, & actoribus est vsq;
ad præfinitū tempus à pa-
tre: ita & nos, cūm essemus
paruuli, sub elementis mū-
di huius eramus seruiētes.
At vbi venit plenitudo tē-
poris misit Deus filiū suū
factū ex muliere, factum
sub lege vt eos qui sub le-
ge erant redimeret, vt ado-
ptionem filiorū recipere-
mus. Quoniā autē estis filij
dei: misit deus spiritū filij
sui in corda vestra, claman-
tem, abba, pater. Itaq; iam
nō est seru⁹: sed filius. Qd
si filius: & hæres per deū.

**¶ Feria. v. ex Ecclesiasti-
co. Lectio prima.**

Qui diligit deū, ex-
orabit pro peccatis
& continebit se
ab illis, & in oratione die-
rū exaudietur: & sicut qui
thesaurizat, ita & q̄ hono-
rificat matrem suam. Qui
honorat patrē suū, iueun-
dabitur in filiis, & in die o-
rationis suæ exaudietur.
Qui honorat patrē suum
vita viuet longiore. & qui
obedit patri, refrigerabit
matrem. Qui timet dñm,
honorat parentes, & qua-
si dominis seruiet his qui
se genuerunt. In opere &
sermone & omni sapientia
honorat patrē tuum, vt su-
perueniat tibi benedictio
à deo & benedictio ill⁹ in
nouissimo maneat. Bene-
dictio patris firmat domos
filiorum: maledictio autē
matris eradicat fundamen-
ta. Ne gloriaris in cōtume-
lia patris tui non enim est
tibi gloria, sed confusio,
gloria enim hominis ex ho-
nore patris sui, & dedecus
filij pater sine honore. Fi-
li, suscipe senectam patris
tui, & non contristes eum
in vita illius: & si defecerit
sensu, veniā da, & ne sper-

nas eum in virtute tua, elemosyna enim patris nõ erit in obliuione. Nam p peccato matris restituetur tibi bonum, & in iustitia ædificabitur tibi, & in die tribulationis commemorabitur tui, & sicut in sereno glacies, soluentur peccata tua. Quam malæ famæ est qui derelinquit patrem: & est maledictus à deo, qui exasperat matrẽ.

Exepist ad Galat. Lec. ij.

Sed tunc quidem igno-
rantes deũ, is, qui natura non sunt dij, ser-
uiebatis. Nũc autem cùm
cognoueritis deũ, imò cog-
niti sitis: à deo: quomodo
cõuertimini iterũ ad infir-
ma & egena elemẽta, qui-
bus denuò seruire vultis?
Dies obseruatis, & menses
& tẽpora, & annos. Timeo
vobis, ne sine causã labora-
uerim in vobis. Estote si-
cut ego, quia & ego sicut
vos: fratres obsecro vos.
Nihil me læsistis. Scitis au-
tem quòd per infirmitatẽ
carnis euangelizaui vobis
iampridem, & tentationẽ
vestram in carne mea non
spreuistis neq; respuistis,

sed sicut Angelũ dei acce-
pistis me, sicut Christũ Ie-
sum. Vbi est ergo beatitu-
do vestra? Testimoniũ em̃
perhibeo vobis quia si fie-
ri posset, oculos vestros e-
ruissetis, & dedissetis mihi.
Ergo inimicus vobis factus
sum verum dicens vobis?
Æmulatur vos non bene:
sed excludere vos volunt,
vt illos æmulemini. Bonũ
autem æmulamini in bo-
no semper: nõ tantum cũ
præsens sum apud vos. Fili-
oli mei, quos iterum par-
turio, donec formetur
Christus in vobis. Vellem
autẽ esse apud vos modo,
& mutare vocẽ meã: quo-
niam confundor in vobis.
Dicite mihi qui sub lege
vultis esse: legem nõ legi-
stis? Scriptũ est em̃, Quo-
niam Abrahã duos filios
habuit, vnum de ancilla,
& vnum de libera. Sed qui
de ancilla, secundum car-
nem natus est: qui autem
de libera, per repromissio-
nem: quæ sunt per allego-
riam dicta. Hęc enim sunt
duo testamenta. Vnũ qui-
dem in monte Sina, in ser-
uitutem generans: quæ est

Agar (Sina enim, mōs est in Arabia: qui coniunctus est ei, quæ nunc est Ierusalem) & seruit cū filiis suis. Illa autem quæ sursum est Ierusalem, libera est: quæ est mater nostra. Scriptū est enī, Lætare sterilis, quæ non parit, erumpe & clama, quæ nō parturit: quia multi filij desertæ, magis quā eius quæ habet virū. Nos autē fratres secundū Iaac promissionis filij sumus. Sed quæadmodū tūc is qui secundū carnem natus fuerat, persequabatur eum qui secundū spiritū, ita & nunc. Sed quid dicit scriptura? Eilce ancillā & filiū eius; non enim hæres erit filius ancillæ cū filio liberæ. Itaque fratres, non sumus ancillæ filij, sed liberæ: qua libertate Christus nos liberauit.

¶ Feria. vj. ex Ecclesiasti-
10. Lectio prima.

Fili, in mansuetudine opera tua perfice: & super hominum gloriam diligeris. Quātō magis es, humilia te in omnibus, & coram deo inuenies gratiam: quoniam ma-

gna potentia dei solius, & ab humilibus honoratur. Altiora te ne quæsieris, & fortiora te ne scrutat⁹ fueris: sed quæ præcepit tibi deus illa cogita semper, & in pluribus operibus eius ne fueris curiosus: non est enim tibi necessarium, ea quæ abscondita sunt videre oculis tuis. In superuacuis rebus noli scrutari multipliciter, & in pluribus operibus eius non eris curiosus. Plurima enī super sensum hominum ostensa sunt tibi. Multos enim supplantauit suspicio illorū, & i vanitate detinuit sensus illorum. Cor durū habebit male in nouissimo: & qui amat periculum, in illo peribit. Cor ingrediens duas vias, non habebit successus, & prauum cor in illis scādaliza-bitur. Cor nequam grauabitur in doloribus, & peccator adiciet ad peccandū. Synagogæ superborū nō erit sanitas, frutex enī peccati eradicabitur in illis, & nō intelligetur. Cor sapientis intelligetur in sapientia, & auris bona audiet eum

omni concupiscentia sapientiam, Sapiens cor, & intelligibile abstinebit se à peccatis, & in operibus iustitiæ successus habebit. Ignē ardētem extinguit aqua, & eleemosyna resistit peccatis. & deus spectator est eius, q̄ reddit gratiam. Meminit in posterū, & in tempore casus sui inueniet firmamentum.

Ex epistola Pauli ad Galatas. cap. 5.

Lectio. ij.

State: & nolite iterum iugo seruitutis contineri. Ecce ego Paulus dico vobis, quoniam si circumcidamini, Christus vobis nihil proderit. Testificor autē rursus omni homini circumcidenti se, quoniam debitor est vniuersæ legis faciendæ. Euacuati estis à Christo, qui in lege iustificamini: à gratia excidistis. Nos enim spiritu ex fide spem iustitiæ expectam⁹. Nam in Christo Iesu, neq; circumcisio aliquid valet, neq; præputium. sed fides quæ per charitatem operatur. Currebatis bene: quæ vos impediuit veritati nõ obedire? Nemini consense

ritis. Persuasio hæc, non est ex eo q̄ vocat vos. Modicum fermentum totam massam corrumpit. Ego confido in vobis in domino, quod nihil aliud sapientis, qui autē cõturbat vos, portabit iudicium, quicūque est ille. Ego autem fratres, si circumcisionē adhuc prædico: quid adhuc persecutionem patior? Ergo euacuatum est scandalum crucis. Utinam & abscindatur, qui vos conturbant. Vos enim in libertatē vocati estis fratres: tātum ne libertatem in occasionem detis carnis, sed per charitatem spirit⁹ seruitute inuicem. Omnis enim lex in vno sermōe impletur, Diliges proximū tuum sicut teipsam. Quod si inuicē mordetis & comeditis: videte ne ab inuicē cõsumamini. Dico autem in Christo: spū ambulate, & desideria carnis non perficietis. Caro enim concupiscit aduersus spiritum: spiritus autem aduersus carnē: hæc enim sibi inuicē aduersantur: ut non quæcunq; vultis, illa faciatis. Quod si

spiritu ducimini: non estis sub lege. Manifesta sunt autem opera carnis, quæ sunt fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, idolorum seruitus, veneficia, inimicitia, contentiones, emulationes, ira, rixa, dissensiones, sectæ, inuidia, homicidia, ebrietates, comestiones, & his similia, quæ prædico vobis sicut prædixi, quoniam qui talia agunt, regnum dei non consequentur. Fructus autem spiritus est: charitas, gaudium, pax, patientia, longanimitas, bonitas, benignitas, mansuetudo, fides, modestia, continentia, castitas. Aduersus huiusmodi, non est lex. Qui autem sunt Christi: carnem suam crucifixerunt cum vitis & concupiscentiis. Si spiritu viuimus: spiritu & ambulemus. Non efficiamur inanis gloriæ cupidit: inuicem prouocantes, inuicem inuidentes.

¶ Sabbato, ex Ecclesiasti sap. 4. Lectio prima.

Fili, elemosynam pauperis ne defraudes, & oculos tuos non trans-

uertas à paupe. Animam esurientem ne despexeris, & non exasperes pauperem in inopia sua. Cor inopis ne afflexeris, & non protrahas datum angustiati. Rogationem contribulati ne abieceris: & non auertas faciem tuam ab egeno. Ab inope ne auertas oculos tuos propter iram, & non relinquo querentibus tibi, retro maledicere. Maledicetis enim tibi in amaritudine animæ exaudietur deprecatio illius, exaudiet autem eum, qui fecit illum Congregationi pauperum affabilem te facito, & presbytero, humilia animam tuam, & magnato, humilia caput tuum. Declina pauperi sine tristitia aurem tuam, & redde debitum tuum, & responde illi pacifice in mansuetudine. Libera eum qui iniuriam patitur, de manu superbi. & non acide feras in anima tua. In iudicando esto pupillis misericors ut pater, & pro viro matri illorum: & eris tu uelut fili? altissimi obediens, & miseretur tui magis quam mater.

Ex epistola Pauli ad Gala
1. cap. 6.

Lectio. ij.

Fratres & si præoccu-
patus fuerit homo in
aliquo delicto. vos q
spūales estis huiuscemodi
instruite in spiritu lenita-
tis, cōsiderans teipsum, ne
& tu tēteris. Alter alterius
onera portate: & sic adim-
plebitis legē Christi. Nam
si quis existimat se aliquid
esse cū nihil sit: ipse se se-
ducit. Opus autē suū pro-
bet vnusquisq; & sic in se-
metipso tantum gloriā ha-
bebit, & nō in altero. Vnus
quisq; enim onus suū por-
tabit. Cōmunicet autem is
qui catechizatur verbo, ei
qui se catechizat in oībus
bonis. Nolite errare: deus
non irridetur. **Q**uā enim
feminaverit homo: hæc &
metet. **Q** noniam qui femi-
nat in carne sua: de carne
& metet corruptionē: qui
autem seminat in spiritu:
de spiritu metet vitam æ-
ternam. Bonam autem fa-
cientes, non deficiamus,
tempore enim suo mete-
mus non deficientes. Ergo
dum tēpus habemus, ope-
remur bonum ad omnes,

maximè autem ad dome-
sticos fidei. Videte quasi-
bus literis scripsi vobis
mea manu. Quicumq; em̄
volunt placere in carne. hi
cogunt vos circumcidi, tā-
tum vt crucis Christi per-
secutionem nō patiantur.
Neque enim qui circumci-
duntur, legem custodiūt,
sed volunt vos circumcidi:
vt in carne vestra glorien-
tur. Mihi autem absit glo-
riari, nisi in cruce domini
nostri Iesu Christi per quē
mihi mundus crucifixus
est, & ego mundo. In Chri-
sto enim Iesu, neq; circun-
ciso aliquid valet, neque
præputium: sed noua crea-
tura. Et quicumque hanc
regulā secuti fuerint: pax
super illos, & misericor-
dia, & super Israel dei. De
cætero nemo mihi mole-
stus sit. Ego enim stigma-
ta dñi Iesu, in corpore meo
porto. Gratia domini no-
stri Iesu Christi, cū spiritu
vestro fratres. Amen.

Donica. ij. Vagantium.
cap. 1. Lectio prima.

Sapientia filiis suis vi-
tam inspirat, & susci-
pit exquirentes se, &

Dominica. ij. Vagantium.

præbit in via iustitiæ, & qui illam diligit, diligit vitam. & qui vigilauerint ad illam, complectentur placorẽ eius. **Q**ui tenuerint illam, vitam hæreditabunt & quo introibit, benedicet deus. **Q**ui seruiunt ei obsequetes erunt sancto: & eos qui diligunt illam, diligit deus. **Q**ui audit illam, iudicabit gẽtes: & qui intuetur illam, permanebit confidens. Si crediderit ei, hæreditabit illam, & erunt in confirmatione creaturæ illorum: quoniam in temptatione ambulat cum eo, & in primis elegit eũ. Timorem & metum, & probationem inducet super illũ, & cruciabit illum in tribulatione doctrinæ suæ, donec tentet eum in cogitationibus suis, & credat animæ illius. Et firmabit illum, & iter adducet directum ad illum, & lætificabit illum, & denudabit abscondita sua illi, & thesaurizabit super illum scientiam, & intellectum iustitiæ. Si autem oberrauerit, derelinquet eum, & tradet eum in manus inimici sui,

Ex epistola Pauli ad Ephesios. cap. i.

Lectio. ij.

PAulus Apostolus Iesu Christi per voluntatem Dei, omnibus sanctis qui sunt Ephesi, & fidelibus in Christo Iesu, gratia vobis, & pax à Deo patre nostro, & Domino Iesu Christo. Benedictus Deus, & pater domini nostri Iesu Christi, qui benedixit nos in omni benedictione spiritali in celestibus in Christo, sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem vt essemus sancti & immaculati in conspectu eius in charitate: qui prædestinavit nos in adoptionem filiorum per Iesum Christum in ipsum: secundum propositum voluntatis suæ, in laudem gloriæ gratiæ suæ, in qua gratificauit nos in dilecto filio suo: in quo habemus redemptionem per sanguinem eius: remissionem peccatorum secundum diuitias gratiæ eius, quæ superabundauit in nobis in omni sapientia & prudentia, vt notum faceret nobis sacramentum voluntatis suæ, secundum

secundū beneplacitū eius, quod proposuit in eo, in dispensatione plenitudinis tēporum instaurare omnia in Christo, quæ in cælis, & quæ in terra sunt in ipso. In quo etiam & nos sortē vocati sumus: prædestinati secundum propositum eius, qui operatur omnia secundum consiliū voluntatis suæ, vt simus in laudē gloriæ eius nos, qui ante sperauimus in Christo, in quo & vos, cū audissetis verbum veritatis, euangelium salutis vestræ, in quo & credētes signati estis spiritu promissionis sancto, qui est pignus hereditatis nostræ in redemptionem acquisitionis in laudē gloriæ ipsius. Propterea & ego audiens fidē vestrā quæ est in Christo Iesu, & dilectionē in omnes sanctos: non cesso gratias agēs pro vobis, memoriā vestri faciens in orationibus meis, vt Deus (domini nostri Iesu Christi pater) gloriæ, det vobis spiritum sapientiæ & reuelationis, in agnitionē eius, illuminatos oculos cordis vestri, vt scia-

B.

N.

tis quæ sit spes vocationis eius, & quæ diuitiæ gloriæ hereditatis eius in sanctis, & quæ sit supereminēs magnitudo virtutis ei⁹ in nos qui credidimus secundum operationem potentiæ virtutis eius, quā operatus est in Christo, suscitans illum à mortuis, & constituēs ad dexteram suam in cælestibus, supra omnem principatum & potestatem & virtutem & dominationem, & omnem nomē quod nominatur non solum in hoc seculo, sed etiā in futuro. Et omnia subiecit sub pedibus eius: & ipsum dedit caput supra omnem ecclesiam, quæ est corpus ipsi⁹, & plenitudo eius, quæ oīa in omnibus adimpletur.

¶ Si hæc dominica celebratur ante septuagesimā, tūc aduertēdum q̄ in anno in quo epiphania Dñi venerit in die sabbati dicēda est hic. ij. lectio. In illo tempore ascendente Iesu. & oratio. Deus qui nos in tantis. quas inuenies in dominica. ij. Vagantium. In aliis autē annis dicēda sunt hic. ij. lect. & orō infra scripte.

Dominica. ij. Vagantium.

Secundum Mattheum.

Cap. 8. Lectio tertia.

In illo tempore, cum descēdit esset Iesus de monte sequuntur sunt eum turbę multę. Et ecce leprosus veniens adorabat eum. Et reliqua. **Homilia Origen.**

Docente in monte domino, discipuli erant cum ipso, sicut alacres, sicut domestici, sicut proximi, sicut amici vel fratres: quibus datum erat celestis doctrinę noscere secreta: per quam salutis scientiam etiam brutorum corda saluarent cęcorumque oculis, per mundana delectationis tenebras, caligantibus lucem patefacerent veritatis. Unde & dominus ad eos, vos (inquit) estis sal terrę: vos & luminaria mundi. Nunc verò descendente eo de monte turbę sequuntur sunt eum. In montem scilicet ascendere nequaquam poterant, ut pigri populi, ut negligentes, ut imperfecti: quia quos delictorum sarcina deprimat, ad mysteriorum sublimia nisi abiecto onere scendere minimè valent, Id-

circo & filij Israel primitus in montem ascendere non valuerunt, ad obuiandum Deo pergere non poterunt: propter suam irreligiositatem, & impietatem, quia Aegyptiaca graui conuersatione praepediabantur: sed solus Moses ascendit. & pauci seniorum Israel cum eo. Denique veluti tunc cum domino discipuli soli in montem ascenderunt: & tardiores deorsum steterunt. Sic & modo vigilantes & alacres & fideles animę, Deum timentes, & dominum diligentes, regna celestia desiderantes, Dominum semper sequentes, post dominum in illum montem celestem ascendunt, audientes apostolum dicentem, Quę sursum sunt querite, vbi Christus est, in dextera Dei sedens: quę sursum sunt sapite, non quę super terram.

Omnipotens sempiternus Deus infirmitatem nostram propitius respice: atque ad protegendum nos dexterę tuę maiestatis extende. Per.

Oratio.

Feria secunda, ex Ecclesiastico. Lectio prima.

Fili, conserua tempus, & deuita à malo. Pro anima tua ne confundaris dicere verum. est enim confusio adducens peccatum, & est confusio adducens gloriã & gratiam. Ne accipias faciẽ aduersus faciẽ tuam, nec aduersus animam tuam mēdaciũ. Ne reuereris proximum tuum in casu suo: nec retineas verbum in tēpore salutis. Non abscondas sapiẽtiam tuam in decore suo. In lingua enim sapiẽtia dignoscitur: & sensus, & sciẽtia, & doctrina in verbo sensati, & firmamētum in operibus iustitię. Non contradicas verbo veritatis vllomodo, & de mendacio in eruditionis tuę confundere. Non confundaris confiteri peccata tua, & ne subicias te omni homini pro peccato. Noli resistere cōtra faciẽ potētis, nec coneris contra ictum fluuij. Pro iustitia agonizare pro anima tua, & vsque ad mortem certa pro iustitia, & deus expugnabit p̄ te ini-

micos tuos. Noli citat^o esse in lingua tua & inutilis, & remissus in operib^o tuis. Noli esse sicut leo in domo tua, euertens domesticos tuos, & opprimens subiectos tibi. Non sit porrecta manus tua ad accipiendũ, & ad dandum collecta.

¶ Ex epistola Pauli ad Ephesios. Cap. 3.

Lectio secunda.

ET vos cū essetis mortui delectis, & peccatis vestris, in quibus aliquando ambulastis secū dum seculum mundi huius, secundum principem potestatis aeris huius spiritus qui nūc operatur in filios dissidentię, in quibus & nos omnes aliquādo cōuersati sumus in desyderiis carnis nostrę, facientes voluntatem carnis & cogitationum, & eramus natura filij irę, sicut & ceteri. de^o autem qui diues est in misericordia, propter nimiam charitatem suam qua dilexit nos, & cū essemus mortui peccatis, cōiunificauit nos Christo, cuius gratia estis saluati, & cōresuscitauit & confedere fecit in celesti-

bus in Christo, Iesu, vt ostenderet in seculis superuenientibus, abudantes diuitias gratiæ suæ in bonitate super nos, in Christo Iesu. Gratiæ enim estis saluati per fidem & hoc non ex vobis. Dei enim donum est; nõ ex operibus, vt ne quis gloriatur. Ipsius enim sumus factura: creasti in Christo Iesu in operibus bonis, quæ præparauit Deus, vt in illis ambulemus, Propter quod memores estote, quod aliquando vos eratis gentes in carne, qui dicebamini præputi ab ea quæ dicitur circumcisio in carne manufacta: quod eratis illo in tempore sine Christo, alienati à conuersatione Israel, & hospites testamentorum, promissionis spem non habentes, & sine Deo in hoc mundo. Nunc autem in Christo Iesu vos qui aliquando eratis longè, facti estis prope in sanguine Christi. Ipse enim est pax nostra, qui fecit vtraque vnũ, & medium parietem maceriæ, soluens inimicitias in carne sua: legem mandatorum decretis, eua-

cuans: vt duos cõdat in semetipso in vnum nouum hominem faciens pacem, vt reconciliet ambos in vno corpore, Deo per crucem, interficiens inimicitias in semetipso. Et veniens euangelizauit pacem vobis qui longè fuistis, & pacem iis qui prope: quoniã per ipsum habemus accessum ambo in vno spiritu, ad patrem. Ergo iam non estis hospites & aduenæ: sed estis ciues sanctorum & domestici Dei, super edificati super fundamentum apostolorum & prophetarum, ipso summo angulari lapide Iesu Christo: in quo omnis ædificatio constructa, crescit in templum sanctum in domino, in quo & vos coædificamini in habitaculum Dei in spiritu sancto.

Feria tertia, ex ecclesiastico. Cap. 5. Lectio. i.

Noli attendere ad possessiones iniquas, & ne dixeris, Est mihi sufficiens vita, nihil enim proderit in tempore vindictæ & obdutionis. Ne sequaris in fortitudine tua concupiscentiam cordis tui:

& ne dixeris. Quomodo potui? aut quis me subiciet, ppter facta mea? De^o enim vindicās vindicabit. Ne dixeris, Peccaui, & qd mihi accidit triste! Altissimus enim est patiens redditor. De propitiato peccato noli esse sine metu, neq; adicias peccatū super peccatum. Et ne dicas, Misericordia domini magna est, multitudinis peccatorū meorū miserebitur. Misericordia enim, & ira ab illo citō proximāt, & in peccatores respicit ira illius. Non trades cōverti ad dominum, & ne differas de die in diē, subito enim veniet ira illius, & in tēpore vindictæ disperdet te. Noli auxius esse in diuitiis iniustis, nō enim proderunt tibi in die obductionis & vindictæ. Non ventiles te in omnem ventum, & non eas in omnem viam, sic enim omnis peccator probatur in duplici lingua. Esto firm^o in via domini, & in veritate sensus tui & sciētia: & prosequatur te verbum pacis & iustitiæ. Esto mansuetus ad audiendum verbum dei

vt intelligas: & cum sapientia profer respōsum verū. Si est tibi intellectus, respōde proximo: sin autem, sit man^o tua super os tuū, ne capiaris in verbo indisciplinato, & confundaris. Honor & gloria ī sermone sensati: lingua verō imprudentis subuersio est ipsius. Non appelleris susurro in vita tua, & lingua tua ne capiaris & cōfundaris. Super furem enim est confusio, & pœnitentia, & deuoratio pessima super bilinguem: susurratori autē odium, & inimicitia & cōtumelia. Iustifica pusillū, & magnum similiter.

¶ Ex epistola Pauli ad Ephesios. Cap. 1. Lectio. iij.

H Vius rei gratia ego Paulus vinc^o Christi Iesu, pro vobis gentibus: si tamen audistis dispensationem gratiæ dei quæ data est mihi in vobis: quoniam secundum reuelationem notum mihi factum est sacramentū, sicut supra scripsi ī breui: prout potestis legentes intelligere prudentiā meam in mysterio Christi, quod aliis

generationibus non est a-
 gnitū filiis hominū, sicuti
 nūc reuelatum est sanctis
 Apostolis eius & prophe-
 tis in spiritu, gētes esse co-
 hæredes, & cōcorporales,
 & cōparticipes promissio-
 nis ei⁹ in Christo Iesu per
 euangelium, cuius factus
 sum ego minister secundū
 donū gratiæ Dei, quæ da-
 ta est mihi secundum ope-
 rationem virtutis eius. Mi-
 hi enim omnīū sanctorū
 minimo, data est gr̃a hæc.
 In gētibus euāgelizare in-
 uestigabiles diuitias Chri-
 sti, & illuminare omnes quæ
 sit dispensatio sacramenti
 absconditi à seculis in Deo,
 qui omnia creauit, vt inno-
 tescat principibus & pote-
 statibus in cælestibus, per
 ecclesiam, multiformis sa-
 pientia Dei, secundū præ-
 finitionem seculorū, quā
 fecit in Christo Iesu domi-
 no nostro, In quo habe-
 mus fiduciam & accessum
 in cōfidētia, per fidē eius.
 Propter quod peto, ne de-
 ficiatis in tribulationibus
 meis, p̃ vobis: quæ est glo-
 ria vestra. Huius rei gratia
 flecto genua mea ad patrē

Domini nostri Iesu Chri-
 sti, ex quo omnis paterni-
 tas in cælis & in terra no-
 minatur, vt det vobis secū-
 dum diuitias gloriæ suæ,
 virtutem corroborari per
 spiritum eius in interiori
 homine, Christum habi-
 tare per fidem in cordibus
 vestris, in charitate radica-
 ti & fundati, vt possitis cō-
 prehendere cum omnibus
 sanctis, quæ sit laticudo, &
 lōgitudō, & sublimitas, &
 profundum, scire etiā su-
 pereminētē scientiæ cha-
 riterem Christi, vt imple-
 amini in omnem plenitu-
 dinem Dei. Ei autem qui
 potens est omnia facere su-
 perabundanter quam peti-
 mus, aut intelligimus, secū-
 dum virtutem quæ opera-
 tur in nobis: ipsi gloria in
 ecclesia, & in Christo Iesu
 in omnes generationes se-
 culi seculorum. Am en.

¶ *Peria quarta, ex Eccle-
 siastico. cap. 6. Lectio. i.*

Noli fieri pro amico
 inimicus proximo:
 impropertū enim,
 & contumeliam malus hæ-
 reditabit, & omnis pecca-
 tor inuidus & bilinguis.

Non te extollas in cogitatione animæ tuæ, velut taurus: ne forte elidatur virtus tua per stultitiã, & folia tua comedat, & fructus tuos perdat, & relinquareis velut lignum aridũ in eremo, anima enim nequã disperdet qui se habet, & in gaudium inimicis dat illũ, & deducet in sortẽ impiorum. Verbum dulce multiplicat amicos, & mitigat inimicos: & lingua eucharis in bono homine abundat. Multi pacifici sint tibi, & consiliarius sũt tibi vnus de mille. Si possides amicum, in tẽtatione posside eũ, & ne facile credas ei teipsum. Est enim amicus secundũ tempus sũlũ, & non permanebit in die tribulationis. Et est amicũ qui cõuertitur ad inimicitia: & est amicus qui odiũ & rixa & conuincia denudabit. Est autem amicus socius mensæ, & non permanebit in die necessitati. Amicus si permãserit fixũ, erit tibi quasi cõequalis, & in domesticis tuis fiducia liter ager, si humiliauerit se cõtra te, & a facie tua ab

scõderit se, vnanimã habebis amicitia bonã. Ab inimicis tuis separare, & ab amicis tuis attende. Amicus fidelis: ptektio fortis: qui autem inuenit illum, inuenit thesaurum. Amico fidei nulla est comparatio, & non est digna ponderatio auri & argenti contra bonitatem fidei illiũ. Amicus fidelis medicamentum vitæ, & immortalitatis: & qui metuũt dominum, inuenient illum. Qui timet Deũ, æque habebit amicitia bonã: quomã secundum illũ erit amicus illius.

¶ Ex epistola Pauli ad Ephesios. Cap. 4. Lectio. ij.

Oblitro iraque vos ego vincit in domino, vt dignẽ ambuletis vocatione qua vocati estis, cum omni humilitate & mansuetudine, cũ patientia supportantes inuicem in charitate, solliciti seruare vnitatẽ spiritus, in vinculo pacis, vnũ corpus, & vnus spiritus: sicut vocati estis in vna spe vocationis vestræ. Vnus dominus, vna fides, vnum baptisma, Vnus deũ, & pater

omniū, qui super omnes & per omnia & in omnib⁹ nobis. Vnicuique autem nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi. Propter quod dicit. Ascendens in altum, captiuam duxit captiuitatem: dedit dona hominibus. Quod autem ascendit: quid est, nisi quia & descendit primum in inferiores partes terræ? Qui descendit: ipse est & qui ascendit supra omnes cælos, & ut impleret omnia. Et ipse dedit quosdam quidem apostolos, quosdam autē prophetas, alios verò euangelistas, alios autem pastores & doctores, ad cōsummationem sanctorū in opus ministerij in ædificatione corporis Christi: donec occurramus omnes in unitatem fidei & agnitionis filij Dei, in virum perfectū, in mensuram ætatis plenitudinis Christi: ut iam nō simus paruuli, fluctuantes, & circumferamur omni vēto doctrinæ in negtia hominum, in astutia ad circūuentionem erroris: veritatem autem faciētes in charitate, crescām⁹ in illo per omnia, qui est caput, Christus: ex quo totum corpus compactum & connexum per omnem iuncturā administrationis, secundum operationem in mēsuram vniuscuiusq; membri augmentum corporis facit in ædificationem sui in charitate. Hoc igitur dico & testificor in domino: ut iam non ambuletis sicut & gētes, ambulant in vanitate sensus sui, tenebris obscuratum habētes intellectū, alienati à vita Dei p ignorantiam quæ est in illis ppter cæcitatē cordis ipsorum, qui desperantes, semetipsos tradiderūt impuditiæ, in operatione immunditiæ omnis in avaritiam. Vos autem non ita didicistis Christum, si tamen illum audistis, & in ipso edocti estis, sicut est veritas in Iesu, deponere vos secundum pristinam cōuersionem veterem hominem: qui corrūpitur secundum desyderia erroris.

Feria quinta, ex Eccle-
Lect. ij.

Fili, à iuuetute tua ex-
 cepe doctrinā, & vsq;
 ad canos inuenies sa-
 pientiam. Quasi is, qui a-
 rat, & qui seminat, accede
 ad eam, & sustine bonos
 fructus illius, in opere em̄
 ipsius exiguum laborabis,
 & cito edes de generatio-
 nibus illius. Quam aspera
 est nimium sapiētia in do-
 ctis hominibus, & nō per-
 manebis in illa excors.
 Quasi lapidis virtus pro-
 batio erit in illis, & nō de-
 morabuntur proiicere il-
 lam. Sapiētia enim doctri-
 nę secundum nomen est
 eius, & non est multis ma-
 nifesta: quibus autem co-
 gnita est, permanet vsque
 ad conspectum Dei. Audi
 fili, & accipe consilium in-
 tellectus, & ne abiicias cō-
 silium meum: inice pedē
 tuum in compedes illius,
 & in torques illius collum
 tuum, subiice hamerum
 tuum, & porta illam, & ne
 acedieris vinculis eius. In
 omni animo tuo accede ad
 illā: & in omni virtute tua
 cōserua vias eius. Inuesti-
 ga illam, & manifestabitur
 tibi, & continens factus ne
 derelinquas eam, in nouis-
 simis em̄ inuenies requiē
 in ea, & cōuertetur tibi in
 oblectationem. Et erūt ti-
 bi compedes eius in prote-
 ctionē fortitudinis, & ba-
 ses virtutis, & torques illi⁹
 in stolam glorię, decor e-
 nim vitę est in illa, & vin-
 cula illius alligatura salu-
 tis. Stola glorię indues eā,
 & coronam gratulationis
 superpones tibi. Fili, si at-
 tenderis mihi, disces: & si
 accommodaueris animum
 tuum, sapiens eris. Si Inclī-
 naueris aurem tuam, exci-
 pies doctrinā: & si dilexe-
 ris audire, sapiens eris. In
 multitudine presbyterorū
 prudentium ista, & sapien-
 tię illorum ex corde con-
 iungere, vt omnem narra-
 tionem Dei possis audire,
 & prouerbia laudis nō ef-
 fugiant à te. Et si videris
 seosatum, euigila ad eum,
 & gradus ostiorum illius
 exterat pes tuus. Cogitatū
 tuū habe in præceptis dei,
 & in mandatis illius maxi-
 mē assiduus esto, & ipse
 dabit tibi cor, & concu-
 piscētia sapiētię dabitur
 illi.

Feria. v. Dñicx. ij. Vagantium.

¶ Ex epistola Pauli ad E-
phesios. Lectio secunda.

Renouamini autem
spiritu mētis vestrę:
& induite nouū ho-
minem qui secundū Deū
creat⁹ est in iustitia, & san-
ctitate veritatis. Propter
quod deponentes menda-
ciū, loquimini veritatem
vnusquisque cum proxi-
mo suo: quoniā sumus in-
uicem membra. Irascimi-
ni: & nolite peccare. Sol
non occidat super iracun-
diam vestram. Nolite locū
dare diabolo. Qui furaba-
tur iam nō furetur: magis
autē laboret, operādo ma-
nibus suis quod bonū est,
vt habeat vnde tribuat ne-
cessitatem patiēti. Omnis
sermo malus ex ore vestro
non procedat: sed si quis
bonus ad ædificationem sī
dei, vt det gratiam audien-
tibus. Et nolite contristare
spiritum sanctum Dei: in
quo signati estis in die re-
demptionis. Omnis amari-
tudo, & ira, & indignatio,
& clamor, & blasphemia
tollatur à vobis cum omni
malitia. Estote autem inui-
cē benigni, misericordes,

donantes inuicem, sicut &
Deus in Christo donauit
vobis. Estote ergo imita-
tores dei, sicut filij charis-
simi: & ambulate in dile-
ctione, sicut & Christ⁹ di-
lexit nos, & tradidit semet-
ipsum pro nobis oblatio-
nem & hostiā deo in odo-
rem suauitatis. Fornicatio
autē & omnis immūditia,
aut auaritia, nec nomine-
tur ī vobis, sicut decet san-
ctos: aut turpitudō: aut
stultiloquium, aut scurril-
itas, quæ ad rē nō p̄tinet:
sed magis gratiarū actio.
Hoc enim scitote intelligē-
tes, q̄ omnis fornicator, aut
immūdus, aut auar⁹, quod
est idolorū seruitus, nō ha-
bet h̄reditatem in regno
Christi & Dei. Nemo vos
seducat inanibus verbis,
propter hæc em̄, venit ira
dei in filios dissidētiæ. No-
lite ergo effici participes
eorū. Eratis em̄ aliquādo
tenebræ, nunc autē lux in
dño. Vt filij lucis ambula-
te, (Fructus enim lucis, est
in omni bonitate, & iusti-
tia, & veritate) probantes
quid sit beneplacitū Deo:
& nolite cōmunicare opo-

ribus in fructuosis tenebrarū, magis autem redargute. Quæ enim in occulto sūt ab ipsis, turpe est & dicere. Omnia autem quæ arguuntur: à lumine manifestātur. omne em̄ qđ manifestatur, lumē est. Propter quod dicit, Surge qui dormis, & exurge à mortuis: & illuminabit te Christus.

¶ **Feria sexta, ex Ecclesiastico. Cap. 7. Lectio. j.**

Noli facere mala, & nō te apprehendēt.

Discede ab iniquo & deficient mala abs te. Fili, non semines mala in sulcis iniustitiæ, & non metes ea in septuplū. Noli quærere ab homine ducatum, neque à rege cathedram honoris. Non te iustifices ante Deum, quoniā agnitor cordis ipse est & penes regem noli velle videri sapiens. Noli quærere fieri iudex, nisi valeas virtute irrumpere iniquitates: ne fortē extimescas faciē potentis, & ponas scandalum in agilitate tua. Non pecces in multitudinem ciuitatis, nec te immittas in populū, neque alliges du-

plicia peccata: nec enim in vno eris immunis. Noli esse pusillanimis in animo tuo. Exorare, & facere elemosynam ne despicias. Ne dicas, In multitudine munerum meorum respiciet Deus, & offerente me Deo altissimo, mūera mea suscipiet. Non irrideas hominem in amaritudine animæ: est enim qui humiliat & exaltat, circumspēctor deus. Noli arare mendaciū aduersus fratrem tuū: neque in amicum similiter facias. Noli velle mentiri omne mendaciū: assiduitas enim illius non est bona. Noli verbosus esse in multitudine presbyterorū, & non iteres verbum in oratione tua. Non oderis laboriosa opera, & rusticationem creatam ab altissimo. Nō te reputes in multitudine indisciplinatorū. Memento iræ, quoniam non tardabit.

¶ **Ex epistola Pauli ad Ephesios. Lectio secunda.**

Videte itaque fratres quomodo caute ambuletis, nō quasi insipientes, sed vt sapientes:

Sabbato.

redimentes tempus, quoniam dies mali sunt. Propterea nolite fieri imprudētes: sed intelligētes quæ sit voluntas dei. Et nolite inebriari vino in quo est luxuria, sed implemini spiritu sancto, loquentes vobismetipsis in psalmis, hymnis, & canticis spiritualibus, cātantes & psallentes in cordibus vestris domino. gratias agentes semper pro omnibus, in nomine domini nostri Iesu Christi, Deo & patri. Subiecti inuicē in timore Christi. Mulieres viris suis subditæ sint, sicut domino: quoniā vir caput est mulieris sicut Christus, caput est ecclesie. ipse: saluator corporis eius. Sed sicut ecclesia subiecta est Christo: ita & mulieres viris suis in omnib⁹. Viri, diligite vxores vras, sicut & Christus dilexit ecclesiam, & seipsum tradidit pro ea: vt illam sanctificaret, mundans eam lauacro aquæ in verbo vitæ, vt exhiberet ipse sibi gloriosam ecclesiam non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid huiusmodi, sed vt

sit sancta & imaculata. Ita & viri debent diligere vxores suas vt corpora sua. Qui suā vxorem diligit, seipsum diligit. Nemo enim vnquā carnem suam odio habuit: sed nutrit & fouet eā, sicut & Christus ecclesiam, quia membra sumus corporis eius: de carne ei⁹ & de ossibus eius. Propter hoc relinquet homo patrē & matrem suam: & adheret vxori suæ, & erunt duo in carne vna Sacramētum hoc magnum est, ego autem dico in Christo & in ecclesia. Veruntamen & vos singuli vnusquisque vxorem suā sicut seipsum diligat: vxor autem timeat virum suum.

Sabba. ex Ecclesia. Le. 1.

Humilia valdē spiritum tuum: quoniā vindicta carnis impij, ignis & vermis. Noli præuaricari in amicum pecuniam differentem, neq; fratrem charissimum in auro spreueris. Noli discedere à muliere sensata & bona quā fortitus es in timore domini: gratia enim verrecundie illius super au-

rum. Non ledas seruum in veritate operantem, neque mercenarium, dantē animam suam. Seruus sensatus sit tibi dilectus quasi anima tua, non defraudes illum libertate: neque inopem derelinquas illum. Pecora tibi sunt, attende illis: & si sunt vtilia, perseueret apud te. Filij tibi sunt, erude illos, & curua illos à pueritia eorum. Filiz tibi sunt, serua corp⁹ illarum: & non ostendas hilarem faciem tuam ad illas. Trade filiā, & grande opus feceris, & homini sensato da illam. Mulier si est tibi secundam animam tuam, non proicias illam, & odibile non credas te in toto corde tuo. Honora patrē tuū, & gemitus matris tuæ ne obliuiscaris. Memento quā nisi per illos natus nō fuisset: & retribue illis, quomodo & illi tibi. In tota anima tua time dominum, & sacerdotes illius sanctifica. In omni virtute tua dilige eum qui te fecit: & ministros eius non derelinquas. Honora deum ex tota anima tua, & honorifica

sacerdotes, & propurga te cum brachiis. Da illis partem, sicut mandatum est tibi primitiarum & purgationis: & de negligētia tua purga te cum paucis. Datum brachiorum tuorum & sacrificium sanctificationis offeres domino: & initia sanctorum: & pauperi porrige manum tuam, vt perficiatur propitiatio, & benedictio tua. Gratia dati in cōspectu omnis viuentis, & mortuo non prohibeas gratiā. Non desis plorantibus in consolatione, & cum lugētibus ambula. Non te pigeat visitare infirmum, ex his enim in dilectione firmaberis. In omnibus operibus tuis memorare nouissima tua, & in eternum non peccabis.

¶ *Ex epistola Pauli ad Ephesios. Cap. 6. Lectio. ij.*

Filij, obedite parentibus vestris in Domino, hoc enim iustum est. Honora patrem tuum & matrem tuam: quod est mandatum primū in promissione, vt bene sit tibi, & sis longæuus super terrā. Et vos patres nolite ad irā

Sabbato.

cundiam prouocare filios vestros: sed educate illos in disciplina & correptione domini. Serui obedite dominis carnalibus, cū timore & tremore, in simplicitate cordis vestri, sicut Christo: nō ad oculum seruientes, quasi hominibus placētes, sed vt serui Christi facientes voluntatem Dei ex animo cum bona voluntate seruientes: sicut domino & non hominib⁹, scientes quoniā vnusquisque quodcunque fecerit bonum hoc recipiet à domino, siue seruus, siue liber. Et vos domini, eadem facite illis, remittentes minas, scientes quòd & illorum & vester dominus est in cælis: & personarum acceptio non est apud Deum. De cætero, fratres, confortamini in domino, & in potentia virtutis eius. Induite vos armaturam dei: vt possitis stare aduersus insidias diaboli: quoniam nō est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinē sed aduersus principes & potestates, aduersus mundales rectores tenebrarum ha-

rum, contra spiritualia nequitia in cælestibus. Propterea accipite armaturam dei: vt possitis resistere in die malo, & in omnibus perfecti stare. State ergo succincti lumbos vestros in veritate, & indui lorica iustitiæ, & calceati pedes in preparationem euangelij pacis: in omnibus sumētes scutū fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere, & galeā salutis assumite: & gladiū spiritus, quod est verbum Dei. Per omnem orationē & obsecrationem orantes enim tempore in spiritu: & in ipso vigilantes in omni instantia, & obsecratione pro omnibus sanctis: & pro me, vt detur mihi sermo in apertione oris mei cum fiducia, notum facere mysterium euangelij, pro quo legatiōe fungor in cætena, ita vt in ipso audeā, prout oportet me loqui. Vt autē & vos sciatis quæ circa me sunt, quid agam: omnia vobis nota faciet Tychicus, charissimus frater & fidelis minister in domino: quem misi ad vos in

hoc ipsum, ut cognoscatis
quæ circa nos sunt, & con
solentur corda vestra. Pax
fratribus & charitas cum fi
de à Deo patre nostro, &
Domino Iesu Christo. Gra
tia cum omnibus qui dili
gunt dominum nostrum
Iesum Christum in incor
ruptione. Amen.

Dñica tertia Vagantiū,
ex Ecclesiast. cap. 8. Lec. j.

Non litiges cum ho
mine potète, ne for
tè incidas in manus
illius. Non cõtendas cum
viro locuplete, ne fortè e
contra cõstituat litem tibi.
Multo enim perdidit au
rũ, & argentũ, & vsque ad
cor regum extendit, & cõ
uertit. Nõ litiges cũ homi
ne linguato, & non strues
in ignem illius ligna. Non
cõmunicas hominĩ indo
cto, ne mala de progenie
tua loquatur. Ne despicias
hominem auertentem se à
peccato, neq; improperes
ei. Memento quoniam om
nes in corruptione su
mus. Ne spernas hominẽ
in sua senectute: etiam ex
nobis senescunt. Noli de
mortuo, inimico tuo, gau

dere, sciẽs quĩ oẽs morie
mur, & in gaudiũ volum⁹
venire. Ne despicias narra
tionẽ presbyterorũ sapiẽ
tiã & in proverbiiis eorum
conuersare. Ab ipsis enim
disces sapiẽtiã, & doctri
nam intellectus, & serui
re magnatis sine querela.
Non te prætereat narratio
seniorũ: ipsi enim didice
runt à patribus suis, quĩ ab
ipsis disces intellectũ, & in
tempore necessitatis dare
respõsum. Non incendas
carbones peccatorum ar
guens eos, & ne incẽdaris
flãma ignis peccatorũ illo
rũ. Ne cõtra faciẽ stes con
tumeliosi, ne sedat quasi
insidiator ori tuo. Noli fœ
nerari homini fortiori te:
quĩ si fœneraueris, quasi p
ditum habe. Non spõdeas
super virtutem tuam: quĩ si
spõpõderis, quasi restitus
cogita. Non iudices con
tra iudicem, quoniam secũ
dum quod iustum est, iu
dicat. Cum audace nõ eas
in via, ne fortè grauet ma
la tua in te: ipse enim se
cundum voluntatem suam
vadit, & simul cum stulti
tia illius peries.

Dominica. iij. Vaganrium.

¶ Ex epistola prima ad
Thessaloni. cap. j. Lect. ij.

PAulus, & Siluanus, &
Timotheus ecclesie
Thessalonicensium in
Deo patre nostro & domi
no Iesu Christo gratia vo
bis, & pax. Gratias agimus
Deo semper pro omnib⁹:
vobis: memoriam vestri
facientes in orationibus no
stris sine intermissione, me
mores operis fidei vestre
& laboris, & charitatis, &
sustinetie spei domini no
stri Iesu Christi, ante Deū
& patrem nostrum. Scien
tes fratres dilecti, à Deo e
lectionem vestram: quia
euangelium nostrum non
fuit ad vos in sermone tan
tum, sed & in virtute, & in
spiritu sancto, & in pleni
tudine multa, sicuti scitis
quales fuerimus in vobis
propter vos. Et vos imita
tores nostri facti estis, &
domini: excipientes ver
bum in tribulatione mul
ta cum gaudio spiritus san
cti: ita vt facti sitis forma
omnibus credentibus, in
Macedonia, & in Achaia.
A vobis enim diffamatus
est sermo domini. non so

lum in Macedonia, & in
Achaia, sed & in omni lo
co fides vestra que est ad
deū, profecta est, ita vt nō
sit nobis necesse quicquā
loqui. Ipsi enim de nobis
annuntiat, qualem introi
tum habuerimus ad vos: &
quomodo cōuersi estis ad
Deum à simulachris serui
re deo viuo & vero, & ex
pectare filium eius de cœ
lis (quē suscitauit ex mor
tuis) Iesum, q̄ eripuit nos
ab ira ventura. Nam & ipsi
scitis fratres introitum no
strum ad vos quia non in
anis fuit: sed ante passi mul
ta & cōtumeliis affecti (si
cuti scitis) in Philippis, si
duciam habuimus in Deo
nostro loqui ad vos euan
gelium Dei in multa soli
citudine. Exhortatio enim
nostra non de errore neq;
de immundicia, neque in
dolo: sed sicut probati su
mus à deo vt crederetur
nobis euangelium, ita lo
quimur: non quasi homi
nibus placentes, sed Deo
qui probat corda nostra.
Neque enim aliquādo fui
mus in sermone adulationis,
sicuti scitis: neque in
occasione

occasione auaritiæ, Deus testis est: nec querentes ab hominibus gloriam, neque à vobis neque ab aliis, cui possemus vobis oneri esse, vt Christi apostoli sed facti sumus paruuli in medio vestri, tanquam si nutritrix foueat filios suos: ita desyderantes vos cupidè, volebamus tradere vobis non solum euangelium dei, sed etiam animas nostras: quoniam charissimi nobis facti estis. Memores enim estis, fratres laboris nostri & fatigationis, nocte & die operates, ne què vestrum grauaremus: predicauimus in vobis euangelium dei. Vos testes estis & deus, & sanctè & iuste & sine querela vobis, qui credidistis affuimus: sicut scitis qualiter vnūquenque vestrum (sicut pater filios suos) deprecantes vos & consolantes, testificati sumus vt ambularetis digne Deo, qui vocauit vos in suum regnum & gloriam.

¶ Si hæc Dominica celebrabitur ante septuagesimam, tunc aduertendum, quod in anno in quo epiphania

E.

N.

Dñi venerit in die sabbati dicenda est hic. iij. lectio.
In illo tempore, dixit Iesus discipulis suis. & orō. *Familiam tuā. quas inuenies Dñica. iij. Vagantiū.*
In aliis autem annis dicendæ sunt hic tertia lectio & oratio infra scriptæ.

Secundum Matth. cap. 8.

Lectio tertia.

In illo tempore, ascendente Iesu in nauiculā, sequuti sunt eum discipuli eius & ecce motus magnus factus est in mari, ita vt nauicula operiretur fluctibus. Et reliqua.

Homilia Origenis.

Ingrediente domino in nauiculam sequuti sunt eum discipuli eius. Non imbecilles, sed firmi & stabiles in fide mansueti, & pij spernentes mundum non duplici corde, sed simplici. Hi ergo sequuti sunt eum non tantum egressus eius sequentes sed magis sanctitatem eius comitantes, & iustitiam eius sectantes. Et ecce tempestas magna facta est in mari: ita vt nauicula operiretur fluctibus. Cum enim multa ma-

gna & miranda ostendisset plus magis desiderarent
 in terra, trássit ad mare, vt ad liberandum se per mi-
 & ibidem adhuc excellentiora opera demonstraret: rabilia saluatoris. Domi-
 quatenus terræ marisque nus verò dormiebat, O-
 dominum se esse cunctis res mirabilis & super da-
 ostenderet. Ingressus ergo ls qui nūquam obdormit,
 nauiculā fecit turbare ma- dormit. Is qui nunquam
 re, commouit ventos, con- dormit neque dormitat, ip-
 citauit fluctus. Cur hoc? se dormire dicitur. Dor-
 ideo vt discipulos mitte- miebat quidem corpore,
 ret in timorem, & suum au- sed vigilabat diuinitate.
 xilium postularent: suam- Dormiebat quidem cor-
 que potentiam rogantib⁹ pore sed diuino nutu tur-
 manifestaret. Ipsa tempe- babat mare. Erigebantque
 stas non ex se oborta est: fluctus, & apostolos con-
 sed potestati paruit impe- turbabat suam ostensurus
 rantis eius qui educit ven- potentiam. *Oratio.*
 tos de thesauris suis: qui **D**Eus, qui nos in tan-
 terminum mari arenam cō- tis periculis consti-
 stituit. Dixit enim ei: Vt- tutos pro humana
 que huc venies, & non vl- scis fragilitate non posse
 tra gradieris: sed in semet- subsistere: da nobis salutē
 ipso confringetur fluctus mentis, & corporis: vt ea,
 tui. Huius ergo iussione quæ pro peccatis nostris
 & præcepto orta est tem- patimur, te adiuuante via
 pestas in mari: propter oc- camus: Per dominum.
 casiones superius memo- *¶ Feria. ij. ex Ecclesiasti-*
 ratas. Facta est tempestas *40. Lectio prima.*
 magna & non pusilla: vt **C**um iracundo nō sa-
 magnum opus & non pu- cias rixam, & cū au-
 fillum ostenderet. *Q*uan- dace nō eas in deser-
 toque fluctus nauiculæ ir- tum: quoniam quasi nihil
 ruebāt: tantò magis timor est ante illū sanguis, & vbi
 discipulos conturbabat: vt non est adiutorium, elidet
 te. Cum fatuis consilium

non habeas: non enim poterūt diligere, nisi quæ eis placent. Coram extraneo non facies consilium: nefcis enim quid pariet. Nō omni homini cor tuū manifestes: ne fortè isferat tibi gratiam falsam, & conuicietur. Non zeles mulierem sinus tui, ne ostendat super te malitiam doctrinæ nequam. Non des mulieri potestatem animæ tuæ: ne ingrediatur in virtute tua, & confundaris. Ne respicias mulierem multivolum: ne fortè incidas in laqueos illius. Cū saltatrice ne assiduus sis: nec audias illam, ne fortè pereas in efficacia illius. Virgine ne cōspicias, ne fortè scandalizeris in decore illius. Ne des fornicariis animā tuam in vilo: ne perdas te, & hereditatem tuam. Noli circumspicere in vicis civitatis ne oberraveris in plateis illius. Auerte faciē tuam à muliere compræ, & ne circūspicias speciem alienam, propter speciem mulieris multi perierūt: & ex hoc concupiscentia quasi ignis exardescit. Omnis mu-

lier quæ est fornicaria, quasi stercus in via ab omnibus prætereuntibus concalcabitur. Specie mulieris alienæ multi admirati reprobi facti sunt: colloquiū enim illius quasi ignis exardescit. Cū aliena muliere non sedeas omnino: nec accumbas cū ea supercubitū: & nō alterceris cū illa in vino, ne fortè declinet cor tuū i illā, & sanguine tuo labaris i pditionē.

Ex epistola. j. ad Thessalonicenses. Lectio secunda.

IDeo & nos gratias agimus deo sine intermissione. quoniam cū accepissetis à nobis verbum audit⁹ dei, accepistis illud nō vt verbum hominum, sed (sicut est vere) verbum dei qui operatur in vobis qui credidistis vos enim imitatores facti estis fratres, ecclesiarum dei quæ sunt in Iudæa, in Christo Iesu: quia eadē passi estis & vos à contribulibus vestris, sicut & ipsi à Iudæis, qui & dominum occiderunt Iesum, & prophetas, & nos persequuti sunt, & deo nō placent: & omnibus homi-

nibus aduersantur, prohibentes nos gētibus loqui, vt salui fiant, vt impleant peccata sua semper. peruenit enim ira dei super illos vsq; in finem. Nos autem, fratres desolati à vobis ad tempus horæ, aspectu, nō corde: abundantius festinauimus faciem vestram videre cum multo desyderio: quoniam volumus venire ad vos, ego quidem Paulus, & semel & iterum: sed impediuit nos satanas. Quæ est enim nostra spes aut gaudium, aut corona gloria? Nōne vos ante dominū nostrū Iesum Christum estis in aduētū eius? vos enim estis gloria nostra & gaudium. Propter quod non sustinentes amplius, placuit nobis remanere Athenis, solis, & misi mus Timotheum fratrem nostrum & ministrū dei in euāgelio Christi, ad cōfirmandos vos & exortādos p̄ fide vestra: & nemo moueatur in tribulationibus istis, ipsi enim scitis quōd in hoc positi sumus. Nam & cū apud vos essemus, p̄ dicebamus vobis passu-

ros nos tribulationes, sicut & factum est, & scitis. Propter eā & ego amplius non sustinens, nisi ad cognoscendam fidem vestrā: ne fortē tentauerit vos is qui tentat, & inanis fiat labor noster. Nunc autē veniēte Timotheo ad nos à vobis, & annūtiante nobis fidē & charitatem vestrā, & quia memoriam nostri habetis bonam semper desyderātes nos videre, sicut & nos quoq; vos: ideo cōsolati sumus fratres, vobis in omni necessitate & tribulatione nostra, per fidē vestram quoniam nunc viuimus: si vos statis in Domino. Quā enim gratiarū actionem possumus Deo retribuere pro vobis, in omni gaudio quo gaudemus propter vos ante deū nostrū, nocte ac die abundantius orantes vt videamus faciem vestram, & cōplecamus ea quæ desunt fidei vestræ? Ipse autē deus & pater noster & dominus Iesus Christus dirigat viā nostram ad vos. Vos autē Dominus multiplicet, & abundare faciat charitatē

vestra in inuicem & in omnes: quemadmodum & nos in vobis ad confirmandam corda vestra sine querela, in sanctitate ante deum & patrem nostrum, in aduentu domini nostri Iesu Christi cum omnibus sanctis eius. Amen.

¶ *Feria. iij. ex Ecclesiastico. Lectio prima.*

NE derelinquas amicum antiquum: nouus enim non erit similis illi. Vinum nouum, amicus nouus: veterascet, & cum suauitate bibes illud. Non zeles gloriam: & opes peccatoris, non enim scis quae futura sit illius subuersio. Non placeat tibi iniuria iniustorum, sciens quoniam vsque ad inferos non placebit impius. Longe abesto in homine potestatem habente occidendi, & non suspicaberis timorem mortis: & si accesseris ad illum, noli aliquid committere, ne forte auferat vitam tuam. Communionem mortis scito: quoniam in medio laqueorum ingredieris, & super dolentium arma ambulabis. Secundum virtutem

tuam caue te à proximo tuo, & cum sapientibus & prudentibus tracta. Viri iusti sint tibi conuix, & in timore dei sit tibi gloriatio, & in sensu sit tibi cogitatus dei, & omnis enarratio tua in praeceptis altissimi. In manu artificum opera laudabuntur, & princeps populi in sapientia sermonis sui, in sensu vero seniorum verbum. Terribilis est in ciuitate sua homo linguosus, & temerarius in verbo suo odibilis erit.

ex epistola. j. ad Thesalonicenses. cap. 4. Lectio. ij.

DE cetero ergo fratres, rogamus vos & obsecramus in domino Iesu: ut quemadmodum accepistis à nobis quomodo oporteat vos ambulare & placere deo, sic & ambuletis, & abúdetis magis. Scitis enim quae praecepta dederim vobis per dominum Iesum. Haec est enim voluntas dei, sanctificatio vestra, ut abstineteis vos à fornicatione: ut sciat vnusquisque vestrum vas suum possidere in sanctificatione, & honore, non

Feris. iij. Dñice. iij. Vagantium.

in passione desiderij, sicut gentes quæ ignorant deum, & ne quis supergre diatur neque circūueniat in negotio fratrem suum: quoniam vindex est dominus de his omnibus, sicut prædiximus vobis, & testificati sumus: non enim vocauit nos deus in immunditiam: sed in sanctificationem. Itaque qui hæc spernit, nõ hominem spernit, sed deum, qui etiam dedit spiritum suum sanctum in nobis. De charitate autem fraternitatis, non necesse habemus scribere vobis: ipsi enim vos a deo didicistis, vt diligatis inuicem. Etenim illud facitis in omnes fratres in vniuersa Macedonia. Rogamus autem vos fratres, vt abúdetis magis: & operá detis vt quieti sitis, & vt vestrum negotiú agatis, & operemini manibus vestris, sicut præcepimus vobis, & vt honeste ambuletis ad eos qui foris sunt & nullius aliquid desideretis. Nolumus autem vos ignorare fr̄es de dormientibus: vt nõ contristemini, sicut & cæteri qui

spem non habent. Si enim credimus q̄ Iesus mortuus est & resurrexit: ita & deus eos qui dormierunt per Iesum, adducet cū eo. Hoc enim vobis dicimus in verbo domini, quia nos q̄ viuimus, qui residui sumus in aduentū dñi, non præuenimus eos qui dormierunt. Quoniam ipse dñs in iussu & in voce Archàngeli & in tuba dei descendet de caelo, & mortui q̄ in Christo sunt, resurgent primi, deinde nos qui viuimus, qui relinquimur, simul rapiemur cum illis in nubibus obuiá Christo in aera, & sic semper cum domino erimus. Itaq; consolamini inuicem in verbis istis.

¶ Feris. iij. ex Ecclesiastico. cap. 10. Lectio prima.

Iudex sapiens iudicabit populum suum, & principatus sensati stabilis erit. Secundū iudicé populi, sic & ministri eius, & qualis rector est ciuitatis, tales & inhabitantes in ea. Rex insipiens perdet populum suum, & ciuitates inhabitabútur per sensum prudentium. In ma-

nu dei potestas terræ, & execrabilis omnis iniquitas gentium, & vtilem rectorem suscitabit in tempus super illâ. In manu dei potestas hominis, & super faciem scribæ imponet honorem suum. Omnis iniuriæ proximi ne memineris, & nihil agas in operibus iniuriæ. Odibilis coram deo est & hominibus superbia: & execrabilis omnis iniquitas gentium. Regnum à gente in gentem transfertur propter iniustitias: & iniurias, & contumelias, & diuersos dolos. Avaro autem nihil est scelestius. **Q**uid superbit terra & cinis? Nihil est iniquius, quàm amare pecuniam: hic enim & animam suam venalè habet: quoniam in vita sua proiecit intima sua. Omnis potentatus brevis vita. Languor prolixior grauat me dicum. Breuem languorè præcidit medicus: sic & rex hodie est, & cras morietur. Cùm enim morietur homo: hæreditabit serpentes, & bestias, & vermes. Initium superbiæ hominis: apostata-

re à deo: quoniam ab eo quifecit illi, recessit cor eius, quoniam initiu omnis peccati est superbia, & tenuerit illâ, adimplebitur maledictis, & subuertet eum in finem. Propterea exhorauit dominus conuentus malorum, & destruxit eos vsque in finem.

Ex epistola. ad Thessalonicenses. cap. 5. Lectio. ij.

DE temporibus autè & momentis fratres, nō indigetis vt scribamus vobis. Ipsi enim diligenter scitis quia dies domini, sicut fur in nocte, ita veniet, cū enim dixerint, pax & securitas: tunc repentinus eis superueniet interitus, sicut dolor in vtero habentis, & nō effugient. Vos autè fratres non estis in tenebris: vt vos dies illa tãquam fur cōprehendat, omnes enim vos, filij lucis estis: & filij diei, nō sumus noctis neq; tenebrarū. Igitur non dormiamus sicut & ceteri sed vigilemus & sobrij simus. **Q**ui enim dormiunt, nocte dormiunt, & qui ebrij sunt, nocte ebrij sunt. Nos autem qui

diei sumus, sobrii simus, induti lorica[m] fidei & charitatis, & galea[m] spem salutis, quoniam non posuit nos de^o in iram, sed in acquisitionem salutis per dominu[m] nostru[m] Iesum Christum, qui mortuus est pro nobis, vt siue vigilemus, siue dormiamus, simul cu[m] illo viuamus. Propter qd[em] consolamini inuicem, & ædificate alterutrum, sicut & facitis. Rogamus autem vos fratres, vt noueritis eos qui laborat inter vos, & præsumt vobis in domino, & monent vos: vt habeatis illos abundatius in charitate propter opus illorum pacem habete cum eis. Rogamus autem vos fratres, corripite inuitos, consolamini pusillanimes: suscipite infirmos, patientes estote ad omnes. Videte ne quis malu[m] pro malo alicui reddat: sed sepe pro quod bonum est secta mini in inuicem, & in omnes. Semper gaudete. sine intermissione orate. In omnibus gratias agite, hæc est enim voluntas Dei in Christo Iesu in omnibus

vobis. Spiritu[m] nolite extinguere. Prophetias nolite spernere. Omnia autem probate, quod bonum est tenete. Ab omni specie mala abstinete vos. Ipse autem deus pacis sanctificet vos per omnia: vt integer spiritus vester & anima & corpus sine querela, in aduentu domini nostri Iesu christi conseruetur. Fidelis est qui vocauit vos: qui etiam faciet. Fratres, orate pro nobis. Salutate fratres omnes in osculo sancto. Adiuro vos per dominum, vt legatur epistola hæc omnibus sanctis fratribus. Gratia domini nostri Iesu christi vobiscum. Amen.

¶ *Feria. v. ex Ecclesiasticis.*
lectio prima.

Sedes ducum superborum destruxit Deus, & sedere fecit mites pro eis. Radices gentium superbarum arefecit de^o, & plauit humiles ex ipsis gentibus. Terras gentium euertit Dominus, & perdidit eas vsque ad fundamentum. Arefecit deus ex ipsis, & disperdidit eos, & cessare fecit memoriam

eorum à terra. Memoriam
superhorū perdidit deus,
& reliquit memoriam hu-
milis sensu. Non est crea-
ta hominibus superbia ne-
que iracundia nationi mu-
lierum. Semen hominum
honorabitur hoc, quod ti-
met Deum. semen autem
hoc ex honorabitur, quod
preterit mandata domini.
In medio fratrum rector
illorum in honore: & qui
timent dominum, erūt in
oculis illius. Gloria diui-
tum, honoratorū, & pau-
perum, timor dei est: non
despicere hominem iu-
stum pauperum, & nō ma-
gnificare virum peccato-
rem diuitem. Magnus est
iudex, & potens est in ho-
nore: & non est maior il-
lo qui timet Deum. Ser-
uo sensato liberi seruiant:
& vir prudens & discipli-
nat⁹ nō murmurabit cor-
reptus, & inscius non ho-
norabitur. Noli extollere
te in faciendo opere tuo,
& noli cunctari in tempo-
re angustie. Melior est qui
operatur, & abundat in o-
mnibus quā qui gloria-
tur, & eget pane, Fili mi,

in mansuetudine serua a-
nimam tuam, & da illi ho-
norem secundum meritū
suum. Peccantem in ani-
mam suam quis iustifica-
bit? & quis honorificabit
ex honoratē animā suā?
Pauper gloriatur per di-
sciplinam & timorem suū:
& est homo qui honorifi-
catur propter substantiam
suam. Qui autem gloria-
tur in paupertate, quantū
magis in substantia? Et qui
gloriatur in substantia, pau-
pertatem vereatur.

*Ex epistola Pauli ad Thes-
salonicenses. cap. i. Lec. ij.*

PAULUS & Siluanus &
Timothæus, ecclesiæ
Thessalonicensium in
Deo patre nost^o & Do-
mino Iesu Christo, gra-
tia vobis & pax à deo pa-
tre nostro, & domino Ie-
su Christo. Gratias agere
debemus semper deo pro
vobis fratres, ita ut dignū
est, quoniam supercrescit
fides vestra, & abudat cha-
ritas vniuscūque vestrum
in inuicem: ita ut & nos ip-
si in vobis gloriemur in
ecclesiis Dei, pro patien-
tia vestra, & fide in omni-

bus persecutionibus vestris & tribulationibus, quas sustinetis in exemplum iusti iudicij Dei, vt digni habeamini in regno dei, pro quo & patimini, si tamen iustum est apud Deum retribuere tribulationem iis qui vos tribulant: & vobis qui tribulamini requie nobiscum in reuelatione Domini Iesu de caelo cum angelis virtutis eius in flamma ignis, dantis vindictā iis qui nō noverunt deum, & qui non obediunt euangelio domini nostri Iesu Christi. qui pœnas dabunt in interitu æternas à facie domini & à gloria virtutis eius: cūm venerit glorificari in sanctis suis, & admirabilis fieri in omnibus qui crediderunt, quia creditum est testimonium nostrum super vos in die illo, in quo etiā oramus semper pro vobis, vt dignetur vos vocatione sua deus noster, & impleat omnem voluntatem bonitatis suæ, & op^o fidei in virtute, vt clarificetur nomē domini nostri Iesu Christi in vobis, & vos in illo, se-

cundum gratiam Dei nostri, & dñi Iesu Christi.

¶ *Feria. vi. ex Ecclesiastico. cap. ii. Lectio prima.*

Sapiētia humiliati exaltabit caput illius, & in medio magnatorū confedere illū faciet. Non laudes virū in specie sua, neq; spernas hominem in visu suo: breuis in volatilibus est apis, & inietū dulcoris habet fructus illius. In vestitu ne glories vquam, nec in die honoris tui extollaris: quoniā mirabilia opera altissimi solius, & gloriosa, & absconsa, & inuisa opera illius. Multi tyranni sederunt in throno, & insuspiciens portavit diadema. Multi potentes oppressi sunt valide, & gloriosi traditi sunt in man^o alterorum. Prius quā interrogas, ne vituperes quenquam: & cūm interrogaueris, corripe ite. Prius quā audias ne respondeas verbum, & in medio sermonum ne adicias loqui. De ea re, quæ te non molestat, nec ceteris: & in iudicio peccantium ne consistas. Fili,

ne in multis sint actus tui: & si diues fueris, non eris immunis à delicto. Si enim secutus fueris, non apprehendes: & non effugies: si precurreris. Est homo laborans, & festinans, & dolens impius, & tantò magis nõ habundauit. Est homo marcidus egēs recuperatione, plus deficiens virtute, & abundans paupertate, & oculus dei respexit illum in bono, & erexit eum ab humilitate ipsius, & exaltauit caput. & mirati sũt in illo multi, & honorauerunt deum. Bona & mala, vita & mors, paupertas & honestas, à deo sunt. Sapientia & disciplina, & scientia legis apud Deum. Dilectio & viæ bonorum apud ipsum. Error & tenebræ peccatoribus concreta sunt: qui autem exultant in malis, consenscunt in malo.

Ex epistola. ij. ad Thessalonicenses. cap. 2. Lect. ij.

Rogamus autem vos fratres per aduentum domini nostri Iesu Christi, & nostræ congregationis in ipsum, vt non

cito moueamini à vestro sensu, neque terreamini, neque per spiritum, neque per sermonem, neque per epistolam tãquam per nos missam: quasi inisset dies domini. Ne quis vos seducat villo modo, quoniam nisi venerit dicepsio primum. & reuelatus fuerit homo peccati fili⁹ perditionis: qui aduersatur & extollitur supra omne quod dicitur deus: aut quod colitur: ita vt in templo Dei sedeat ostēdens se tanquã sit deus, Num retinetis quãcũ adhuc essem apud vos: hæc dicebã vobis? Et nũc quid detineat scitit: vt reueletur in suo tempore. Nam mysterium iam operatur iniquitatis: tãtum vt qui tenet nunc teneat, donec de medio fiat. Et nunc reuelabitur ille iniquus: quem dominus Iesus interficiet spiritu oris sui: & destruet illustratione aduentus sui eum, cuius est aduentus secundum operationem satanæ: in omni virtute & signis, & prodigiis mendacibus: & in omni seductione iniquitatis

Sabbato.

is qui pereunt, eo quod
charitatem veritatis non re-
ceperunt, ut salui fierent.
Ideo mittet illis deus ope-
rationem erroris, ut cre-
dant mendacio: ut iudicen-
tur omnes qui non credi-
derunt veritati, sed consen-
serunt iniquitati. Nos au-
tem debemus gratias agere
deo semper pro vobis, fra-
tres dilecti a deo, quod e-
legerit nos deus primitias
in salutem, in sanctificatio-
ne spiritus, & in fide veri-
tatis. Ad quod & vocauit
vos per euangelium nostrum,
in acquisitionem gloriae do-
mini nostri Iesu Christi.
Itaque fratres stete: & tenete
traditiones quas didicistis,
sive per sermonem, sive per
epistolam nostram. Ipse autem
dominus noster Iesus Christus
& deus pater noster qui di-
lexit nos, & dedit consolati-
onem, aeternam, & spem bo-
nam in gratia, exhortetur
corda vestra, & confirmet
in omni opere & sermone
bono.

¶ *Sabbat. ex Eccle. Lect. j.*

Datio dei permanet
iustis, & profectus
illius successus ha-

bebit in aeternum. Est qui
locupletatur parce agen-
do: & haec est pars merce-
dis illius in eo quod dicit:
inueni requiem mihi: &
nunc manducabo de bonis
meis solus: & nescit quod
tempus praeterat illum: &
mors appropinquet: & re-
linquet omnia aliis, & mo-
rietur. Sta in testamento
tuo: & in illo colloquere:
& in opere mandatorum
tuorum veterasce. Ne ma-
seris in operibus peccato-
rum. Confide autem in deo:
& mane in loco tuo. Faci-
le est enim in oculis Dei,
subito honestare paupe-
rem. Benedictio dei in mer-
cedem iusti festinat. & in
honore veloci processus
illi fructificat. Ne dicas,
Quid est mihi opus & que-
erunt mihi ex hoc bona?
Ne dicas, Sufficiens mihi
sum & quid ex hoc pessimabor?
In die bonorum ne
immemor sis malorum: &
in die malorum ne imme-
mor sis bonorum quonia
facile est coram deo in die
obitus retribuere unicui-
que secundum vias suas.
Malitia hora oblivionem

facit luxuriæ magnæ : & clarificetur , sicut & apud
 in sine hominis denuda- vos : & vt liberemur ab im-
 tio operum illius . Ante portunis & malis homini-
 mortem ne laudes homi- bus , nõ enim omnium est
 nem quenquam : quoniam fides . Fidelis autem domi-
 I filiis suis agnoscitur vir. nus est , qui cõfirmabit vos
 Non omnẽ hominem in- & custodiet à malo . Consi-
 ducas in domũ tuam : mul- dimus autem de vobis fra-
 tẽ enim sunt infidiæ dolo- tres in domino , q̃ quęcun-
 fi . Sicut em̃ eructant præ- que præcipimus , & facitis
 cordia fœtentium : & sicut & facietis . Dominus autẽ
 perdix inducitur i caueã : dirigat corda vestra in cha-
 & vt caprea in laqueũ : sic ritate dei & paciẽtia Chri-
 & cor superborum : & sicut sti . Denuntiamus autẽ vo-
 prospector videns casum bis fratres in nomine do-
 proximi sui . Bona enim mini nostri Iesu Christi ,
 in mala conuertens insidi- vt subtrahatis vos ab omni
 arur : & in electis imponet fratre ambulante inordi-
 maculam . Ascintilla enim nate , & non secũdum tra-
 vna augetur ignis & ali v- ditionẽ quam acceperunt
 no doloso augetur fan- à nobis . Ipsi em̃ sciũs quẽ
 guis , homo verò peccator admodum oporteat imita-
 sanguini insidiatur . Atten- ri nos , quomã non inque-
 de tibi à pestifero fabricat ti fuimus inter vos , neque
 enim mala ne fortẽ indu- gratis panem manducaui-
 cat super te subsannatio- mus ab aliquo , sed in labo-
 nem in perpetuũ . Admit- re & in fastigatione nocte
 te ad te alienigenã : & sub- & die operantes , ne quem
 uertet te in turbine : & ab vestrum grauaremus . Nõ
 alienabit te à tuis ppriis . quasi non habuerimus po-
 Ex epistola . ij . ad Thessa- testatem . sed vt nosmetip-
 lonicensis . cap . 3 . Lect . ij . sos formam daremus vo-
 bis ad imitandũ nos . Nam
DE cætero fratres , o- & cum essemus apud vos ,
 rate pro nobis , vt hoc denũciabamus vobis .

Dominica. iij. Vagantium.

Quoniam si quis nō vult operari, nec māducet. Audiuiimus enim inter vos quosdam ambulantes inquiete, nihil operantes, sed curiose agentes. His autē, qui eiusmodi sunt, denuntiamus, & obsecramus in domino Iesu, vt cum silentio operantes, suam panem manducent. Vos autem fratres, nolite deficere benefacientes. Quod si quis non obedit verbo nostro per epistolā, hunc notate: & ne commisceamini cū illo, vt confundatur: & nolite quasi inimicū existimare, sed corripite vt fratrem. Ipse autem deus pacis det vobis pacem sempiternam in omni loco Dominus sit cū omnibus vobis. Salutatio, mea manu Pauli quod est signum in omni epistola, ita scribo. Gratia dñi nostri Iesu christi cū oībus vobis. Amen.

¶ Dñica. iij. Vagantium ex ecclesiast. cap. 11. Lect. 1.

Si bñfeceris, scito cui feceris, & erit gratia in bonis tuis multa. Bene fac iusto & inuenies retributionem magnā: &

si nō ab ipso, certe à domīno. Non est enim ei bene qui assiduus est in malis, & eleemosynas non danti: quoniā & altissimus odio habet peccatores: & misertus est pœnitentibus. Da misericordi: & ne suscipias peccatorem: & impiis, & peccatoribus redde vindictam: custodiēs eos in diē vindictæ. Da bono: & non receperis peccatorem. Benefac humili: & non dederis impio. Prohibe panes illi dare: ne in ipsis potentior te sit. Nā duplicia mala inuenies in oībus bonis quæcunq; feceris illi: quā & altissimus odio habet peccatores: & impiis reddet vindictam. Non agnossetur in bonis amicus: & non abscondetur in malis inimicus. In bonis viri inimici illius. in tristitia, & in malitia illius, amicus agnitus est. Non credas inimico tuo in æternum. Sicut enim aramentū æruginat nequitia illius. Et si humiliatus vadat curuus, abiice animum tuū: & custodi te ab illo. Non statuas illum penes te: nec sedeat ad de-

pteram tuam: nec conuersus flet in loco tuo: ne forte conuersus in locum tuum inquirat cathedram tuam: & in nouissimo cognoscas verba mea, & in sermonibus meis stimuleris. Quis miserebitur in cantatoris à serpente percussis: & omnibus qui appropiant bestiis? Sic & qui comitatur cum viro iniquo: & obvolutus est in peccatis eius. Vna hora tecum permanebit. Si autem declinaueris: non supportabit. In labiis suis indulcat inimicus: & in corde suo insidiatur, ut subuertat te & fouea, In oculis suis lachrymatur inimicus: & si inuenerit tempus non satiabitur sanguine: & si incurrerit tibi mala: inuenies eum illic priorē: & quasi adiuuans suffodiet plantas tuas. Caput suum mouebit & plaudet manu: & multa susurrās commutabit vultum suum.

Ex epistola Pauli ad Timotheum prima. Lect. ij.

Paulus Apostolus Iesu Christi secundum imperium Dei saluatoris nostri, & Christi Ie-

su spei nostrae: Timotheo dilecto filio in fide, gratia & misericordia & pax à deo patre & Christo Iesu Domino nostro. Sicut rogavi te ut remaneres Ephesi cum irem in Macedoniam, ut denuntiares quibusdam ne aliter docerēt, neque intenderent fabulis & genealogiis interminatis: quæ quæstiones præstant magis quam ædificationē Dei, quæ est in fide. Finis autem præcepti, est charitas de corde puro & conscientia bona & fide non ficta. A quibus quidam aberrantes, conuersi sunt in vaniloquium, volētes esse legis doctores, nō intelligētes neq; quæ loquuntur, neq; de quibus affirmāt. Sci- mus aut quia bona est lex, si quis ea legitime utatur, sciētes hoc, quia lex iusto non est posita, sed iniustis & non subditis, impiis & peccatoribus, sceleratis & contaminatis, & patricidis & matricidis, homicidis, fornicariis, masculorū concubitorib⁹, plagiariis, mendacibus, & periuriis, & si quid aliud sanæ doctrinæ

Dominica. liij. Vagantum.

aduersatur, quæ est secundum euangelium gloriæ beati Dei, quod creditum est mihi. Gratias ago ei qui me confortauit in Christo Iesu domino nostro, quia fidelem me existimauit, ponens in ministerio, qui prius blasphemus fui & persecutor & contumeliosus: sed misericordiam dei consecutus sum, quia ignorans feci incredulitate. Superabundauit autem gratia domini nostri cum fide & dilectione quæ est in Christo Iesu. Fidelis sermo & omni acceptione dignus: quod Christus Iesus uenit in hunc mundum peccatores saluos facere, quorum primus ego sum. Sed ideo misericordiam consecutus sum: ut in me primo ostenderet Christus Iesus omnem patientiam, ad informationem eorum qui credituri sunt illi in vitam æternam. Regi autem seculorum immortalis, uisibili, soli deo honor & gloria in secula seculorum. Amen. Hoc præceptum comendo tibi fili Timothæe, secundum præcedentes in te prophetias,

ut milites in illis bonam militiam, habens fidem & bonam conscientiam, quam quidam repellentes, circa fidem naufragauerunt, ex quibus est Hymeneus & Alexander: quos tradidi satanæ, ut discant non blasphemare.

¶ Si hæc Dominica celebratur ante septuagesimam, tertia lectio & oratio erunt insertæ, siue dictæ sint in dominica præcedenti, siue non. Et si post hanc dominicam poneretur cetera alia ante septuagesimam ut postea dicitur, repetendæ sunt in ea hæc eadē. iij. lectio, &. **Oro.**
Secundum Matth. cap. 3.

Lectio tertia.

In illo tempore dixit Iesus discipulis suis parabolam hanc. Simile est regnum cælorum homini, qui seminauit bonum semen in agro suo. Et reli.

Homilia sancti Augustini epi.

Cum negligenter agerent præpositi ecclesie & dormitionem mortis acciperet apostolice uenit diabolus & superseminauit eos quos malos filios dominus interpretatur. Sed recte queritur, **utrum**

vrū heretici sint, an male
 viuere catholici? Possunt
 enim dici mali filij etiā hē-
 retici: qui ex eodē euange-
 lij semine & Christi nomi-
 ne procreati: prauis opi-
 nionibus ad falsa dogmata
 conuertuntur. Sed quod
 dicit eos in medio tritici
 seminatos: quasi videntur
 illi significari qui vnus cō-
 munionis sunt. Verunta-
 men quia dominus agrum
 non ecclesiā: sed hunc anū-
 dum interpretatur intelli-
 guntur heretici, quia non
 societate vnus ecclesię: vel
 vnus fidei: sed societate so-
 lius nominis Christiani in
 hoc mundo permiscuntur
 bonis: vt illi qui in eadē fi-
 de mali sunt: palea potius
 quā zizania reputentur:
 quia palea etiā fundamē-
 tum ipsum habet cum fru-
 mento radicemque cōmu-
 nem. In illa planē sagena
 qua concluduntur lioni &
 mali pisces: non absurdē
 mali catholici intelligun-
 tur. Aliud est mare quod
 significat magis istū mun-
 dum: aliud sagena, quę v-
 nius fidei vel vnus eccle-
 się communionem vide-

B. N.

tur ostendere. Inter hēre-
 ticos & malos catholico
 hoc interest, q̄ heretici fa-
 sa credunt: illi autem vera
 credentes nō viuunt ita vt
 credunt. Solet autem quę-
 ri, etiā schismatici quid
 ab hereticis distent: & hoc
 inueni q̄ schismaticos fi-
 des diuersa non faciat: sed
 communionis disrupta so-
 cietas. Sed vtrum inter zi-
 zania numerandi sint, du-
 bitari potest.

Oratio.

Familiam tuam quę-
 sumus Domine con-
 tinua pietate custodi:
 vt quę in sola spe gratię
 cęlestis innititur tua sem-
 per p̄tectione minuat. Per
 dominum nostrum.

*¶ Feria secunda, ex Eccle-
 siastico. Cap. 33. Lectio. 1.*

Qui tetigerit picem
 & qui cōmu-
 cauerit superbo, induet su-
 perbiam. Pondus super se
 tollit, qui honestiori se cō-
 municat. Et ditiori te ne
 socius fueris. **Q**uid cōmu-
 nicabit cacabus ad ollam?
Quando enim se collese-
 rint, confringetur. Diues
 iniuste agit, & fremet: pau-

per autem Iesus tacebit. Si largitus fueris assumet te: & si non habueris, derelinquet te. Si habes conuuet tecum, & euacuabit te: & ipse non dolebit super te. Si necessarius illi fueris, supplantabit te: & subridens spem dabit: narrans tibi omnia bona, & dicet: quid opus est tibi? & confundet te in cibis tuis: donec te exinaniat bis & ter: & in nouissimo deridebit te. Postea videns derelinquet te: & caput suum mouebit ad te. Humiliare Deo: & expecta manus eius. Attende: ne seductus in stultitia humiliaris. Noli esse humilis in sapientia tua: ne humiliatus in stultitia seducaris. Aduocatus a potentiore discede: ex hoc enim magis te aduocabit. Ne improb⁹ sis, ne impinguaris, & ne longe sis ab eo: ne eas in obliuionem. Ne retineas ex equo loqui cum illo: nec credas multis verbis illius. Ex multa enim loquela tentabit te: & subridens interrogabit te de absconditis tuis. Immitis animus illius confer-

uabit verba tua & non parcat de malicia, & de vinculis. Caue tibi, & attende diligenter auditui tuo quoniam cum subuersione tua ambulas. Audiens vero verba illa: quasi in somnis vide: & vigilabis.

¶ *Ex epistola. ad Timotheum. Cap. 2. Lectio. ij.*

Obscuro igitur primum omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus, pro regibus, & omnibus, qui in sublimitate constituti sunt: ut quietam & tranquillam vitam agamus in omni pietate & castitate, hoc enim bonum est & acceptum coram saluatore nostro deo: qui omnes homines uult saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire. Unus enim Deus, vnus & mediator Dei & hominum, homo Christus Iesus: qui dedit redemptionem semetipsum pro omnibus, cuius testimonium temporibus suis confirmatum est: in quo positus sum ego predicator & Apostolus (veritate

diſco, non mētor) doctōr
gētium in fide & veritate.
Volo ergo viros orare in
omni loco leuantes puras
manus, ſine ira & diſcepta-
tione. Similiter & mulie-
res in habitu ornato: cum
verecūdia & ſobrietate or-
nātes ſe, nō in tortis crini-
bus, aut auro, aut margarit-
tis, vel veſte pretioſa, ſed
quod decet mulieres pro-
mittētes pietatē per opera
bona. Mulier in ſilētio di-
ſcat, cū omni ſubiectione.
Docere autē, mulieri non
permitto, neq; dominari
in virū: ſed eſſe in ſilentio.
Adam em̄ primus forma-
tus eſt, deinde Eva, & Adā
non eſt ſeduct⁹. mulier au-
tē ſeducta i prauaricatio-
ne ſuit. Saluabitur autem
per filiorum generationē:
ſi permāſerit in fide & di-
lectione, & ſanctificatio-
ne cum ſobrietate.

¶ *Feria tertia, ex Beceleſia-
ſtico.* *Lectione prima.*

O mni vita tua dilige
Deum, & inuoca il-
lum i ſalute tua. Om-
ne animal diligit ſimile
ſibi: ſic & omnis homo p-
ximū ſibi. Omnis caro

ad ſimilem ſibi conſunge-
tur, & omnis homo ſimili
ſui ſociabitur. Si commu-
nicabit lupus agno aliquā
do: ſic peccator iuſto.

Quæ communicatio ſan-
cto homini ad canem? aut
quæ pars bona diuiti ad
pauperem? Venatio leonis
onager in eremo: ſic & pa-
ſcua diuitum, ſunt paupe-
res. Et ſicut abominatio eſt
ſupbo humilitas ſic & exe-
cratio diuitis pauper. Di-
ues commotus cōfirmatur
ab amicis ſuis, humilis au-
tē cū ceciderit, expelletur,
& à notis. Diuiti decepto
multi recuperatores: locu-
tus eſt ſuperba, & iuſtifica-
uerūt illū, humilis decept⁹
eſt, inſuper & arguitur: lo-
cutus eſt ſenſate, & non eſt
datus ei locus. Diues locu-
tus eſt, & omnes tacuerūt,
& verbū illius vſq; ad nu-
bes perducent, pauper lo-
cut⁹ eſt, & dicūt, *Quis* eſt
hic? Et ſi offēderit, ſubuer-
tunt illū. Bona eſt ſubſtan-
tia, cui nō eſt peccatum in
conſcientia, & nequiſſima
paupertas i ore impij. Cor
hominis immutat faciem
illius, ſiue in bona, ſiue in

malā. Vestigiū cordis boni, & faciem bonā difficile inuenies, & cum labore.

¶ Ex epistola. 1. ad Timotheum. Cap. 3. Lectio. ij.

Idelis sermo. Si quis episcopatum desyderat, bonum opus desyderat. Oportet enim episcopum irreprehensibilem esse. vnus vxoris virū, sobrium, prudentem, ornatum, pudicum, hospitem doctorem, non vinolētū, non percussorem: sed modestū, non litigiosum, nō cupidū sed suę domui bene præpositum, filios habentem subditos cū omni castitate. Si quis autem domui suę præesse nescit: quomodo ecclesię dei diligentiam habebit? non neophytum: ne in superbiā elatus in iudicium incidat diaboli. Oportet autem illum & testimonium habere bonū ab iis qui foris sunt: vt nō in opprobrium incidat & in laqueum diaboli. Diacones similiter pudicos, non bilingues, non multo vino deditos, nō turpe luctum sectantes: habentes mysteriū fidei in consciē-

tia pura. Et hi autem probentur primum: & sic ministrent, nullū crimen habentes. Mulieres similiter pudicas, non detrahentes, sobrias fideles in omnib⁹. Diacones sint vnus vxoris viri. qui filiis suis bene præsent, & suis domibus.

Qui enim bene ministraverint: gradum bonum sibi acquirunt, & multam fiduciam in fide quę fide in Christo Iesu. Hęc tibi scribo fili Timothee: sperans me ad te venire citō, si aut tardauero: vt scias quomodo oporteat te in domo dei conuersari, quę est ecclesia dei viui, columna & firmamentum veritatis. Et manifeste magnū est pietatis sacramentū, quod manifestatū est in carne iustificatū est in spiritu, apparuit angelis, prædicatū est gentibus, creditū est in mūdo, assumptum est in gloria.

¶ Feria quarta, ex Ecclesiastico. Cap. 14. Lectio. i.

Peritatus vir qui non est lapsus verbo ex ore suo, & non est stimulat⁹ in tristitia delicti. Felix qui non habuit animā

fui tristitiam, & non exci-
dit à spe sua. Viro cupido
& tenaci, sine ratione est
substantia, & homini liui-
do ad quid aurum? **Q**uia-
ceruat ex animo suo inu-
ste, aliis cōgregat, & in bo-
nis illius alius luxuriabi-
tur. **Q**ui sibi nequam est,
cui alij bonus erit? & non
iucūdabitur in bonis suis.
Qui sibi inuidet, nihil est
illo nequius, & hęc reddi-
tio est malitię illius: & si
bene fecerit ignoranter, &
non volens facit, & in no-
uissimo manifestat malitiã
suam. Nequam est oculus
liuidi, & aduertens faciem
suam, & despiciens animã
suã. Infatiabilis oculus cu-
pidi in parte iniquitatis:
non satiabitur, donec con-
sumat arefaciens animam
suam. Oculus malus ad ma-
la. & nõ satiabitur pane in-
digens, & in tristitia erit su-
per mensam suam. Fili, si
habet, bene fac tecum, &
deo dignas oblationes of-
fer. Memor esto quoniam
mors non tardat, & testa-
mentum inferorum. quia
demonstratum est tibi: te-
stamentũ enim huius mũ-

di morte morietur. Ante
mortẽ benefic amico tuo,
& secundum vires tuas ex-
porrigens da pauperi. Nõ
defrauderis à die bono, &
particula bonę diei nõ te
prætereat. Nonne aliis re-
linques dolores, & labo-
res tuos? In diuisione for-
tis da, & accipe, & iustifica
animam tuã. Ante obitum
tuũ operare iustitiã, quo-
niam non est apud inferos
inuenire cibum. Omnis ca-
ro sicut fœnũ veterascet,
& sicut folium fructificãs
in arbore viridi. Alia gene-
rantur, & alia deiciuntur:
sic generatio carnis & san-
guinis, alia finitur, & alia
nascitur. Omne opus cor-
ruptibile in fine deficiet,
& qui illud operatur, ibi
cum illo. Et omne opus
electum iustificabitur: &
qui operatur illud, hono-
rabitur in illo.

¶ **Ex epistola. j. ad Timo-
theum. Cap. 4. Lectio. ij.**

Spiritus autem manife-
ste dicit quia in nouis-
simis temporibus di-
scedent quidam à fide at-
tendentes spiritibus erro-
ris, & doctrinis demonio-

rum in hypocrisis loquentium medacium, & cauteriatam habentium suam conscientiam, prohibentium nuhere, abstinere à cibis quos Deus creauit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus & iis qui cognouerunt veritatem. Quod omnis creatura Dei bona est, & nihil reiciendum quod cum gratiarum actione percipitur, sanctificatur enim per verbum Dei & orationem. Hæc proponens fratribus, bonus eris minister Christi Iesu, enutritus verbis fidei & bonæ doctrinæ quam affectus es. Ineptas autem & aniles fabulas deuita, exerce autem teipsum ad pietatem. Nam corporalis exercitatio, ad modicum utilis est: pietas autem, ad omnia utilis est promissionem habens vitæ quæ nunc est, & futuræ. Fidelis sermo, & omni acceptione dignus. In hoc enim laboramus & maledicimur, quia speramus in Deum viuum qui est saluator omnium hominum, maximè fidelium. Precepe hæc & doce. Nemo

adulescentiam tuam contemnat: sed exemplum esto fidelium in verbo, in conuersatione, in charitate, in fide, in castitate. Dū venio, attēde lectioni, exhortationi, doctrinæ. Noli negligere gratiam quæ in te est: quæ data est tibi per prophetiam, cum impositione manuum presbyteri. Hæc meditare, in his esto: ut profectus tuus manifestus sit omnibus. Attende enim tibi & doctrinæ, insta in illis. Hoc enim facies: & te ipsum saluum facies, & eos qui te audiunt.

¶ Feria quinta, ex Ecclesiastico. Lectio prima.

Beatus vir, qui in sapientia morabitur: & qui in iustitia sua meditabitur, & in sensu suo cogitabit circumspectionē dei. Qui excogitat vias illius in corde suo, & in absconsis suis intelligens, vadens post illam quasi isuestigator, & in viis illius consistens: qui respicit per fenestras illius, & in ianuis illius audiēs: qui requiescit iuxta domum illius, & in parietibus illius figens pa-

lum. Statuet casulâ suâ ad manus illius, & requiescēt in causâ illius bona per æuū, statuet filios suos sub tegmine illius, & sub ramis eius morabitur, protegetur sub tegmine illius à feruore, & in gloria eius requiescet. **Qui** timet deū, faciet bona. & qui cōtinēs est iustitiæ, apprehendet illam & obuiabit illi quasi mater, honorificata, & quasi mulier à virginitate suscipiet illum. Cibabit illū pane vitæ, & intellectus, & aqua sapiētiæ salutaris potabit illum, & firmabitur in illo, & non flectetur: & continebit illum, & non confundetur & exaltabit illū apud proximos suos, & in medio ecclesiæ aperiet os eius, & adimplebit illum spiritu, sapiētiæ & intellectus: & stola gloriæ vestiet illum. Iucunditatem & exultationem thesaurizabit super illum, & nomine æterno hæreditabit illum. Homines stulti non apprehendent illam, & homines sensati obuiabunt illi. homines stulti nō videbunt eam, lōge enim abest

à superbia & dolo: viri mēdaces non erunt illius memores, & viri veraces inueniuntur in illa, & successum habebūt vsque ad inspectionem Dei.

¶ **Ex epistola. j. ad Timotheum. cap. 3. Lectio. ij.**

Seniores ne increpaueris: sed obsecra ut patrem, iuuenes: ut fratres. anas: ut matres, iuueniculas, ut sorores in omni castitate. Viduas honora: quæ vere viduæ sunt. Si qua autem vidua filios, aut nepotes habet: discant primum domum suam regere, & mutuam vicem reddere parentibus, hoc enim acceptum est coram Deo. **Quæ** autē verè vidua est & desolata. speret in Deū, & instet obsecrationibus & orationibus nocte & die. Non quæ in deliciis est: viuēs mortua est. Et hoc præcipe: ut irreprehensibiles sint. Si quis autem suorū & maximè domesticorum curam non habet: fidē negauit, & est infideli deterior. Vidua deligatur non minus sexaginta annorū, quæ fuerit vnus viri

vxor, in operibus bonis testimonium habes, si filios educavit, si hospitio recipit, si sanctorum pedes lauit, si tribulationem patientibus subministravit, si omne opus bonum subsequuta est. Adolescentiores autem viduas deuita. Cum enim luxuriatae fuerint in Christo, nubere volunt habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt: simul autem & otiosae discunt circuire domos non solum otiosae, sed & verbosae, & curiosae, loquentes quae non oportet. Volo ergo iuniores nubere, filios procreare, matres filias esse, nullam occasionem dare aduersario maledicti gratia. Iam enim quaedam conuersae sunt retro post satanam. Si quis fidelis habet viduas, subministret illis, ut non grauetur ecclesia: ut iis quae verè viduae sunt sufficiat. Qui bene praesunt presbyteri, duplici honore digni habeantur: maxime qui laborant in verbo & doctrina. Dicit enim scriptura, non alligabis os boui trituranti. Et dignus

est operarius mercede sua. Aduersus presbyterum occasionem noli recipere: nisi si sub duobus, aut tribus testibus. Peccantes, coram omnibus argue: ut & ceteri timorem habeant. Testor coram deo, & Christo Iesu & electis angelis, ut haec custodias, sine praedicio, nihil faciens, in alteram partem declinando. Manus cito nemini imponeris, neque comunicaueris peccatis alienis. Te ipsum castum custodi. Noli adhuc aquam bibere: sed modico vino utere propter stomachum tuum, & frequentes tuas infirmitates. Quorundam hominum peccata manifesta sunt, praecedentia ad iudicium: quosdam autem & subsequuntur. Similiter & facta bona, manifesta sunt: & quae aliter se habent, abscondi non possunt.

¶ *Feria sexta, ex Ecclesiastico. Lectio prima.*

Non est speciosa laus in ore peccatoris: quoniam à Deo perfecta est sapientia: sapientiae Dei enim astitit laus, & in ore fideli abundabit,

& dominator dabit eam illi. Non dixeris, Per deum abest, quæ enim odit ne feceris. Nō dicas, Ille me implanauit: non enim necessarii sunt ei homines impij. Omne execrumentum erroris odit dominus, & non erit amabile timentibus eū. Deus ab initio constituit hominem, & reliquit illum in manu consilij sui. Adiecit mandata, & præcepta sua, si volueris mandata seruare, conseruabunt te, & in perpetuum si dem placitam seruare. Apposuit tibi aquam & ignem: quod volueris, porrigemanum tuam. Ante hominem vita & mors bonum & malum: quod placuerit ei dabitur illi: quoniam multa sapientia dei, & fortis in potentia, videns omnes sine intermissione. Oculi domini ad timentes eum, & ipse agnoscit omnem operam hominis. Nemini mandauit impiè agere, & nemini dedit spacium peccandi, non enim concupiscit multitudinem filiorum infidelium & inutilium. Ne iu-cunderis in filiis impiis, si

multiplicentur: nec oblecteris super ipsos, si nō est timor dei in illis. Non credas vitæ illorum, & ne respexeris in labores eorū. Melior est enim vnus timēs Deum, quàm mille filij impij. Et vtile est mori sine filiis, quàm relinquere filios impios. Ab vno sensato inhabitabitur patria, & à tribus impiis deseretur. Multa talia vidit oculus meus: & fortiora his audiuit auris mea.

¶ Ex epistola Pauli ad Thimotheum. j. cap. 6. Lec. ij.

Quicumque sunt sub iugo serui, dominos suos omni honore dignos arbitretur: ne nomen domini & doctrina blasphemetur. Qui autem fideles habent dominos: non contennant, quia fratres sunt, sed magis seruiant, quia fideles sunt & dilecti, qui beneficij participes sunt. Hæc doce, & exhortare, Si quis aliter docet, & non acquiescit sanis sermonibus domini nostri Iesu Christi, & ei quæ secundum pietatem est, doctrinæ: superbus est, nihil

Feria.vj. Dñicx. iij. Vaganium.

sciens, sed languens circa
quæstiones & pugnas ver-
borum, ex quibus oriun-
tur inuidiæ, contentiones,
blasphemix, suspitiones
malæ, conflictationes ho-
minum mente corrupto-
rū, & qui veritate priuati
sunt, existimantiū quæstū
esse pietatē. Est autē quæ-
stus magnus, pietas cū suf-
ficientia. Nihil enim intu-
limus in hunc mundum:
hand dubium quia nec of-
ferre quid possumus. Ha-
bentes autem alimenta &
quibus tegamur, his cōtēti
simus. Nam qui volunt di-
uites fieri, incidunt in ten-
tationem & in laqueū dia-
boli, & desyderia multa in-
utilia, & nociua, quæ mer-
gunt homines in interitū
& perditionem, Radix em̄
omnium malorū est cupi-
ditas: quā quidā appetētes
errauerūt à fide, & inserue-
runt se doloribus multis.
Tu autē o homo Dei, hæc
fuge, sectare verò iustitiā,
pietatem, fidem, charitatē,
patientiam, mansuetudi-
nem, Certa bonum certa-
men fidei: apprehēde vitā
æternam, in quam vocatus

es, & cōfessus bona confes-
sionem coram multis testi-
bus. Præcipio tibi coram
deo qui viuificat omnia, &
Christo Iesū, qui testimo-
niū reddidit sub Pōtio Pi-
lato bonā confessionē: vt
serues mādātū, sine macu-
la, irreprehensibile vsq; in
aduentum Dñi nostri Iesū
Christi, quē suis tēporib⁹
ostēdet beatus & solus po-
tens, rex regū, & dominus
dominantiū, qui solus ha-
bet immortalitatē, & lucē
inhabitat inaccessibilem,
quē nullus hominū vidit,
sed nec videre porest, cui
honor & imperiū sempit-
ternū. Amen. Diuitib⁹ hu-
ius seculi præcipe nō subli-
me sapere neq; sperare in
incerto diuitiarū, sed i deo
vivo (q præstat nobis oīa
abundē ad fruēdum) bene
agere, diuites fieri in bonis
operibus, faciliē tribuere,
cōmunicare, thesaurizare
sibi fundamētum bonum
in futurum, vt apprehen-
dant verā vitā. O Timo-
thæe, depositum custodi:
deuitas prophanas vocum
nouitates, & oppositiones
falsi nominis scientiæ, quā

quidem promittentes, circa
fidem exciderunt. Gratia
tecum. Amen. ¶ **Sabbato**
ex Ecclesiastico. Lectio. j.

In synagoga peccatorum
exardebit ignis, & in ge-
te incredibili exardescet
ira. Non exorauerunt pro
peccatis suis antiqui gigan-
tes, qui destructi sunt cōsi-
dentes suæ virtuti: & non
pepercit peregrinationi il-
lorum, & execratus est eos
pro superbia verbi illorū.
Non misertus est illis gen-
tem totam perdens, & ex-
tollentē se in peccatis suis.
Et sicut sexcenta milia pe-
ditum qui congregati sunt
in duritia cordis sui: & si vi-
nus fuisset ceruicatus, mi-
rū si fuisset immuis, mise-
ricordia enim & ira est cū
illo. Potens est oratio, &
effundens iram secundum
misericordiam suam: sic &
correptio illius, hominem
secundū opera sua iudicat.
Nō effugiet in rapina pec-
cator, & nō retardabit sus-
ferentia misericordiam faci-
entis. Omnis misericor-
dia faciet locum vnicuiq;
secundū meritum operum
suorū, & secundum intelle-

ctū peregrinationis ipsi.
Non dicas. A deo abscon-
dar. & ex somno quis mei
memorabitur? in populo
magno non agnoscat: quæ
est enim anima mea in tam
immensā creatura? Ecce,
cælū, & cæli cælorū: aby-
sus & vniuersa terra: & quæ
in eis sunt, in conspectu il-
lius cōmouebuntur, mon-
tes simul, & colles & funda-
menta terræ: & cū cōspē-
xerit illa Deus, tremore
concutientur. Et in omni-
bus his insensatum est cor:
& omne cor intelligitur ab
illo: & vias illius quis intel-
ligit, & procellam quā nec
oculus videbit hominis?
Nam plurima illius opera
sunt in absconsis: sed opera
iustitiæ eius quis enuntia-
bit? aut quis sustinebit?

¶ **Epistola Pauli ad Phile-
monem. Lectio secunda.**

Paulus vinc-tus Chri-
sti Iesu & Timotheus
frater: Philemoni di-
lecto & adiutori nostro,
& Aphixæ sorori charissi-
mæ, & Archippo commili-
toni nostro, & ecclesiæ quæ
in domo tua est, gratia
vobis & pax à Deo patre

nostro, & dño Iesu Christo. Gratias ago deo meo, semper memoriam tui faciens in orationibus meis, audiens charitatem tuam & fidem quam habe in domino Iesu & in omnes sanctos: vt cōmunicatio fidei tuae euidēs fiat, in agnitione omnis operis boni in vobis in Christo Iesu. Gaudium enim magnū habui & consolationem in charitate tua, quod viscera sanctorum requieuerunt per te frater. Propter quod multam fiduciā habēs in Christo Iesu imperandi tibi quod ad rem pertinet: propter charitatem magis obsecro, quum sis talis vt Paulus senex, nūc autem & vincētus Iesu Christi, obsecro te pro meo filio quem genui in vinculis, Onesimo: qui tibi aliquando inutilis fuit, nunc autem & mihi & tibi utilis, quem remisisti tibi. Tu autem illum, id est, mea viscera, suscipe, quē ego volueram mecum detinere, vt pro te mihi ministraret in vinculis euangelij: sine cōsilio autem tuo nihil volui facere, vt ne velut ex ne-

cessitate bonum tuum esset, sed volūtarium. Forsitan enim ideo discessit ad horam à te, vt æternum illum reciperes: iam non vt seruum, sed pro seruo charissimū fratrem, maxime mihi, quāto autem magis tibi & in carne & in domino? Si ergo habes me socium: suscipe illum sicut me. Si autem aliquid nocuit tibi aut debet: hoc mihi imputa. Ego Paulus scripsi mea manu. Ego reddā: vt non dicam tibi quod & te ipsum mihi debes. Ita frater ego te fruatur in Domino refice viscera mea in Christo. Confidens in obedientia tua scripsi tibi: scies quoniam & super id quod dico facies. Simul & para mihi hospitium, nam spero pro orationes vestras donari me vobis. Salutatur te Epaphras conceptiuus meus in Christo Iesu, Marcus, Aristarchus, Demas, & Lucas adiutores mei. Gratia domini nostri Iesu Christi cum spiritu vestro. Amen.

¶ Sciendum, quod finit
quatuor hebdomadis Va-
gantium, adhuc superesse

una ante septuagesimā (vt
eueniet anno 1546.
alias autem rarissimè hoc
eueniet) tunc legenda est
dominica sequens, quæ est
quinta Vagantium, ex qua
tunc tantum sumendæ sunt
prima & secunda lectiones:
nam tertia lectio & oratio
repetendæ sunt illæ quæ
positæ sunt in dñica quarta
Vagantium.

¶ Dñica. v. Vagantium. Li-
ber Iudith. Cap. 1. Lect. j.

ARphaxad itaq; rex
Medorum, subiugauerat multas gentes imperio suo, & ipse edificauit ciuitatem potentissimam, quam appellauit Echathanis. Ex lapidibus quadratis, & sectis fecit muros eius, in altitudine cubitorum septuaginta, & in latitudine cubitorum triginta: tures uero eius posuit in altitudine cubitorum centum. Per quadrum uero earum latus utrumque vicenorum pedum spatio tendebantur, posuitq; portas eius in altitudine turrim. Et gloriabatur quasi potens in potentia exercitus sui, & in gloria quadri-

garum suarum. Anno igitur duodecimo regni sui, Nabuchodonosor rex Assyriorum, qui regnabat in Niniue ciuitate magna, pugnavit contra Arphaxad, & obtinuit eum in campo magno, qui appellatur Ragau, circa euphratem, & Tigrin, & Iadafon in campo Erioch regis Elicorū. Tunc exaltatum est regnū Nabuchodonosor, & cor eius eleuatum est: & misit ad omnes, qui habitabant in Cilicia, & Damasco, & Libano: & ad gentes quæ sunt in Carmelo, & Cedar, & inhabitantes Galilæam in campo magno Esdrelon: & ad omnes qui erant in Samaria, & trans flumen Iordanem, usque ad Ierusalem & omnem terram Iesse, quousque perueniatur ad montes Aethiopiæ. Ad hos omnes misit nuntios Nabuchodonosor rex Assyriorum qui omnes uno animo contradixerunt. & remiserunt eos uacuos, & sine honore abiecerunt. Tunc indignatus Nabuchodonosor rex ab omni terram illa, iurauit per thro-

Dominica. v. Vagantium.

num, & regnū suum, quod
descenderet se de omnibus
regionibus his.

**¶ Ex epistola beati Petri
apost. secunda. cap. 1. l. c. ij.**

Simon Petrus, seruus,
& apostolus Iesu Chri-
sti: iis qui cōqualem
nobiscum sortiti sunt fidē
in iustitia Dei nostri, & sal-
uatoris Iesu Christi, Gra-
tia vobis & pax adimplea-
tur, in cognitione Dei: &
Christi Iesu Domini no-
stri: quomodo omnia no-
bis diuinę virtutis suę, q̄
ad vitam, & pietatem, do-
nata sunt per cognitionē
eius qui vocauit nos, pro-
pria gloria, & virtute, per
quę, maxima, & pretiosa
nobis, promissa donauit: vt
per hoc efficiamini diuinę
cōsortes naturę, fugien-
tes eius quę in mundo est,
cōcupiscentię corruptio-
nem. Vos autem curam o-
mnem subinferentes, mi-
nistrate in fide vestra vir-
tutem: in virtute autem,
scientiam: in scientia au-
tem, abstinentiam: in ab-
stinentia autem, patien-
tiam: in patientia autem,
pietate: in pietate autem,

amorem fraternitatis: in a-
more autem fraternitatis,
charitatem. Hęc enim si
vobiscū absint: & superēt:
non vacuos, ne sine fructu
vos constituent in domini
nostri Iesu Christi cogni-
tione. Cui enim non præ-
sto sunt hęc, cæcus est &
manu tentans obliuionem
accipiens purgationis vete-
rum suorum delictorum,
Quapropter fratres, ma-
gis satagite, vt per bona o-
pera, certam vestram voca-
tionem, & electionē facia-
tis: hęc enim facientes,
non peccabitis aliquando.
Sic enim abundanter mini-
strabitur vobis introitus
in æternum regnum Do-
mini, & Saluatoris nostri
Iesu Christi. Propter quod
incipiam vos semper com-
monere de his: & quidem
scientes, & cōfirmatos vos
in præsentī veritate. Iu-
stum autem arbitror quan-
diu sum in hoc tabernacu-
lo, suscitare vos in com-
munionē: certus, q̄ ve-
lox est depositio taberna-
culi mei secundum quod,
& Dñs noster Iesus Chri-
stus significauit mihi.

Feria. ij. ex Iudith. Le. i.

Anno decimo tertio Nabuchodonosor regis, vicefima & secunda die mensis primi, factu in verbu in domo Nabuchodonosor regis Assyrioru, vt defenderet se. Vocauitq; omnes maiores natu omnesq; duces, & belatores suos, & habuit cu eis mysteriu cõsili sui. dixitq; cogitatione sua in eo esse, vt omnẽ terrã sub iugaret imperio. Quod dictum cu placuisset omnibus, vocauit Nabuchodonosor rex Holofernẽ, principem militie sue, & dixit ei. Egredere aduersum omnẽ regnum occidentis: & contra eos precipue qui contempserunt imperium meum. Non parcat oculus tuus vlli regno, omnẽque vrbem munitam subiugabis mihi. Tũc holofernes vocauit duces, & magistratus virtutis Assyrioru: & dinumerauit viros in expeditione, sicut præcepit ei rex, centum viginti milia peditum pugnatorum, & equites sagittarios duodecim millia. Omnemque

expeditionem suam fecit præire in multitudine innumerabiliu cameloru, cu his que exercitibus sufficerẽ copiose, bouum quoque armenta, gregesq; ouium, quorum non erat numerus. Frumentum ex omni Syria in transitu suo parati constituit. Aurum verò, & argẽtum de domo regis assumpsit multum nimis.

¶ *Ex epistola beati Petri Apostoli secunda. Lect. ij.*

Dabo autẽ operã & frequenter habere vos post obitum meum vt horum memoriam faciatis. Nõ enim doctas fabulas secuti, notam fecimus vobis domini nostri Iesu Christi virtutem, & præscientiam: sed speculatores facti illius magnitudinis. Accipiens enim à Deo patre honorẽ, & gloriam voce delapsa ad eum huiusmodi, à magnifica gloria: hic est filius meus dilectus in quo mihi complacui: ipsum audite. Et hanc vocẽ nos audiuius de celo alatum, cum essemus cu ipso in monte sancto. Et habemus firmiorẽ

propheticum sermonem: cui benefacitis attendentes, quasi lucernæ lucēti in caliginoso loco: donec dies illucescat, & lucifer oriatur in cordib⁹ vestris. hoc primū intelligentes: quodd omnis prophētia scripturæ, propria interpretatione non sit. Non enim voluntate humana allata est aliquando prophētia: sed spiritu sancto inspirati, locuti sunt sancti Dei homines. Fuerunt verò & pseudoprophete in populo: sicut & in vobis erunt magistri mendaces: qui introducent sectas perditionis: & eum qui emit eos, Deum negant superducentes sibi celerem perditionem. Et multi sequentur eorū luxurias per quos vias veritatis blasphemabitur: & in avaritia fictis verbis de vobis negociabūtur. **Q**uibus iudicium iam olim nō cessat: & perditio eorum non dormitat. Si em̄ Deus angelis peccantibus non pepercit, sed rudentibus inferni, detractos in tartarū tradidit cruciandos, in iudicium reseruari: & origi-

nali mundo non pepercit: sed octauum Noe: iustitiæ præconem custodiuit, diluuium mundo impiorū inducens: & ciuitates Sodomorū & Gomorrhæorum in cinerem redigens, euerfione damnauit exemplum eorum, qui impietate acturi sunt ponens & iustū Loth oppressum à nephēdorum iniuria ac luxuriosa conuersatone eripuit. Aspectu enim, & auditu iustus erat: habitans apud eos, qui de die in diem animam iustam, iniquis operibus cruciabant.

¶ Feria. iij. Liber Esther. Cap. i. Lectio prima.

In diebus Assueri, qui regnauit ab India vsque Acethiopiam, super centum vigintiseptem prouincias: quando sedit in solio regni sui, Susan ciuitas regni eius exordiū fuit. Tectio igitur anno Iperij sui, fecerat grande conuiuium cūctis principibus, & pueris suis fortissimis Persarum, & Medorū melytis, & præfectis prouinciarū coram se, vt ostenderet diuitias gloriæ regni sui, ac magni.

magnitudinē, atque iactā-
 tiam potentie sue multo
 tempore, cētum videlicet
 & octoginta diebus. Cūq;
 impierentur dies cōiuij,
 inuitauit oēm populum,
 qui inuentus est in Susan,
 à maximo usque ad mini-
 mum: & iussit septē diebus
 conuiuiū preparari, in ve-
 stibulo horti, & nemoris,
 quod regio cultu, & manu
 consitū erat. Et pendebant
 ex omni parte tentoria ac-
 rei coloris, & charpasini,
 ac hyacinthini, sustentata
 funibus byssinis, atq; pur-
 pureis, qui eburneis circu-
 lis inserti erant, & colūnis
 marmoris sulciabantur.
 Lectuli quoq; aurei, & ar-
 gentei super pauimentum,
 smaragdino, & pario strā-
 tum lapide dispositi erant:
 quod mira varietate pictu-
 ra decorabat. Bibebant au-
 tem qui inuitati erat, au-
 reis poculis, & aliis atque
 aliis vasis cibi inferebātur.
 Vinum quoque, vt magni-
 ficētia regia dignum erat,
 abundans, & præcipuū po-
 nebatur. Nec erat qui no-
 lētes cogeret ad bibendū:
 sed sicut rex statuerat, præ-

ponens mēsis singulos de
 principibus suis, vt seme-
 ret vnusquisque quod vel-
 let. Vasthi quoq; regina,
 fecit cōiuium fœminarū
 in palatio, vbi rex Assue-
 rus manere consueuerat.

**¶ Ex episto. ij. beati Petri
 Apostoli. Lectio. ij.**

Nouit dominus pios
 de tentatione eripe-
 re, iniquos verò in
 diem iudicij, reseruare cru-
 ciandos: magis autem eos
 qui post carnem in concu-
 piscētia immunditiæ am-
 bulāt, dominationemque
 contemnunt, audaces, sibi
 placentes: sectas non me-
 tuūt introducere, blasphe-
 mantes: vbi angeli, fortitu-
 dine, & virtute cū sint ma-
 iores, non portant aduer-
 sum se execrabile iudiciū.
 Hi verò, velut irrationalia
 pecora, naturaliter in ca-
 ptionem, & in perniciē: in
 his quæ ignorant blasphe-
 mantes in corruptione sua
 peribunt percipiētes mer-
 cedē iniustitiæ. voluptatē
 existimantes dici, delicias.
 coinquinationes, & macu-
 læ, deliciis affluētes, in cō-
 uuijs suis luxuriantes vo-

B.

N.

y

biscum, oculos habentes
plenos adulteri, & incesſa
bilis delicti pellicientes a-
nimas inſtabiles, cor exer-
citatum auaritia habentes,
maledictionis filij derelin-
quentes rectā viam errave-
runt, ſecuti viam Balaā ex
Boſor, qui mercedem ini-
quitatis amauit, correptionem
verò habuit ſuę veſa-
nię, ſubiugale mutum ani-
mal, in hois voce loquens
prohibuit, pphetę inſpiē-
tiam. Hi ſunt fontes ſine
aqua, & nebula turbidib⁹
exagitata: quibus caligo
tenebrarū reſeruatur. Su-
perba enim vanitatis loquen-
tes, pellici ſunt in deſyde-
riis carnis luxurię, eos qui
paululum effugiūt, qui in
errore cōuerſantur, liber-
tatem illis promittētes, cū
ipſi ſerui ſint corruptiōis.
A quo enim quis ſuperat⁹
eſt huius & ſeruus eſt. Si
enim reſugientes coinqui-
nationes mundi, in cog-
nitione domini noſtri, & ſal-
uatoris leſu chriſti, hiſ rur-
ſus implicati ſuperantur:
facta ſunt eis poſteriora
deteriora prioribus. Me-
lius enim erat illis non co-

gnoscere viā iuſtitiz; quā
poſt agnitionem, retror-
ſum conuerti ab eo, quod
illis traditū eſt ſancto mā-
dato. Cōtigit enim eis illud
veri puerbij, Canis reuer-
ſus ad ſuū vomitū: & Su-
lota in volutabro luti.

¶ *Feria quarta; ex Eſther.
cap. i. Lectio prima.*

ITaq; die ſeptimo, cūm
rex eſſet hilarior, & poſt
nimiam potationē in ca-
luſſet mero, ſcepit Mau-
mā, & Bazatha, & Harbo-
na, & Bagatha, & Abgatha
& Zachar, & Carchas, ſe-
ptem eunuchis, qui in cō-
ſpectu eius miniſtrabant,
vt introducerent reginam
Vaſthi coram rege, poſito
ſuper caput eius diadema-
te, vt oſtenderet cūctis po-
pulis, & principibus pul-
chritudinē illius: erat enim
pulchra valdē. *Quę* re-
nuit, & ad regis imperiū,
quod per eunuchos māda-
uerat, venire contempſit.
Vnde iratus rex, & nimio
furo: e ſuccenſus, interro-
gauit ſapientes, qui ex mo-
re regio ſemper ei aderāt,
& illorū faciebat cūcta cō-
ſilio, ſcientiū leges, ac iura

maiorū (erant autē primi, & pximi, Charfena, & Sathar, & Admatha, & Tharlis, & Mares, & Marsana, & Manucham, septem duces Perfarū, atq; Medorum, qui videbant faciē regis, & primi post eū residere soliti erāt) cui sentētis Vasthi regina subiaceret, quæ Assueri regis imperiū, qđ per eunuchos mādauerat, facere noluisse. Responditque Manuchan audiente rege, atque principibꝰ, Non solū regem læsit regina Vasthi, sed & omnes populos, & principes, qui sunt in cūctis puinciis regis Assueri. Egredietur em̄ sermo reginæ ad om̄es mulieres, vt cōtemnant viros suos, & dicant, Rex Assuerus iussit, vt regina Vasthi intraret ad eum, & illa noluit. Atq; hoc exemplo omnes principum cōiuges Perfarum, atque Medorū paruipendent imperia maiorū. vnde regis iusta est indignatio. Si ergo tibi placeat, egredietur iuxta faciē tuā, & scribatur iuxta legem Perfarū, atque Medorum, quā prateriri il-

licitum est, vt nequaquam regina Vasthi ingrediatur ad regem, sed regnū illiꝰ, altera quæ melior est illa, accipiat. Et hoc in omne (quod latissimū est) prouinciarū tuarū diuulgetur imperiū, vt cūctæ vxores, tã maiorū, q̄ minorū deserāt maritis suis honorem.

¶ *Ex epistola secunda, Petri apostoli. cap. 3. Lect. ij.*

Hanc ecce vobis clarissimi secundā scribo epistolā, in quibus vestram excito in cōmonitione syn ceram mentem: vt memores sitis eorum, quæ prædixi, verborū, a sanctis prophetis: & apostolorū vestrorū præceptorū domini, & saluatoris hoc primum sciētes, quod venient in nouissimis diebus, in deceptione illusores: iuxta proprias concupiscentias ambulantes, dicētes, vbi est promissio, aut aduentus eius? ex quo em̄ patres dormierūt omnia sic perseuerant ab initio creaturæ. Latet em̄ eos hoc volentes, quod celi erāt prius, & terra, de aqua, & p̄ aquā cōsistēs dei

Feria. v. Dñic. v. Vagantium.

verbo per quē ille tūc mū-
dus aqua inūdatus perit.
Cæli autem qui nunc sunt
& terra eodē verbo repo-
siti sunt, igni reseruati in
diē iudicij perditionis im-
piorum hominum. Vnum
verò hoc nō lateat vos cha-
rissimi qđ vnus dies apud
dominum, sicut mille an-
ni, & mille anni, sicut dies
vnus. Non tardat dominus
promissionem suam, sicut
quidā existimāt: sed patiē-
ter agit propter vos: nolēs
aliquos perire: sed oēs ad
penitentiam reuerti: adue-
niet autē dies dñi, vt fur in
quo cæli magno impetu
transient: elemēta verò ca-
lore soluētur. terra autē, &
quę in ipsa sunt, opera ex-
urentur, Cū igitur hæc om-
nia dissoluēda sint: qua-
les oportet vos esse in san-
ctis conuersationibus, &
pietatibus: expectantes, &
properantes in aduentum
diei dñi: per quē cæli ardē-
tes soluentur: & elementa
ignis ardore tabescēt. No-
uos verò cælos, & nouam
terram, & promissā ipsius
expectamus: in quibus iu-
stitia habitat. Propter qđ

charissimi, hæc expectan-
tes, satagite immaculati, &
inuiolati ei inueniri in pa-
ce. & dñi nostri longanimi-
tatē salutē arbitramini: si-
cut & charissim⁹ frater no-
ster Paulus, secundū datā
sibi sapiētiā scripsit vobis:
sicut & in omnibus episto-
lis, loquens in eis de his, in
quibus sunt quædam dñi
cilia intellectu: quæ indo-
cti, & instabiles deprauāt:
sicut & cæteras scripturas,
ad suā ipsorū perditionē.
Vos igitur fratres, præsciē-
tes custodite: ne insipien-
tium errore traducti exci-
datis à propria firmitate.
Crescite verò in gratia, &
in cognitione dñi nostri,
& saluatoris Iesu Christi.
Ipsi gloria, & nunc, & in
diem æternitatis. Amen.

¶ Feria. v. ex Iob. cap. i.

Lectio prima.

V Ir erat in terra Hus:
nomine Iob: & erat
vir ille simplex, &
rectus, ac timēs deū, & re-
cedens à malo. Natiq; sunt
ei septem filij, & tres filiz.
Et fuit possessio ei⁹ septē
millia ouium, & tria millia
camelorū, quingēta quo-

que iugā boum, & quingē
tā asinā, ac familia multa
nimis: eratque vir ille ma-
gnus inter omnes oriēta-
les. Et ibant filij eius, & fa-
ciebant conuiuia per do-
mos, vnusquisque in die
suo. Et mittentes vocabāt
tres sorores suas, vt come-
derent, & biberent cū eis.
Cumque in orbem transis-
sent dies cōuiuij, mittebat
ad eos Iob & sanctificabat
illos: confurgensq; dilucu-
lo, offerebat holocausta p
singulos. Dicebat enī, Ne
fortē peccauerint filij mei
& benedixerint deo in cor-
dibus suis. Sic faciebat Iob
cunctis diebus. **Q**uadā au-
tem die cū venissent filij
dei, & assisterēt coram do-
mino, affuit inter eos etiā
satan. Cui dixit dñs, Vnde
venis? **Q**ui respondēs, ait,
Circumuii terram, & per-
ambulauī eam. Dixitque
dominus ad eum. Nūquid
considerasti seruum meū
Iob, quod nō sit ei similis
in terra, homo simplex, &
rectus, ac timens deum, &
recedēs à malo? Cui respō-
dens satan, ait Nunquid
Iob frustra timet deum?

Nonne tu vallasti eum, ac
domum eius, vniuersamq;
substantiam eius per cir-
cumitum? operib⁹ manuū
eius benedixisti, & posses-
sio ei⁹ creuit in terra? Sed
extende paululum manuū
tuam, & tange cuncta quę
possidet, nisi in faciem be-
nedixerit tibi. Dixit ergo
dominus ad satan, Ecce, v-
niuersa quę habet in ma-
nu tua sunt, tātum in eum
ne extēdas manum tuam.
Egressusque est. satan à fa-
cie domini.

¶ *Apocal. beati Ioan-
nis. Aposto. cap. i. Lect. ij.*

Apocalypsis Iesu
Christi, quā dedit
illi Deus palam fa-
cere seruis suis quę oport-
et fieri citō: & significauit
mittens per angelū suū ser-
uo suo Ioāni, qui testimo-
nium perhibuit verbo dei,
& testimoniū Iesu Christi,
quęcūq; vidit. Beatus qui
legit, & audit verba pphe-
tię huius, & seruat ea quę
in ea scripta sunt. Tempus
enim prope est. Ioānes se-
ptē ecclesiis, quę sunt in
Asia. Gratia vobis, & pax
ab eo qui est, & qui erat &

Feria. vj. Dñice. v. Vagantium.

qui venturus est, & à septē spiritibus, qui in cōspectu throni eius sunt, & à Iesu Christo, qui est testis fidelis primogenitus mortuorum, & princeps regū terræ, qui dilexit nos: & lauit nos à peccatis nris in sanguine suo, & fecit nos regnū, & sacerdotes deo, & patri suo. Ipsi gloria, & imperiū, in secula seculorum, Amen. Ecce venit cū nubibus, & videbit eū oīs oculus: & qui eum pupugerūt & plangent se super eum, oēs tribus terræ: etiā Amen. Ego sum α, & ω: principiū, & finis dicit dñs deus, qui est, & qui erat, & qui vēturus est, oīpotens.

Feria. vj. ex Iob. Lect. j.

Cum autem quadam die filij, & filia eius comederent & biberent vinū in domo fratris sui primogeniti, nuntius venit ad Iob, qui diceret: Boues arabāt, & asinae pascebantur iuxta eos, & irruerunt Sabæi, & rueruntque oīa, & pueros percusserunt gladio, & euasi ego solus, vt nūtiarē tibi. Cumq; adhuc ille loqueretur venit alter, & dixit: Ignis del cecidit è caelo, & tactas oues puerosq; consumpsit: & ef fugi ego solus, vt nuntia- rem tibi. Sed & adhuc illo loquente venit alius, & dixit, Chaldæi fecerunt tres turmas, & inuaserūt campos, & rulerunt eos, necnō & pueros percusserunt gladio: & ego fugi sol⁹, vt nūtiarē tibi. Adhuc loquebatur ille, & ecce alius intrauit, & dixit. Filius tuus, & filia tus vescentibus, & bibētibus vinū in domo fratris sui primogeniti, repente ventus vehemēs irruit à regione deserti, & cōcussit quatuor angulos domus, quæ corruens oppressit liberos tuos, & mortui sunt: & effugi ego solus, vt nuntia- rem tibi. Tunc surrexit Iob, & scidit vestimēta sua, & tonsō capite corruēs in terram, adorauit, & dixit: Nud⁹ egressus sum de utero matris meæ, & nudus reuertar illuc. Dñs dedit, do minus abstulit, sicut dño placuit, ita factū est, sit nomen dñi benedictū. In omnibus his nō peccauit Iob, neq; stultum quid contra

deum locutus est.

Ex Apocalypſu Lect. ij.

Ego Ioannes frater veſter, & particeps in tribulatione, & regno, & patientia in Chriſto Jeſu: fui in inſula quæ appellatur Pathmos propter verbum dei: & teſtimoniũ Jeſu. Fui in ſpiritu in dñica die. Et audiui poſt me vocem magnam tanquã tubę dicentis. Quod vides, ſcribe in libro: & mitte ſeptem eccleſiis, quę ſunt in Aſia, Epheso, & Smyrna, & Pergamo, & Thiatyra, & Sardis, & Philadelphię, & Laodiceę. Et cõuerſus ſum, vt viderem vocẽ quæ loquebatur mecũ. Et conuerſus, vidi ſeptem candelabra aurea, & in medio ſeptem candelabrorum aureorũ, ſimilem filio hominis, veſtitũ podere, & præcinctum ad mamillas zona aurea. Caput autem eius & capilli erant candidi, tanquã lana alba: & tanquã nix, & oculi eius tanquã flamma ignis, & pedes eius ſimiles auricalcho, velut in camino ardenti. Et vox illius, tanquã vox aquarũ multarum, &

habebat in dextera ſua ſtellas ſeptẽ. Et de ore ei⁹ gladius, vtraque parte acutus exibat: & facies ei⁹ ſicut ſol lucet in virtute ſua. Et cũ vidiffem eum, cecidi ad pedes eius, tanquã mortuus. Et poſuit dexterã ſuam ſuper me, dicẽs. Noli timere. Ego ſum primus, & nouiffimus, & viuus, & fui in mortuus, & ecce ſum viuens in ſecula ſeculorũ. & habeo clauẽs mortis, & inferni. Scribe ergo quæ vidiffi, & quæ ſunt, & quæ oportet fieri poſt hæc. Sacramentum ſeptem ſtellarũ, quas vidiffi in dextera mea, & ſeptem candelabra aurea, ſeptem ſtellarũ, angeli ſunt, ſeptem eccleſiarũ, & candelabra, ſeptẽ eccleſiã ſunt.

Sabba. ex Iob. cap. 2. Le. j.

Factum eſt autem, cũ quadam die veniffent filij Dei, & ſtarent corã domino, veniffet quoq; ſatan inter eos, & ſtaret in conſpectu eius, vt diceret dominus ad ſatan. Vnde venis? *Qui* reſpondẽs, ait. Circumiui terram, & perambulauĩ eã. Et dixit Dñs ad ſatan, Nunquid conſi-

derassi seruum meū Iob, quòd non sit eis similis in terra, vir simplex, & rectus, ac timens deū, & recedens à malo, & adhuc retinens innocentiam? Tu autē commouisti me aduersus eum, vt affligerem eum frustra. Cui respondens satan, ait Pellem pro pelle, & cūcta quæ habet homo, dabit pro anima sua: alioquin mitte manum tuam, & tange os eius, & carnem: & tunc videbis, quia in faciem benedicat tibi. Dixit ergo dominus ad satā, Ecce in manu tua est, veruntamen animā illius serua. Egressus igitur satan à facie domini, percussit Iob vlcere pessimo, à planta pedis vsq; ad verticem eius, qui testa sanie radebat, sedens in sterquilinio. Dixit autē illi vxor sua. Adhuc tu permanes in simplicitate tua? benedic deo, & morere. Qui ait ad illam, Quasi vna de stultis locuta es, si bona suscepimus de manu dei, mala quare non sustineamus? In omnibus his non peccauit Iob labiis suis. Igitur audiētes tres amici Iob omne

malum quòd accidisset ei, venerunt singuli de loco suo, Eliphā, Themanites, & Baldad, Suites, & Sophar Naamathites. Condiixerant enim, vt pariter venientes visitarent eum, & consolarentur. Cumq; eleuassent, percul oculos suos, non cognouerūt eum. Et exclamantes plorauerunt, scissisque vestibus sparserunt puluerē super caput suum in cælū. Et sederunt cum eo in terra, septē diebus, & septem noctibus: & nemo loquebatur ei verbum. Videbant enim dolorem esse vehementem.

¶ *Ex Apocalipsi beati Iohannis Apost. cap. 2. Lec. 11.*

ET angelo Ephesi ecclesie scribax. Hæc dicit qui tenet septem stellas in dextera sua, qui ambulat in medio septem candelabrorum aureorū. Scio opera tua, & laborē, & patientiam tuā, & quòd nō potes sustinere malos, & tentasti eos qui se dicūt apostolos esse, & nō sunt, & inuenisti eos mendaces: & patientiam habes, & sustinuisti propter nomen

meum, & nō defecisti. Sed habeo aduersum te pauca, quod charitatem tuam priam reliquisti. Memor esto itaque vnde excideris, & age pœnitentiam, & prima opera fac, sin autem, veniam tibi citō, & mouebo candelabrum tuum de loco suo, nisi pœnitētiam egeris. Sed hoc habes, quodisti facta. Nicolaitarū, quæ & ego odi. Qui habet aurem, audiat quid spiritus dicat ecclesiis. Vincenti dabo edere de ligno vitæ, quod est in paradiso Dei mei Et angelo Smyrnæ ecclesiæ scribe. Hæc dicit primus, & nouissimus, qui fuit mortuus, & viuit. Scio tribulationem tuam, & paupertatem tuā, sed diues es, & blasphemaris ab his qui se dicunt iudeos esse, & non sunt. sed sunt synagoga satanæ. Nihil horū timeas quæ passurus es. Ecce missurus est diabolus aliquos ex vobis in carcerem, vt tentemini: & habebitis tribulationem diebus decem. Esto fidelis vsque ad mortem: & dabo tibi coronam vitæ.

Dñica in septuagesima. **N**otandum q̄ si aliquod, festū duplex inciderit in hac dominica, & in ceteris dominicis vsque ad pascha trāsferendū est vesupra in regulis generalib⁹.

Notandum præterea q̄ ab hac dominica inclusiuē vsq; ad pascha nō dicitur Alleluia. sed loco ei⁹ vsq; ad feriam quintā in cœna dñi dicitur. Laus tibi dñe rex æternę gloriæ. Ad matutinū Inuitat. Præoccupemus faciē dñi, & in psalms iubilem⁹ ei. **Hymn⁹.**

Primo dierū omniū, quo mundus extat conditus, Vel quo resurgēs cōditor, Nos morte victa liberat.

Pulsis procul torporib⁹, Surgamus omnes ocyus, Et nocte queramus pium, Sicut prophetā nouim⁹.

Nostras preces vt audiat, Suamq; dextrā porrigat, Et expiātos sordibus, Reddat polorum sedib⁹.

Præsta pater piissime, Patrique cōmpar vnice, Cum spiritu paraclito. Regnans per omne seculum, Amen.

Dominica in septuagesima.

Antiph. Invocabo nomen
tuum domine, ne auertas
faciē tuā à clamore meo.

¶ Liber Gene. cap. 1. Le. 1

IN p̄ncipio creavit De⁹
cælum & terram. Terra
autem erat inanis & va-
cua, & tenebrę erant super
faciē abyssi: & spiritus dei
ferebatur super aquas, Di-
xitq; deus. Fiat lux, Et fa-
cta est lux. Et vidit Deus
lucem quòd esset bona: &
divisit lucē à tenebris, ap-
pellavitque lucem diem,
& tenebras noctem: factū-
que est vespere & mane
dies vnus. Dixit quoque
deus, Fiat firmamētum in
medio aquarum: & diui-
data aquas ab aquis. Et fe-
cit deus firmamentum, di-
uisitque aquas quę erant
sub firmamēto ab his quę
erant super firmamētum.
Et factum est ita. Vocavit-
que deus firmamētū, cæl-
um. & factum est vespere
& mane dies secundus. Di-
xit verò deus, Congregen-
tur aquę q̄ sub cælo sunt,
in loco vnum vt appareat
arida. Et factum est ita. Et
vocavit deus aridam, ter-
ram: congregationesque

aquarū appellavit maria.
Et vidit Deus quòd esset
bonū, & ait, Germinet ter-
ra herbam virentem & fa-
cientem semen, & lignum
pomiferū faciēs fructum
iuxta genus suum, Cuius
semen in semetipso sit si-
per terram. Et factum est
ita. Et protulit terra herbā
virentem, & facientem se-
men iuxta genus suum, li-
gnumque faciēs fructum,
& habes vnumquodq; se-
mentem secundum speciē
suam. Et vidit deus quòd
esset bonū. Et factum est
vespere & mane dies ter-
tius. Dixit autem Deus,
Fiant luminaria in firma-
mento cæli, & diuidant
diem ac noctem: & sint in
signa & tempora, & dies &
annos; vt luceant in firma-
mento cæli: & illuminent
terram, Et factum est ita.
Fecitque Deus luminaria
magna, luminare maius vt
præfesset diei, & luminare
minus vt præfesset nocti &
stellas, & posuit eas Deus
in firmamento cæli, vt lu-
cerent super terrā, & præ-
essent diei ac nocti, & diui-
derent lucem ac tenebras.

Et vidit de⁹ quod esset bonum. Et factum est vespere & mane dies quartus.

¶ **Sanctum Iesu Christi euangelium secundum Ioan- nem. cap. 8. Lectio. ij.**

In principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum. Hoc erat in principio apud deum. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Quod factum est, in ipso vita erat, & vita erat lux hominum: & lux in tenebris lucet, & tenebre eam non comprehenderunt. Fuit homo missus a deo, cui nomen erat Ioannes. Hic venit in testimonium: ut testimonium perhiberet de lumine, ut omnes crederent per illum, non erat ille lux: sed ut testimonium perhiberet de lumine. Erat lux vera: que illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, in mundo erat, & mundus per ipsum factus est, & mundus eum non cognouit. In propria venit: & sui eum non receperunt. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios dei fieri,

his qui credunt in nomine eius, qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex deo nati sunt. Et verbum caro factum est: & habitauit in nobis. (Et vidimus gloriam eius gloriam quasi unigeniti a patre) plenum gratia & veritatis. Ioannes testimonium perhibet de ipso & clamat, dicens Hic erat quem dixi, Qui post me venturus est, ante me factus est: quia prior me erat. Et de plenitudine eius nos omnes accepimus & gratiam pro gratia: quia lex per Moysen data est, gratia & veritas per Iesum Christum facta est: deum nemo vidit unquam. Unigenitus filius qui est in sinu patris, ipse enarrauit.

¶ **Secundum Mattheum. cap. 20. Lectio. tertia.**

In illo tempore, Dixit Iesus discipulis suis parabolam hanc, Simile est regnum celorum homini patrifamilias, qui exiit primo mane conducere operarios in vineam suam. Et reliqua.

¶ **Homilia sancti Greg. pa.**

.Dominica in septuagesima.

Regnum cœlorum ab aduentu domini vsque patrisfamilias simile dicitur: & ad excolendam vineam suã operarios conduxit. **Q**uis verò patrisfamilias similitudinem recti⁹ tenet, quàm conditor noster? qui regit quos condidit: & electos suos sic in hoc mundo posidet quasi subiectos dominus in domo. **Q**ui habet vineam, vniuersam scilicet ecclesiam, quæ ab Abel iusto vsque ad vltimum electum, qui in fine mundi venturus est: quot sanctos protulit, quasi tot palmites misit. Hic itaq; paterfamilias ad excolendam vineam suam mane, hora tertia, sexta, nona, & vndecima, operarios conduxit: quia à mundi huius initio vsq; in finem, ad erudiendam plebem fidelium prædicatores congregare non desistit. Mane etenim mundi fuit ab Adã, vsq; ad Noe, hora verò tertia à Noe vsque ad Abraham. Sexta quoq; ab Abraham vsque ad Mosem. Nona autem à Mose vsque ad aduentum Domini, Vndecima verò

ad aduentu domini vsque ad finē mundi. In qua prædicatores sancti apostoli missi sunt, qui mercedem plenam, & tardè venientes acceperunt. Ad erudiendam ergo dominus plebē suam quasi ad excolendam vineam suam nullo tempore destitit operarios mittere: quia & prius per patres, & postmodum per legitimos doctores & prophetas: ad extremum verò per apostolos dum plebis suæ mores excoluit, quasi per operarios in vineæ cultura magnoperè laborauit. **Q**uāuis in quolibet modo vel mēsurā quisquis cū fide recta bonæ actionis extitit: hui⁹ vineæ operarius fuit. Operator ergo mane hora tertia, sexta, & nona antiquus ille & Hebraicus populus designatur: qui in electis suis ab ipso mundi exordio dum recta fide studuit deū colere: quasi non destitit in vineæ cultura laborare.

¶ *Notandum, quòd ab hac dñica inclusiue vsq; ad festiua quintā in cœna dñi qñ sit officiū de dñica vel fe-*

ria non dicitur. Te deum.
post tertiam lectione, sed
loco eius dicitur psalmus.
Miserere. Col. 16. Ad lau-
des. An. Per singulos dies
benedicam tibi, & lauda-
bo nomen tuum. **Oratio.**

P Reces populi tui, q̄-
sumus Domine, cle-
menter exaudi: ut qui
iuste pro peccatis nostris
affligimur: pro tui nomi-
nis gloria misericorditer
liberemur. Per dominum.

¶ Ad vesp̄as. Hymnus.

L Veis creator optime,
Lucem dierum pro-
ferens,

Primordiis lucis nouæ,
Mundi parans originem.

Q ui mane iūctū vesperi,
Diem vocari præcipis,

Tetrum chaos illabitur,
Audi preces cū fletibus.

N e mēs grauata crimine,
Vitæ sit exul munere,

Dum nil pereone cogitat,
Seseque culpis illigat.

C elorum pulset intimū,
Vitale tollat præmium,

Vitemus omne noxiū.
Purgemus omne pessimū.

P ræsta pater piissime, & c.
Antiphona. In tribulatio-
ne mea in uocaui Dñm, &

ad deum meum clamaui.
¶ Notandum, quòd in inui-
tatoriū, hymni, & añz hu-
ius dñice dicuntur vsque
ad feriam quartam cinerū
exclusiue, quando fit offi-
cium de dñica vel de feria.
¶ Fer. ij. ex Genesi. Lec. 1.

D Ixit etiā deus, Pro-
ducant atq; reptile
animæ uiuentis, &
volatile super terrā sub fir-
mamento cœli. Creauitq;
deus cete grādia, & omnē
animam uiuētē atq; mo-
rabilem, quā producerant
aque in species suas, & om-
ne volatile secundū genus
suum. Et vidit deus quòd
esset bonum, benedixitq;
eis, dicens, Crescite & mūl-
tiplicamini, & replete a-
quas maris; auesque mul-
tiplicentur super terram.
Et factū est vespere & ma-
ne dies quint⁹. Dixit quo-
que deus. Producat terra
animam uiuētē in genere
suo iumenta & reptilia &
bestias terræ secundū spe-
cies suas. Factumque est
ita. Et fecit deus bestias ter-
ræ iuxta species suas, & iu-
menta & omne reptile ter-
ræ in genere suo. Et vidit

deus quod esset bonum, & ait. Faciamus hominem ad imaginem & similitudinē nostram, & præsit piscibus maris, & volatilibus cæli, & bestiis, vniuersæque terræ, omniq̄ reptili quod mouetur in terra. Et creauit deus hominem ad imaginem suam, ad imaginem Dei creauit illum, masculū & scēminā creauit eos. Bñdixitq̄ illis deus, & ait Crescite, & multiplicamini, & replete terrā, & subicit eam, & dñamini piscibus maris, & volatilibus cæli, & vniuersis animantibus quæ mouentur super terram. Dixitq̄ deus. Ecce dedi vobis omnem herbam afferentem semen super terrā, & vniuersa ligna quæ habent in semetipsis sementem generis sui, vt sint vobis in escam, & cunctis animantibus terræ, omniq̄ volucris cæli, & vniuersis quæ mouentur in terra, & in quibus est anima viuens, vt habeant ad vescendum. Et factum est ita. Viditq̄ deus cuncta quæ fecerat: & erant valde bona. Et factum est vespe-

re & mane dies sextus.

¶ **Secundū Ioannē Lec. ij.**

ET hoc est testimonium Ioannis, quando miserunt Iudæi, ab Ierusalem sacerdotēs & leuitas ad eū, vt interrogarent eum, Tu quis es? Et confessus est, & non negauit. Et confessus est, Quia non sum ego Christus. Et interrogauerūt eum, Quid ergo? Elias es tu? Et dixit, Non sum. propheta es tu? Et respondit, Non. Dixerunt ergo ei, Quis es, vt responsum demus his qui miserūt nos? quid dicis de teipso? Ait, Ego vox clamantis in deserto, dirigite viam domini sicut dixit Isaias propheta. Et qui missi fuerant erant ex Pharisæis. Et interrogauerunt eum, & dixerunt ei, Quid ergo baptizas, si tu non es Christus, neq; Elias, neq; propheta? Respondit eis Ioannes, dicens, Ego baptizo in qua: medius autem vestrum stetit quem vos nescitis, Ipse est q̄ post me venturus est, qui ante me factus est: cuius ego nō sum dignus, vt soluiam

eius corrigiam calceamen-
 ti. Hæc in Bethabara facta
 sunt trans Iordanem, vbi
 erat Ioannes baptizans. Al-
 tera die vidit Ioannes Iesum
 venientem ad se, & ait, Ecce
 agnus Dei ecce qui tollit
 peccata mundi, Hic est, de
 quo dixi, Post me venit
 vir, qui ante me factus est,
 quia prior me erat, & ego
 nesciebam eum, sed ut ma-
 nifestetur in Israel, pro-
 pterea veni ego in aqua ba-
 ptizans. Et testimonium
 perhibuit Ioannes, dicens,
 Quia vidi spiritum descen-
 dentem quasi columbã de
 cælo, & mansit super eum.
 Et ego nesciebam eum: sed
 qui misit me baptizare in
 aqua, ille mihi dixit, Su-
 per quem videris spiritum
 descendentem & manentem
 super eum, hic est qui bap-
 tizat in spiritu sancto. Et e-
 go vidi: & testimoniũ phi-
 bui quia hic est filius dei.

¶ *Feria tertia, ex Genesi.*
cap. 2. Lectio prima.

Cœlitur perfecti sunt cæ-
 li & terra, & omnis ornatus
 eorum. Cœpleuitq; Deus
 die septimo opus suum quod
 fecerat, & requieuit die se-

ptimo ab vniuerso opere
 quod patrarat. Et bñdixit
 diei septimo, & sanctifica-
 vit illum, quia in ipso ces-
 sauerat ab omni opere suo,
 quod creauit deus vt face-
 ret. Istæ sunt generationes
 cæli & terræ, quando crea-
 tæ sunt, i die quo fecit do-
 minus deus cælum & ter-
 ram, & omne virgultum
 agri antequam oriretur in
 terra, omnemque herbam
 regionis prius quã germi-
 naret: non enim pluerat
 dominus deus super terrã,
 & homo non erat qui ope-
 raretur terram: sed fons a-
 scendebat à terra, irrigans
 vniuersam superficiem ter-
 ræ. Formauit igitur domi-
 nus deus hominem de limo
 terræ, & inspirauit in fa-
 ciem eius spiraculum vitæ,
 & factus est homo in ani-
 mam viuentem. Plantaue-
 rat autem dominus deus para-
 disum voluptatis à prin-
 cipio: in quo posuit homi-
 nem quem formauerat, pro-
 duxitq; dominus deus de
 humo omne lignum pul-
 chrum visu, & ad vescen-
 dum suauis lignum etiam
 vitæ in medio paradisi, li-

gnumque scientiæ boni & mali. Et fluius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum paradysum, qui inde diuiditur in quatuor capita nomen vni Phison: ipse est qui circumit oem terram Euilath vbi nascitur aurum, & atrum terræ illius optimum est, ibiq; inuenitur bdeliū, & lapis onychynus. Et nomē fluij secūdi, Gehon: ipse est qui circumit omnem terram Aethiopiæ. Nomen verò fluminis tertij, Tigris ipse vadit contra Assyrios. Fluius autem quartus, ipse est Euphrates.

¶ **Secundū Ioannē. Le. ij.**

Altra die iterū stabat Ioannes, & ex discipulis ei⁹ duo. Et respiciens Iesum ambulantem, dicit, Ecce agnus dei. Et audierunt eum duo discipuli loquentem, & sequuti sunt Iesum. Conuersus autem Iesus, & videns eos sequentes se, dicit eis, **Quid quæritis? Qui** dixerunt ei Rabbi. (quod dicitur interpretatum, magister) vbi habitas? Dicit eis. Venite & videte. Venerūt

& viderunt vbi maneret: & apud eum manserunt die illo: hora autem erat quasi decima. Erat autē Andreas frater Simonis Petri vnus ex duobus qui audierant à Ioanne, & sequuti fuerant eum. Inuenit hic primum, fratrem suum Simonem, & dicit ei, Inuenimus Messiam quod est interpretatum, Christus. Et adduxit eum ad Iesum. Inuenit autē eum Iesus, dixit, Tu es Simon filius Ionæ tu vocaberis Cephæ, quod interpretatur Petrus. In crastinum voluit exire in Galiliam, & inuenit Philippum. Et dicit ei Iesus, Sequere me. Erat autem Philippus à Bethsaida, ciuitate Andreæ & Petri. Inuenit Philippus Nathanael, & dicit ei. **Quem scripsit** Moyses in lege, & prophetæ, inuenimus Iesum filium Ioseph à Nazareth. Et dicit ei Nathanael, A Nazareth potest aliquid boni esse? Dicit ei Philippus, Veni & vide. Vidit Iesus Nathanael venientem ad se: & dicit de eo, Ecce verè Israelita in quo dolus non est.

est. Dicit ei Nathanael, Vnde me nosti? Respondit Iesus, & dixit ei. Prius quam te Philippus vocaret, cum esses sub ficu vidi te. Respondit ei Nathanael, & ait, Rabbi, tu es filius Dei, tu es rex Israel. Respondit Iesus, & dixit ei, Quia dixi tibi, vidi te sub ficu, credis: maius his videbis. Et dicit ei, Amen amen dico vobis, videbitis caelum apertum, & angelos dei ascendentes & descendentes supra filium hominis.

¶ Peris quarta. ex Geneti.
Lectio prima.

Tulit ergo Dominus Deus hominem, & posuit eum in paradysum voluptatis, vt operaretur & custodiret illu: praecipitque ei dicens, Ex omni ligno paradysi comedede: de ligno autem scientie boni & mali ne comedas. In quocunque enim die comederis ex eo, morte morieris. Dixit quoque dominus Deus, Non est bonum hominem esse solum: faciamus ei adiutorium simili sui. Formatis igitur dominus Deus de humo cum

B. N.

etis animantibus terrae, & vniuersis volatilibus caeli, adduxit ea ad Adam, vt videret quid vocaret ea, omne enim quod vocauit Adā animae viuentis, ipsum est nomen eius. Appellauitque Adā nominibus suis cuncta animantia, & vniuersa volatilia caeli, & omnes bestias terrae: Adā verò non inueniebatur adiutor similis eius. Immisit ergo dominus deus soporem in Adā: cumque obdormisset, tulit vnam de costis eius, & repleuit carnem pro ea. Et edificauit dominus Deus costam, quam tulerat de Adam, in mulierem: & adduxit eam ad Adam. Dixitque Adam, Hoc nunc, os ex ossibus meis, & caro de carne mea: haec vocabitur Virago, quoniam de viro sumpta est. Quam obrem relinquet homo patrem suum & matrem, & adhærebit vxori suae, & erunt duo in carne vna. Erat autem vterque nudus, Adā scilicet & vxor eius. & non erubescabant.

Secundum Ioānem. cap. 2.
Lectio secunda.
2.

ET die tertia nuptiæ factæ sunt in Cana Galilææ: & erat mater Iesu ibi. Vocatus est autem & Iesus, & discipuli eius ad nuptias. Et deficiente vino, dicit mater Iesu ad eum, Vinum non habent. Et dicit ei Iesus, *Quid mihi & tibi est mulier? nōdum venit hora mea.* Dicit mater eius ministris, *Quodcumque dixerit vobis facite.* Erant autem ibi lapideæ hydriæ sex positæ secundum purificationem Iudæorū, capientes singulæ metretas binas vel ternas. Dicit eis Iesus, *Implete hydrias aqua. Et impleuerūt eas vsque ad summū.* Et dicit eis Iesus, *Haurite nūc, & ferte Architriclino.* Et tulerūt. Vt autem gustauit Architriclinus aquam vinum factam, & non sciebat unde esset, ministri autem sciebant qui hauserāt aquam: vocat spōsū Architriclinus, & dicit ei, *Omnis homo primum, bonum vinū ponit: & cū inebriati fuerint, tunc id quod deterius est. Tu autem seruaisti bonum vinum vsque ad-*

huc. Hoc fecit initium signorum Iesus in Cana Galilææ: & manifestauit gloriam suam, & crediderunt in eum discipuli eius. Post hæc descendit Capharnaum ipse & mater eius, & fratres eius & discipuli eius & ibi manserunt non multis diebus. Et prope erat pascha Iudæorum, & ascendit Iesus Ierosolymam: & inuenit in templo vendentes oues & boues & columbas, & numularios sedentes. Et cū fecisset quasi flagellū de funiculis, omnes eiecit de templo, oues quoque & boues, & numulariorū effudit æs, & mensas subuertit. Et his qui columbas vendebant, dixit, Auferte ista hinc: & nolite facere domū patris mei, domum negotiationis. Recordati sunt verō discipuli eius, quia scriptum est, Zelus dom⁹ tu⁹ comedit me. Responderūt ergo Iudæi, & dixerunt ei, quod signum ostendis nobis quia hæc facis? Respondit Iesus, & dixit eis, Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud. Dixerūt ergo

Iudæi, **Q**uadráginta & sex annis adificatum est templum hoc: & tu in tribus diebus excitabis illud? Ille autem dicebat de templo corporis sui. Cùm ergo resurrexisset à mortuis, recordati sunt discipuli eius quia hoc dicebat, & crediderunt scripturæ, & sermóni quem dixit Iesus. Cū autē esset Ierosolymis in páscha in die festo: multi crediderunt in nomine ei⁹, videntes signa eius quæ faciebat. Ipse autē Iesus nō credebatur semetipsum eis: eo quod ipse nosset omnes: & quia opus ei non erat, vt quis testimoniū perhiberet de hoīe. Ipse enim sciebat quid esset in homine.

Perla. v. ex Gene. cap. 3.

Lectio prima.

Sed & serpens erat callidior cunctis animantibus terræ: quæ fecerat dñs deus. **Q**ui dixit ad mulierem, Cur præcepit vobis Deus vt non comederetis ex omni ligno paradisi? Cui respondit mulier, De fructu lignorum quæ sunt in paradiso, vescimur: de fructu verò li-

gni quod est in medio paradisi, præcepit nobis deus ne comederemus, & ne tangerem⁹ illud, ne fortè moriamur. Dixit autem serpens ad mulierem, Nequaquam morte moriemini, scit em̄ deus quod in quocūque die comederetis ex eo, aperietur oculi v̄si: & eritis sicut dii sciētes bonū & malū: vidit igitur mulier quod bonū esset lignū ad vescendū, & pulchrū oculis, aspectuq; delectabile: & tulit de fructu illius & comedit: deditq; viro suo qui comedit. Et aperti sunt oculi amborum: cūq; cognouissent se esse nudos, consuerunt folia ficus, & fecerunt sibi perizomata. Et cū audissent vocē domini dei deambulantis in paradiso ad aurā post meridiem, abscondit se Adam & vxor eius à facie Domini dei in medio ligni paradisi. Vocauitque domin⁹ de⁹ Adam, & dixit ei. Vbi es? **Q**ui ait, vocē tuā dñe audiui in paradiso: & timui eo quod nudus essem, & abscondi me. Cui dixit domin⁹, **Q**uis indicauit tibi

Fecit. v. Diuice in septuagesima.

quod nudus esses, nisi quæ
ex ligno de quo præcepe-
ram tibi ne comederes, co-
medisti? Dixitque Adam,
Mulier quam dedisti mihi
sociã, dedit mihi de ligno
& comedi. Et dixit Domi-
nus deus ad mulierẽ, qua-
re hoc fecisti? Quæ respõ-
dit, Serpens decepit me, &
comedi. **Secundum Io-
annem. Lectio secunda.**

ERat autem homo ex
Pharisæis, Nicode-
mus nomine, prin-
ceps Iudæorum. Hic venit
ad Iesum nocte, & dixit ei,
Rabbi, scimus quia à Deo
venisti magister: nemo enim
potest hæc signa facere quæ
tu facis, nisi fuerit deus cum
eo. Respondit Iesus, & di-
xit ei, Amen amen dico tibi,
nisi quis renatus fuerit
denuo, non potest videre
regnum dei. Dicit ad eum
Nicodemus. **Quomodo**
potest homo nasci cum sit
senex? nunquid potest in
ventre matris suæ iterato
introire & renasci? Respõ-
dit Iesus, Amen amen dico
tibi, nisi quis renatus fue-
rit ex aqua & Spiritu san-
cto, non potest introire in

regnum Dei. **Quod** natũ
est ex carne, caro est. & quod
natum est ex spiritu: spiritus
est. Non mireris quia
dixi tibi, Oportet vos na-
sci denuo. Spiritus ubi uult
spirat: & uocẽ eius audis,
sed nescis unde ueniat, aut
quo uadat: sic est omnis qui
natus est ex spiritu. Respõ-
dit Nicodemus, & dixit ei.
Quomodo possent hæc
fieri? Rõdit Iesus, & dixit
ei, Tu es magister in Israel,
& hæc ignoras? Amen amen
dico tibi, quia quod scimus
loquimur, & quod uidimus
testamur, & testimonium
nostrum non accipitis. Si
terrena dixi uobis, & non
creditis: **quomodo** si dixe-
ro uobis celestia, credetis?
Et nemo ascendit in celum,
nisi qui descendit de celo,
filius hominis qui est in
celo. Et sicut Moyses exal-
tauit serpẽtem in deserto:
ita exaltari oportet filium
hominis, ut omnis qui cre-
dit in ipso, non pereat, sed
habeat uitam æternam. Sic
enim deus dilexit mundũ,
ut filium suum unigenitũ
daret: ut omnis qui credit
in eum, nõ pereat, sed ha-

beat vitam æternam. Non enim misit Deus filiū suū in mundum vt iudicet mundum, sed vt saluetur mundus per ipsum. **Qui credit in eum, nō iudicatur, qui autem non credit, iam iudicatus est: quia non credit in nomine vnigeniti filij Dei, Hoc est autem iudicium: quia lux venit in mundum, & dilexerūt homines magis tenebras quā lucem, erant enim eorum mala opera.** Omnis enim qui mala agit, odit lucem: & non venit ad lucem, vt nō arguantur opera eius, qui autem facit veritatem, venit ad lucem, vt manifestetur opera eius, quia in deo sunt facta. ¶ **Feria. vi. ex Genesi. Lectio prima.**

ET ait dominus Deus ad serpentem, **Quia fecisti hoc, maledictus es inter omnia animantia & bestias terræ: super pectus tuum gradieris, & terram comedes cunctis diebus vitæ tuæ, Inimicitias ponam inter te & mulierē, & semen tuum & semen illius: ipsa conteret caput tuum, & tu insidiaberis cal-**

caneo eius. Mulleri quoq; dixit. Multiplicabo ærinas tuas, & cōceptus tuos: in dolore paries filios, & sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui. Adæ vero dixit. **Quia audisti vocem vxoris tuæ, & comediti de ligno ex quo præceperam tibi ne comederes.** maledicta terra in opere tuo: in laboribus comedes ex ea cunctis diebus vitæ tuæ, spinas & tribulos germinabit tibi, & comedes herbas terræ. In sudore vultus tui vesceris pane, donec reuertaris in terrā, de qua sumptus es, quā puluis es & in puluere reuerteris. Et vocauit Adā nomen vxoris suæ. Eua: eo quod mater esset cunctorum viuentium. Fecit quoq; dñs deus Adę & vxori eius tunicas pelliceas, & induit eos. Et ait, Ecce, Adam quasi vnus ex nobis factus est, sciens bonum & malum, nunc ergo ne forte mittat manū suā, & sumat etiam de ligno vitæ & comedat, & viuat in æternum. Et emisit eū dominus de paradiso voluptatis: vt operaretur ter-

Feria. vi. Dñicæ in septuagesima.

rã, de qua sumptus est. Eiecitq; Adã: & collocavit ante paradysum voluptatis Cherubin, & flãmẽum gladium atque versatilem ad custodiendam viam ligni vitæ. **Secundum Ioannem.** **Lectio secunda.**

Post hæc venit Iesus & discipuli ei⁹ in Iudæã terram, & illic morabatur cū eis & baptizabat. Erat autem & Ioannes baptizans in Aenon iuxta Salim: quia aquæ multæ erant illic & veniebant & baptizabantur. Nondum enim missus fuerat Ioannes in carcerem. Facta est autem quæstio ex discipulis Ioannis cum Iudæis de purificatione. Et venerunt ad Ioannem, & dixerunt ei, Rabbi, qui erat tecum trans Iordanem, cui tu testimoniũ perhibuisti, ecce hic baptizat, & omnes veniunt ad eum. Respondit Ioannes, & dixit. Non potest homo accipere quicquam, nisi fuerit ei datum de cælo. Ipsi vos mihi testimoniũ perhibetis quod dixerim, Nō sum ego Christus: sed quia missus sum ante illũ,

Qui habet sponsam, sponsus est: amicus autem sponsi qui stat & audit eũ, gaudio gaudet propter vocẽ spõũ. Hoc ergo gaudium meum impetum est. Illud oportet crescere: me autẽ minui, Qui de sursum venit, super omnes est. Qui est de terra, de terra est, & de terra loquitur: qui de cælo venit, super omnes est. Et quod vidit & audiuit, hoc testatur. & testimonium eius nemo accipit. Qui autẽ accepit eius testimonium, signavit quia Deus verax est. Quem enim misit Deus, verba Dei loquitur, non enim ad mensuram dat Deus spiritũ. Pater diligit filium: & omnia dedit i manu eius. Qui credit in filium habet vitam æternam: qui autem incredulus est filio non videbit vitam, sed ira dei manet super eum. Ut ergo cognovit Iesus quia audierunt pharisæi quod Iesus plures discipulos facit, & baptizat quam Ioannes (quã Iesus non baptizaret, sed discipuli eius) reliquit Iudæam, & abiit iterum in

Galilæam, oportebat autem
eum transire per Samariam.

Sabbata. ex Genesi. cap. 4.
Lectio prima.

ADam verò eogno-
uit vxorē suā Eua
quæ concepit & pe-
perit Cain, dicens, Possede
hominem per domi-
num. Rursumque peperit
fratrem eius Abel. Fuit au-
tem Abel pastor ouium,
& Cain agricola. Factum
est autem post multos dies
vt offerret Cain de fructi-
bus terræ munera domi-
no. Abel quoque obtulit
de primogenitis gregis sui
& de adipibus eorum: &
respexit dominus ad Abel,
& ad munera eius. Ad Cain
autem & ad munera illius
non respexit: iratusque
est Cain vehementer, &
concidit vultus eius. Di-
xitque dominus ad eum,
Quare iratus es? & cur
concidit facies tua? Non-
ne si bene egeris, recipies:
si autem male, statim in-
foribus peccatum aderit?
sed sub te erit appetitus e-
ius, & tu dominaberis il-
lius. Dixitque Cain ad A-
bel fratrem suum, Egred-

iamur foras. Cūque essent
in agro, consurrexit Cain
aduersus fratrem suum Abel,
& interfecit eum. Et ait do-
minus ad Cain. Vbi est A-
bel frater tuus? Qui respō-
dit, Nescio: nunquid cu-
stos fratris mei sum ego?
Dixitque ad eum, Quid
fecisti? vox sanguinis fra-
tris tui clamat ad me de
terra. Nunc igitur maledi-
ctus eris super terram: quæ
aperuit os suum, & susce-
pit sanguinem fratris tui
de manu tua. Cū opo-
ratus fueris eam, non da-
bit fructus suos: vagus &
profugus eris super terram.
Dixitque Cain ad domi-
num, Maior est iniquitas
mea, quam vt veniam me-
rear. Ecce eiicis me hodie
à facie terræ & à facie tua
abscondar, & ero vagus
& profugus in terra: om-
nis igitur qui inuenerit
me, occidet me. Dixitque
ei dominus, Nequaquam
ita fiet: sed omnis qui oc-
ciderit Cain, septuplum
punietur. Posuitque do-
minus in Cain signum, vt
non interficeret eum om-
nis qui inuenisset eum.

Secundum Iohannem. Lec. ij.

Venit ergo in ciuitatem Samariæ, quæ dicitur Sichar: iuxta prædium, quod dedit Iacob, Ioseph filio suo. Erat autem ibi fons Iacob. Iesus autem fatigatus ex itinere, sedebat sic supra fontem. Hora autem erat quasi sexta. Venit autem mulier de Samaria haurire aquam. Dicit ei Iesus, Da mihi bibere. Discipuli enim eius abierant in ciuitatem, ut cibos emerent. Dicit ergo ei mulier illa Samaritana, Quomodo tu Iudæus quæ sis, bibere à me potestis, quæ sum mulier Samaritana? non enim contutur Iudæi Samaritanis. Respondit Iesus, & dixit ei. Si scires donum Dei, & quis est qui dicit tibi, Da mihi bibere: tu forsitan petisses ab eo, & dedisset tibi aquam viuam. Dicit ei mulier, domine, neque in quo haurias habes, & puteus altus est: unde ergo habes aquam viuam? Nunquid tu maior es patre nostro Iacob, qui dedit nobis puteum, & ipse ex eo bibit, & filij eius & pecora

eius? Respondit Iesus, & dixit ei, Omnis qui bibit ex aqua hac, sitiet iterum, qui autem biberit ex aqua quæ ego dabo ei, non sitiet in sæternum sed aqua quæ ego dabo ei fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam. Dicit ad eum mulier, Domine, da mihi hanc aquam: ut non sitiam, neque veniam huc haurire. Dicit ei Iesus, Vade, voca virum tuum, & veni huc. Respondit mulier: & dixit, Non habeo virum. Dicit ei Iesus, Bene dixisti, Quia non habeo virum. Quinque enim viros habuisti: & hunc quem habes, non est tuus vir, hoc verè dixisti. Dicit ei mulier, Domine, video quia propheta es tu. Patres nostri in monte hoc adorauerunt: & vos dicitis quia Ierosolymis est locus ubi adorare oportet. Dicit ei Iesus, Mulier, crede mihi, quæ venit hora quædo neque in monte hoc, neque in Ierosolymis adorabitis patrem. Vos adoratis quod nescitis: nos adoramus quod scimus, quia salus ex Iudæis est. Sed venit hora &

nunc est, quando veri adoratores adorabunt patrem in spiritu & veritate, nam & pater tales querit, qui adorent eum. Spiritus est deus & eos qui adorant eum, in spiritu & veritate oportet adorare. Dicit ei mulier, Scio quia Messias venit, qui dicitur Christus. cum ergo venerit, ille annuntiabit nobis omnia. Dicit ei Iesus, Ego sum qui loquor tecum. Et continuo venerunt discipuli eius: & mirabantur quia cum muliere loquebatur nemo tamen dixit, **Q**uid quis, aut quid loqueris cum ea? Reliquid ergo hydriam suam, & abiit in civitatem, & dicit illis hominibus, Venite, & videte hominem qui dicit mihi omnia quecumque feci, nunquid ipse est Christus? Exierunt ergo de civitate, & veniebant ad eum.

Dominica in sexagesima, ex **Genesi.** **Lectio prima.**

Egressus que Cain a facie domini, habitavit profugus in terra ad orientalem plagam Edem. Cognovit autem Cain uxorem suam, que conceptit &

peperit Enoch & edificavit civitatem, vocavitque nomen eius ex nomine filij sui, Enoch. Porro Enoch genuit Irad, & Irad genuit Mavizael, & Mavizael genuit Mathusael, & Mathusael genuit Lamech: qui accepit duas uxores, nomen vni Ada, & nomen alteri Sella. Genuitque Adalabel, qui fuit pater habitantium in tentoriis atque pastorum, & nomen fratris eius Iabal, ipse fuit pater canentium cithara & organo. Sella quoque genuit Tubalcain, qui fuit malleator & faber in cuncta opera æris & ferri. Soror vero Tubalcain, Noema. Dixitque Lamech vxoribus suis Adæ & Sellæ, Audite vocem meam uxores Lamech, auscultate sermonem meum: quoniam occidi virum in vulnus meum, & adolescentulum in liuorem meum, septuplum ultio dabitur de Cain, de Lamech vero septuagies septies. Cognovit quoque adhuc Adam uxorem suam & peperit filium, vocavitque nomen eius Seth: dicens, Posuisti

Dominica in sexagesima.

mibi Deus semen aliud ꝑ
Abel, quem occidit Cain.
Sed & Seth natus est filiꝰ,
quem vocauit Enos, iste
cepit inuocare nomen do-
mini. **Secundū Ioannem.**

Lectio secunda.

INterea rogabāt eum di-
scipuli, dicētes, Rabbi,
māduca. Ille autē dixit
eis, Ego cibum habeo mā-
ducare quem vos nescitis.
Dicebāt ergo discipuli ad-
inuicem, Nunquid aliquis
attulit ei manducare? Dicit
eis Iesus. Meus cibus est, vt
faciam volūtatem eius qui
misit me: vt perficiā opus
eiꝰ. Nūne vos dicitis quod
adhuc quatuor mēses sūt,
& mēs is venit? Ecce dico
vobis, leuate oculos vꝱos,
& videte regiones quia al-
bae sunt iam ad messē. Et
qui metit, mercedem acci-
pit, & congregat fructū in
vitam aeternā: vt & qui se-
minat simul gaudeat, & qui
metit. In hoc enim verbū
verum: quia alius est qui
seminat, & alius est q. me-
tit. Ego misi vos metere
quod vos non laborastis,
alij laborauerunt: & vos in
labores corū introistis, Ex
ciuitate autē illa multi cre-
diderūt in eū Samaritano-
rum, propter verbū mu-
lieris testimoniū perhibē-
tis, **Quia** dixit mihi omnia
quae cūque feci. Cūm ve-
nissent ergo ad illū Sama-
ritani, rogauerunt eum vt
ibi maneret. Et mansit ibi
duos dies. Et multo plures
crediderunt propter ser-
monem eiꝰ. Et mulieri di-
cebant: **Quia** iam nō pro-
pter tuā loquelā credimꝰ,
ipsi enim audiuius, & scri-
mus quia hic est vere sal-
uator mūdi. Post duos au-
tem dies exit inde, & abiit
in Galilaeam. Ipse enim Ie-
sus testimoniū perhibuit
quia propheta in sua pa-
tria honorē nō habet. Cū
ergo venisset in Galilaeam,
exceperunt eū Galilaei, cū
omnia vidissent quae fece-
rat Ierosolymis ī die festo:
& ipsi eū venerāt ad diem
festū. Venit ergo iterū in
Cana Galilaeae, vbi fecit a-
quā vinū. Et erat quidā re-
gulus cuius filius infirma-
batur Capharnaum. Hic
cūm audisset quia Iesus ad-
ueniret à Iudaea in Gali-
laeam, abiit ad eū: & roga-

bat eū vt descenderet & sanaret filiū eius, incipiebat enim mori. Dixit ergo Iesus ad eū, Nisi signa & prodigia videritis, non creditis. Dicit ad eū regulus, domine, descēde prius quā moriatur filius meus. Dicit ei Iesus. Vade, filius tuus vivit. Credidit homo sermōi quē dixit ei Iesus, & ibat. Iam autem eo descendente, serui occurrerūt ei: & nuntiaverunt dicentes, quia filius eius viueret. Interrogabat ergo horam ab eis in qua melius habuerit. Et dixerunt ei. **Quia** heri hora septima reliquit eum febris. Cognouit ergo pater quia illa hora erat in qua dixit ei Iesus, filius tuus vivit: & credit ipse & domus eius tota. Hoc iterum secundum signum fecit Iesus, cum venisset à Iudæa in Galilæam. **Secundam**

Lucam. cap. 8. Lectio. iij.

In illo tempore dixit Iesus turbis similitudinē hanc, Exiit qui seminat seminare semē suū. Et reli.

L. Homi. scti Greg. pa. Lectio sancti euange. iij. quā modo fratres

charissimi audistis expositione non indiget, sed admonitione. **Quā** enim per semetipsum veritas exposuit, hanc discutere humana fragilitas nō præsūmit. Sed est quod sollicitè in hac ipsa expositione dominica pēsare debem⁹. **Quia** si nos vobis, semen verbū, agrum mundum, volucres dæmonia, spinas diuitias, si gnificare dicerem⁹, ad credendum nobis mēs forsità vestra dubitaret. Vnde & idē dominus per semetipsum dignatus est exponere quod dicebat: vt sciatis rerū significationes querere in his etiā quę per semetipsum noluit explanare. Exponēdo ergo quod dixit, figurate se loqui innotuit: quatenus certos vos redderet: cū vobis nostra fragilitas verborū illi⁹ figuras aperiret. **Quis** enim mihi vnquā crederet: si spinas diuitias interpretari voluissē: maximē quū illę pungant, istę delectent. Et tamen spinę sunt: quia cogitationum suarum punctione mentes lacerant: & cū vsque ad peccatum

Feria. ij. Dñica in sexagesima.

pertrahunt, quasi inflicto
vulnere cruentant. **Q**uas
bene in loco alio (cuāgest-
sta attestante) nequaquam
dñs diuitias: sed fallaces di-
uitias appellat. **Oratio.**

Deus, qui conspicias,
quia ex nulla nostra
actione confidim⁹:
concede propitius: vt con-
tra aduersa omnia docto-
ris gentium protectione
muniamur. Per dominum
nostrum Iesum Christum.

**Feria secunda, ex Gene-
si. Cap. 5. Lectio prima.**

Hic est liber genera-
tionis Adam: in die
qua creauit deus ho-
minem ad similitudinem
dei fecit illum. Masculum
& feminā creauit eos: & be-
nedixit illis & vocauit no-
men eorum Adam in die
quo creati sunt. Vixit autē
Adam centum triginta an-
nis: & genuit filium ad si-
militudinem & imaginem
suam, vocauitque nomen
ei⁹ Seth. Et facti sunt dies
Adam postquam genuit
Seth octingenti anni. ge-
nuitque filios & filias. Et fa-
ctū est omne tēpus quod
dixit Adam, anni non gen-

ti triginta, & mortuus est.
Vixit quoque Seth cēcum
quinq; annis, & genuit E-
nos. Vixitque Seth post-
quam genuit Enos, octin-
gentis septē annis, genuit-
que filios, & filias. Et facti
sunt omnes dies Seth non
gentorū duodecim anno-
rum, & mortuus est. Vixit
verò Enos nonaginta an-
nis, & genuit Cainan. Post
cuius ortum vixit octin-
gentis quindecim annis, &
genuit filios & filias. Facti-
que sunt omnes dies Enos
nongenti quinque anni, &
mortu⁹ est. Vixit quoque
Cainan septuaginta annis,
& genuit Malaleel. Et vi-
xit Cainan postquam ge-
nuit Malaleel, octingentis
quadraginta annis, genuit-
que filios & filias. Et facti
sunt oēs dies Cainan non-
genti decem anni, & mor-
tuus est. Vixit autē Mala-
leel sexaginta quinque an-
nis, & genuit Jared. Et vi-
xit Malaleel postquam ge-
nuit Jared, octingentis tri-
ginta annis: & genuit filios
& filias. Et facti sunt omnes
dies Malaleel octingenti
nonaginta quinque anni,

& mortuus est. **Secundum**
Ioannem. cap. 5. Lectio. ij.

Post hæc erat dies festus iudæorum: & ascendit Iesus Ierosolymā. Est autem Ierosolymis, in Probatica, piscina quæ cognominatur Hebraicè Bethesda, quinque porticus habens. In his iacebat multitudo magna languentium, cæcorum, claudorum, aridorum, expectantium aque motum. Angelus autem Domini descendebat secundum tempus in piscinam: & mouebatur aqua. Et qui primus descendisset in piscinam post motum aquæ, sanus fiebat à quacunque detinebatur infirmitate. Erat autem quidam homo ibi triginta & octo annos habens in infirmitate sua. Hunc cum vidisset Iesus iacentem, & cognouisset quia iam multum tempus haberet: dicit ei, Vis sanus fieri? Respondit ei languidus, domine, hominem non habeo ut cum turbata fuerit aqua mittat me in piscinā, dum venio eum ego, alius ante me descendit. Dicit ei Iesus, Sur-

ge, tolle grabatum tuum & ambula. Et statim sanus factus est homo: & sustulit grabatum suum, & ambulabat. Erat autem sabbatum in die illo. Dicebant ergo iudæi, illi qui sanatus fuerat, Sabbatum est, non licet tibi tollere grabatum tuum. Respondit eis, Qui me sanus fecit, ille mihi dixit, Tolle grabatum tuum & ambula. Interrogauerunt ergo eum, **Qui** est ille homo, qui dixit tibi, Tolle grabatum tuum, & ambula? Is autem qui sanus fuerat effectus, nesciebat quis esset Iesus enim declinavit à turba constituta in loco. Postea inuenit eum Iesus in templo, & dixit illi, Ecce sanus factus es iam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat. Abiit ille homo. & nuntiavit iudæis quia Iesus esset qui fecit eum sanum. Propterea persequebatur iudæi Iesum, quia hæc faciebat in sabbato. Iesus autem respondit eis, Pater meus usque modo operatur: & ego operor. Propterea ergo magis querebant eum iudæi interficere

Feria. iij. Dñice in sexagesims.

quia nō solū soluebat sabbatum, sed & patrē suū dicebat deū, & equalē se faciēs deo. Respondit itaque Iesus, & dixit eis, Amen amē dico vobis, nō potest fili⁹ à se facere quicquam, nisi quod viderit patrē facientem, quęcunque enim ille facit, hæc & filius similiter facit. Pater enim diligit filiū, & omnia demonstrat ei quę ipse facit, & maiora his demonstrabit ei opera, vt vos miremini. Sicut em̄ pater suscitāt mortuos & viuificat: sic & filius quos vult, viuificat. Neque em̄ pater iudicat quenquā: sed omne iudiciū dedit filio, vt om̄es honorificēt filiū, sicut honorificat patrem, qui non honorificat filiū, nō honorificat patrem qui misit illū. Amē amen dico vobis, quia qui verbū meū audit, & credit ei qui misit me, habet vitā æternā, & in iudiciū nō venit: sed transiet à morte in vitam.

¶ **Feria tertia, ex Genesi.**

Lectio prima.

Vixitque Jared cētum sexaginta duob⁹ annis, & genuit Enoch

& vixit Jared postquā genuit Enoch octingētis annis, & genuit filios & filias. Et facti sunt omnes dies Jared nongenti sexaginta duo anni, & mortuus est. Porro Enoch vixit sexaginta quinque annis, & genuit Mathusalē. Et ambulauit Enoch cum deo: & vixit Enoch postquā genuit Mathusalē, trecentis annis, & genuit filios & filias. Et facti sunt omnes dies Enoch trecenti sexagintaquinque anni, ambulauitque cum deo: & nō apparuit: quia tulit eū deus. Vixit quoque Mathusalē cētum octoginta septem annis, & genuit Lamech. Et vixit Mathusalē postquā genuit Lamech, septingentis octoginta duobus annis, & genuit filios & filias. Et facti sunt omnes dies Mathusalē nongenti sexagintanouē anni, & mortuus est. Vixit autem Lamech cētum octoginta duobus annis, & genuit filiū: uocauitq; nomē ei⁹ Noe, dicēs, Iste cōsolabitur nos ab operibus, & laboribus manuum nostrarū in terra.

cui maledixit dominus, Vixitq; Lamech, postquam genuit Noe, quingentis nonaginta quinque annis, & genuit filios & filias. Et facti sunt omnes dies Lamech, septingenti septuaginta septem anni, & mortuus est. Noe vero cum quingentorum esset annorum, genuit Sem, Cham, & Iapheth.

Secundum Ioanem. Lect. ij.

A Men amen dico vobis quia venit hora & nunc est, quando mortui audient vocem filij Dei: & qui audierint, uiuent, Sicut enim pater habet vitam in semetipso: sic dedit & filio habere vitam in semetipso, & potestatem dedit ei iudicium facere, quia filius hominis est, nolite mirari hoc: quia venit hora in qua omnes qui in monumentis sunt, audient vocem filij Dei, & procedent qui bona fecerunt, in resurrectionem uitae: qui vero mala egerunt, in resurrectionem iudicij. Non possum ego a meipso facere quicquam Sicut audio, iudico: & iudicium meum, iustum est: quia non quaero

voluntatem meam, sed voluntatem eius qui misit me. Si ego testimonium perhibeo de me, testimonium meum non est verum. Alius est qui testimonium perhibet de me: & scio quia verum est testimonium eius quod perhibet de me.

Vos misistis ad Ioanem: & testimonium perhibuit veritati. Ego autem non ab homine testimonium accipio, sed haec dico, ut vos salui sitis. Ille erat lucerna ardens & lucens. Vos autem voluistis ad horam exultare in luce eius. Ego autem habeo testimonium maius Ioanis. Opera enim quae dedit mihi pater ut perficerem ea: ipsa opera quae ego facio, testimonium perhibent de me quia pater misit me, & qui misit me pater, ipse testimonium perhibuit de me neque vocem eius unquam audistis, neque speciem eius vidistis & verbum eius non habetis in vobis manens: quia quem misit ille, huic vos non creditis. Scrutamini scripturas: quia vos putatis in ipsis vitam aeternam habere. Et illae sunt quae testimonium

Feria. iij. Dilce in sexagesima.

perhibet de me: & non vultis venire ad me ut vitam habeatis. Claritatem ab hominibus non accipio. Sed cognoui vos, quia dilectionem Dei non habetis in vobis. Ego veni in nomine patris mei, & non accepistis me: si alius venerit in nomine suo, illum accipietis. **Q**uomodo vos potestis credere qui gloriam ab invicem accipitis, & gloriam quam a solo Deo est, non queritis? Nolite putare quia ego accusaturus sum vos apud patrem, est qui accusat vos Moyses, in quo vos speratis. Si enim crederetis Moysi, crederetis forsitan & mihi, de me enim ille scripsit. Si autem illius literis non creditis, quomodo vobis meis credetis?

Feria. iij. ex Gen. cap. 6

Lectio prima.

Cumque coepissent homines multiplicari super terram, & filias procreassent: videntes filii Dei filias hominum, quod essent pulchre acceperunt sibi uxores ex omnibus quas elegerant. Dixitque deus. Non permanebit spiritus

meus in homine in aeternum, quia caro est: eruntque dies illius centum, viginti annorum. Gigantes autem erant super terram in diebus illis. postquam enim ingressi sunt filii Dei ad filias hominum, illaeque genuerunt. (Isti sunt potentes a seculo viri famosi) Videns autem Deus quod multa malitia hominum esset in terra, & cuncta cogitatio cordis intenta esset ad malum omni tempore, poenituit eum quod hominem fecisset in terra. Et praecavens in futurum, & tactus dolore cordis intrinsecus, Delebo, inquit, hominem quem creavi, a facie terrae, ab homine usque ad animalia, a reptili usque ad volucres caeli. poenitet enim me fecisse eos. Noe vero inuenit gratiam coram deo. Haec sunt generationes Noe: Noe, vir iustus, atque perfectus fuit, in generationibus suis cum deo ambulavit. Et genuit tres filios, Sem, Cham, & Iapheth. Corrupta est autem terra coram Deo, & repleta est iniquitate.

Secundum

Secundum Iohannē, cap. 6.

Lectio secunda.

Post hæc abiit Iesus
trans mare Galilææ,
quod est Tiberiadis,
& sequebatur eum multi-
tudo magna: quia videbāt
signa quæ faciebat super
his qui infirmabā u. Sub-
iit ergo in mōtem Iesus, &
ibi sedebat cum discipulis
suis. Erat autē proximum
Pascha dies festus Iudæo-
rum. Cū subleuasset er-
go oculos Iesus, & vidisset
ga multitudo maxima ve-
nit ad eum, dicit ad Philip-
pū, Vnde ememus panes,
vt manducent hī? Hoc au-
tem dicebat tentans eum:
ipse enim sciebat quid ef-
set facturus. Respondit ei
Philippus, Ducentorum
denariorum panes nō suf-
ficiunt ei, vt vnusquisque
modicū quid accipiat. Di-
cit ei vnus ex discipulis ei-
us, Andreas, frater Simo-
nis Petri, Est puer vnus
hic, qui habet quinque pa-
nes ordeaceos, & duos pi-
sceos: sed hæc quid sunt in-
ter tātos? Dicit ergo Iesus,
Facite homines discumbe-
re. Erat autem fœnū mul-

B.

N.

tum in loco. Discumbue-
runt ergo viri, numero
quasi quinque millia. Ac-
cepit ergo Iesus panem: &
cūm gratias egisset, distri-
buit discumbentibus: simi-
liter & ex piscibus, quantū
volebāt. Vt autem impleti
sunt, dixit discipulis suis.
Colligite quæ superauerūt
fragmenta, ne pereat. Col-
ligerunt ergo, & impleue-
runt duodecim cophinos
fragmentorum, ex quibus
quinq; panibus ordeaceis
quæ superfuerant his, qui
manducauerant. Illi ergo
homines cūm vidissent quæ
Iesus fecerat signum, dice-
bant, Quia hic est verē p-
pheta, qui venturus est in
mundum. Iesus ergo cūm
cognouisset quia venturi
essent vt raperent eum, &
facerent eum regem, fugit
iterum in montem ipse so-
lus: vt autē sero factum est,
descenderūt discipuli eius
ad mare. Et cū ascēdissent
naui, venerunt trans ma-
re in Capharnaum & tene-
bræ iam factæ erant, & nō
venerat ad eos Iesus. Mare
autē, vento magno flante,
exurgebat. Cū remigal-

A

sent ergo quasi stadia viginti quinque, aut triginta, vident Iesum ambulatē supra mare, & proximum navi fieri, & timuerūt. Ille autē dicit eis. Ego sum nolite timere. Voluerunt ergo accipere eū in nauim: & statim nauis fuit ad terrā in quam ibant. Altera die, turba quę stabat trans mare, vidit quia nauicula alia non erat ibi, nisi vna, & quę non introisset cū discipulis suis Iesus in nauim, sed soli discipuli ei⁹ abiissent. alię verō superuenerūt naues à Tyberiadē, iuxta locum vbi māducauerant panem, gratias agentes deo.

¶ *Teria.v. ex Gene. Lec. j.*

CUmque vidisset deus terrā esse corruptā (omnis quippe caro corruerat viam suā super terram) dixit ad Noe, Finis vniuersę carnis venit corā me repleta est terra iniquitate, à facie eorū, & ego disperdā eos cū terra. Fac tibi arcam de lignis læuigatis: mansunculas in arca facies, & bitumine linites, intus & extrinsecus. Et sic facies eā, Trece-

torū cubitorū erit Iogitudo arcę, quinquaginta cubitorū latitudo, & triginta cubitorū altitudo illi⁹. Fenestram in arca facies, & in cubito cōsummabis summitatem eius: ostium autē arcę pones ex latere deorsum: coenacula, & trilegafacies in ea. Ecce ego adducā aquas diluuij super terram, vt interficiā omnem carnē in qua spiritus vitę est subter cælū, & vniuersę quę in terra sunt cōsumentur. Ponamque fœdus meū tecum: & ingredieris arcātū, & filij tui, vxortua, & vxores filiorū tuorum tecum. Et ex cunctis animantibus vniuersę carnis bina induces in arcam, vt viuāt tecum, masculini sexus, & fœminini. De volucribus iuxta genus suū, & de iumentis in genere suo, & ex omni reptili terrę, secundum genus suū bina de omnibus ingredietur tecū, vt possint viuere. Tolles igitur tecum ex omnibus fœcis quę mandī possunt, & comportabis apud te, & erunt tam tibi, quā illis in cibum. Fecit igitur Noe oīa

quæ præceperat illi deus.
Secundū Ioannem Lec. 11.

CUm ergo vidisset turba, quia Iesus non esset ibi, neque discipuli eius, ascenderunt in nauiculas, & uenerunt Capharnaum, quærentes Iesum, Et cum inuenissent eum trans mare, dixerunt ei. Rabbi, quando huc uenisti? Respondit eis Iesus, & dixit, Amen dico uobis, quæritis me, non quia uidistis signa: sed quia manducaſtis ex panibus, & saturati estis. Operamini, non cibum qui perit, sed qui permanet in uitam æternam, quem filius hominis dabit uobis. hunc enim pater signauit deus. Dixerunt ergo ad eum, Quid faciemus ut operemur opera Dei? Respondit Iesus, & dixit eis, Hoc est opus dei, ut credatis in eum quem misit ille. Dixerunt ergo ei, quod ergo tu facis signum, ut uideamus & credamus tibi? Quid operaris? Patres nostri manducauerunt manna in deserto, sicut scriptum est, Panem de cælo dedit eis manducare. Dixit ergo

eis Iesus, Amen amen dico uobis, non Moſes dedit uobis panem de cælo, sed pater meus dat uobis panem de cælo uerum. Panis enim uerus est, qui de cælo descendit, & dat uitam mundo. Dixerunt ergo ad eum, domine, semper da nobis panem hunc. Dixit autem eis Iesus, Ego sum panis uitæ. qui uenit ad me, non esuriet: & qui credit in me non sitiet in æternum. Sed dixi uobis quia & uidistis me: & non credidistis. Omne quod dat mihi pater, ad me ueniet: & eum qui uenit ad me, non eiciam foras, quia descendi de cælo, non ut faciam uoluntatem meam, sed uoluntatem eius qui misit me. Hæc est enim uoluntas eius qui misit me patris ut omne quod dedit mihi, non perdam ex eo, sed resuscitem illum in nouissimo die. Hæc est autem uoluntas patris mei qui misit me. ut omnis qui uidet filium, & credit in eum, habeat uitam æternam, & ego resuscitabo eum in nouissimo die. Murmurabant ergo Iudæi de illo, quia dixisset, Ego sum panis ui-

uus qui de cælo descendi:
& dicebant, Nonne hic est
filius Ioseph, cuius nos no-
uimus patrem & matrem?
Quomodo ergo dicit hic,
quia de cælo descendi? Re-
spondit ergo Iesus, & dixit
eis, Nolite murmurare in
inuicem. Nemo potest ve-
nire ad me, nisi pater qui
misit me, traxerit eum, &
ego resuscitabo eum, in no-
uissimo die. Est scriptum
in prophetis, Et erunt om-
nes docibiles. Dei. Omnis
qui audiuit à patre, & di-
dicit, venit ad me. Non quia
patrem vidit quisquam, ni-
si is qui est à Deo, hic vi-
dit patrem.

*¶ Feria sexta, ex Genesi.
cap. 7. Lectio prima.*

Dixitque Dominus
ad eum, Ingredere
tu, & omnis domus
tua, in arcam. te enim vidi
iustum coram me, in genera-
tione hac. Ex omnibus ani-
mantibus mundis, tolles sep-
tēna & septēna, masculū
& fœminam: de animanti-
bus verò immundi, duo &
duo, masculū & fœminā.
Sed & de volatilibus cœli,
septēna & septēna, mascu-

lum & fœminam: vt salue-
tur semen super faciē vni-
uersæ terræ. Adhuc enim,
& post dies septem, ego
pluam super terram qua-
draginta diebus & quadra-
ginta noctibus: & delebo
omnem substantiam quam
feci, de superficie terræ.
Fecit ergo Noe omnia quæ
mandauerat ei Dominus.
Eratque sexcentorum an-
norum, quando diluuij a-
quæ inundauerunt super
terrā. Et ingressus est Noe,
& filij eius, vxor eius, &
vxores filiorū eius cū eo,
in arcā, propter aquas di-
luuij de animantibus quo-
que mundis, & immundis,
& de volucibus, & ex om-
ni quod mouetur super
terram, duo & duo ingres-
sa sunt ad Noe in arcam,
masculus & fœmina, sicut
præceperat dominus Noe.
Cumque trāssissent septem
dies, aquæ diluuij inunda-
uerūt super terram. Anno
sexcentesimo, vitæ Noe,
mense secūdo, septimo de-
cimo die mēsis, rupti sunt
omnes fontes abyssi ma-
gnæ, & cataractæ cœli a-
pertæ sunt: & facta est plu-

uia super terram, quadraginta diebus, & quadraginta noctibus.

Secundū Ioannē. Lect. ij.

Amen dico vobis, qui credit in me, habet vitam eternam. Ego sum panis vitæ: Patres vestri manducauerunt manna in deserto, & mortui sunt. Hic est panis de cælo descendens: ut si quis ex ipso manducauerit, nō moriatur. Ego sum panis viuus, qui de cælo descendi. Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum: & panis quem ego dabo, caro mea est, p mundi vita. Litigabant ergo Iudæi adinuicē, dicentes, **Q**uomodo potest hic nobis carnē suam dare ad manducandum? Dixit ergo eis Iesus, Amen amen dico vobis, nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, nō habebitis vitam in vobis. **Q**ui manducat meam carnem, & bibit meū sanguinem, habet vitam æternā, & ego resuscitabo eum in nouissimo die. Caro enim mea: verē est cibus: & san-

guis meus, verē est potus. qui manducat meā carnē, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in illo. Sicut misit me viuens pater, & ego viuo ppter patrem: & qui manducat me, & ipse viuet propter me. Hic est panis, qui de cælo descendit. Non sicut manducauerunt patres vestri manna, & mortui sunt. **Q**ui manducat hunc panem, viuet in æternum. Hæc dixit in synagoga docens, in Capharnaum. Multi ergo audientes ex discipulis eius, dixerūt, Durus est hic sermo, & quis potest eum audire? Sciens autem Iesus apud semetipsum, quia murmurarent de hoc discipuli eius, dixit eis, Hoc vos scādalizat? Si ergo videritis filium hominis ascendentē vbi erat prius? Spiritus est qui viuificat. caro nō prodest quicquam. verba quæ ego locutus sum vobis: spiritus & vita sunt. Sed sunt quidam ex vobis, qui non credunt. Sciebat enim ab initio Iesus, qui essent credentes, & quis traditurus esset eum. Et dicebat, Pro-

Sabbato.

pterea dixi vobis, quia nemo potest venire ad me, nisi fuerit ei datum a patre meo. Ex hoc multi discipulorum eius abierunt retro & iam non cum illo ambulabant. Dixit ergo Iesus ad duodecim. Nunquid & vos vultis abire? Respondit ergo ei Simon Petrus, dñe, ad quem ibimus? verba vitæ æternæ habes: & nos credimus & cognouimus quia tu es Christus filius dei, Respondit eis Iesus. Nōne ego vos duodecim elegi: & ex vobis vnus diabolus est? Dicebat autē de Iuda Simonis Iſcariote: hic enim erat traditurus eū, cū esset vnus ex duodecim.

¶ Sabba. ex Genesi. Lec. 1.

In articulo diei illius ingressus est Noe, & Sem, & Cham, & Iapheth filij eius: & vxor illius, & tres vxores filiorum eius cum eis in arcam: ipsi & omne animal, secundum genus suum, vniuersaque iumenta, in genere suo, & omne quod mouetur super terram, in genere suo, cunctumque volatile, secundum genus suū, vniuersæ aues,

omnesque volucres ingressæ sunt ad Noe in arca, bina & bina, ex omni carne, in qua erat spiritus vitæ. Et quæ ingressæ sunt, masculus & femina ex omni carne introierunt, sicut preperat ei deus: & inclusit eū dñs de foris. Factumque est diluuiū quadraginta diebus super terram: & multiplicatæ sunt aquæ, & eleuauerunt arcam in sublime à terra. Vehementer enim inundauerunt & omnia repleuerunt in superficie terræ: porro arca ferebatur super aquis. Et aquæ præualuerunt nimis super terram: operitiq; sunt omnes montes excelsi, sub vniuerso cælo, Quindecim cubitis altior fuit aqua super montes quos operuerat. Consumptaque est omnis caro quæ mouebatur super terram, volucrum, animantium, bestiarum, omniq; reptilium quæ reptat super terram. Vniuersi hoies, & cuncta in quibus spiraculum vitæ est in terra, mortua sunt. Et deleuit omnem substantiam quæ erat super terram, ab hoie vsque ad pecus, tam reptile, quam

volutres cœli, & deleta sunt de terra Remāsit autem solus Noe & qui cum eo erant, in arca. Obtinueruntq; aquæ terram centū quinquaginta diebus.

Secundum Ioannē. cap. 7.
Lectio secunda.

Post hæc autem ambulabat Iesus in Galiliæ, non enim volebat in Iudæâ ambulare: quia quærebant eum Iudæi interficere. Erat autem in proximo dies festus Iudæorum, Scenopegia. Dixerunt autem ad eum fratres eius. Trāsi hinc, & vade, in Iudæa: ut & discipuli tui videat opera tua quæ facis. Nemo quippe in occulto quid facit, & quærit ipsē in palam esse, si hæc facis: manifesta te ipsum mūdo. Neq; enim fratres eius credebāt in eum. Dixit ergo eis Iesus, Tempus meum nondum advenit. tempus autē vestrum semper est paratum. Non potest mūdas odissē vos, me autē odit: quia ego testimoniiū perhibeo de illo quod opera eius mala sunt. Vos ascendite ad diem festum hunc, ego enim non

ascendam ad diem festum istum: quia meum tempus nondū impletum est. Hæc cum dixisset, ipse misit in Galiliæ. Ut autem ascenderunt fratres eius, tūc & ipse ascendit ad diem festum nō manifestē, sed quasi in occulto. Iudæi ergo quærebāt eū in die festo, & dicebant, Vbi est ille? Et murmur multum erat in turba de eo. Quidā eū dicebāt. Quia bonus est. Alij autē dicebant. Non, sed seducit turbas, Nemo tamen palam loquebatur de illo, ppter metum Iudæorum. Iam autē die festo mediante, ascendit Iesus in templū, & docebat. Et mirabantur Iudæi, dicentes, Quomodo hic literas scit, quāsi nō didicerit? Respondit eis Iesus, & dixit, Mea doctrina, nō est mea, sed eius qui misit me. Si quis voluerit voluntatē eius facere: cognosceat de doctrina, utrū ex Deo sit, an ego à meipso loquar. Qui à semetipso loquitur, gloriam propriā quærit: quæ autem quærit gloriā eius qui misit eū, hic verax est, & iniustitia in illo non est.

Dominica in quinquagesima.

Nonne Moyses dedit vobis legem: & nemo ex vobis facit legē? Quid me queritis interficere. Respondit turba, & dixit. Dæmoniū habes: quis te querit interficere? Respondit Iesus, & dixit eis. Vnum opus feci: & omnes miramini. Propterea Moyses dedit vobis circumcisionem: quia ex Mose est, sed ex patribus & in sabbato circumciditis hominem. Si circumcisionē accipit homo in sabbato vt non soluatur lex Moysi: mihi indignamini quia totum hominē sanum feci in sabbato? Nolite iudicare secundū faciem: sed iustum iudicium iudicate.

¶ Dominica in quinquagesima. ex Gene. cap. 8. Lect.

Recordatus autē deus Noe, cunctorumque animantium & omnium iumentorū, quæ erant cum eo in arca, adduxit spiritum super terram, & imminutę sunt aquę. Et clausi sunt fontes abyssi, & catharactę cęli: & prohibitę sunt pluuię de cęlo. Reuersęque sunt aquę de terra euntes & redeun-

tes: & cęperūt minui post cętum quinquaginta dies. Requieuitque arca mense septimo, vigesimo septimo dies mensis, super montes Armenię. At verò aquę ibant, & decresebant vsq; ad decimum mensem: decimo enim mense prima die mensis, apparuerunt cęcumina montiū. Cumq; trássissent quadraginta dies, aperiens, Noe fenestram arcę quam fecerat, dimisit coruum: qui egrediebatur: & non reuertebatur, donec siccarentur aquę super terrā. Emisit quoq; columbā post eum, vt videret si iam cessassent aquę super faciē terrę. Quę cum nō inuenisset vbi requiesceret pedis eius, reuersa est ad eum in arcam: aquę enim erant super vniuersam terram: extenditq; manū suam, & apprehensam intulit in arcā. expectatis autem vltra septem diebus altis, rursus dimisit columbā ex arca. At illa venit ad eum ad vesperam, portans ramū oliuę, virentibus foliis in ore suo. Intellexit ergo Noe qd cessassent aquę super ter-

ram. Expectauitq; nihilominus septem alios dies: & emisit columbam, quæ nõ est reuerfa ultra ad eum.

Secundũ Ioannẽ. Lect. ij.

Dicebant ergo quidã ex Ierosolymitanis Nõne hic est quem quærũt interficere? Ecce, palam loquitur, & nihil ei dicunt. Nunquid verè cognouerunt principes quia hic est Christus? Sed hunc scimus vnde sit: Christus autem cùm venerit, nemo scit vnde sit. Clamabat ergo Iesus in templo, docens & dicens, Et me scitis, & vnde sim scitis: & à me ipso non veni, sed est verus qui misit me, quem vos nescitis. Ego scio eum, & si dicero quia nescio eum, ero similis vobis mendax, sed scio eum: quia ab ipso sum, & ipse me misit. Quærebant ergo eum apprehendere: & nemo misit in illum manus, quia nondum venerat hora eius. De turba autem multi crediderunt in eum, & dicebant, Christus cùm venerit, nõ quid plura signa faciet, quã quæ hic facit? Audierunt Pha-

risæi turbam murmurantem de illo hæc: & miserunt principes & Pharisei ministros vt apprehenderent Iesum. Dixit ergo eis Iesus. Adhuc modicum tempus vobiscum sum: & vado ad eum qui me misit. Quæritis me, & non inuenietis: & vbi ego sum, vos non potestis venire. Dixerunt ergo Iudæi ad semetipsos, Quo hic iturus est, quia non inueniemus eum nonquid in dispersionem gentium iturus est, & docturus gætes? Quis est hic sermo quæ dixit, Quæretis me, & non inuenietis: & vbi sum ego, vos nõ potestis venire? In nouissimo autem die magno festiuitatis stabat Iesus: & clamabat, dicens, Si quis sitit, veniat ad me & bibat. Qui credit in me (sicut dicit scriptura) flumina de ventre eius fluunt aquæ viue. Hoc autem dixit de spiritu quæ accepturi erant credentes in eum non enim erat spiritus datus: quia Iesus nõdum erat glorificatus. Ex illa ergo turba cùm audissent hos sermones eius, di-

Dominica in quinquagesima.

cebant, Hic est verè propheta. Alij dicebant, Hic est Christus. Quidam autem dicebant, Nunquid à Galilæa venit Christus? Nonne scriptura dicit, ga ex semine David, & de Bethlehem castello, ubi erat David, venit Christus? Diffensio itaque facta est in turba propter eum. Quidam autem ex ipsis volebant apprehendere eum: sed nemo misit sup eum manus.

Secundum Lucã. esp. 19.

Lectio tertia.

In illo tempore, assumpsit Iesus duodecim discipulos suos secretò, & ait illis, Ecce ascendimus herosolymam, & consummabuntur omnia, quæ scripta sunt per prophetas de filio hominis. Et reliqua.

Homilia scti Greg. pape.

Redemptor noster prævidens ex passione sua, discipulorum animos perturbandos: eis longè ante eiusdem passionis pœnam: & resurrectionis suæ gloriam prædicit, ut dum eum morientem (sicut prædictum est) cernebant etiam resurrecturum

non dubitarent. Sed quia carnales adhuc discipuli, nullo modo volebant capere verba mysterij: venit ad miraculũ. Ante eorum oculos cæcus lumen recipit: Ut qui cælestis mysterij verba non caperent, eos ad fidem cælestia facta solidarent. Sed miracula domini & Salvatoris nostri sic accipienda sunt, fratres mei, ut & in veritate credantur facta, & tamen per significationem nobis aliquid innuant. Opera quippe eius & per potentiam aliud ostendunt, & per mysterium aliud loquuntur. Ecce enim quis iuxta historiam cæcus iste fuerit ignoramus: sed tamen per mysterium quid significet novimus. Cæcus quippe est genus humani, quod in parente primo, à paradisi gladiis expulsus, claritatem supernæ lucis ignorans: dånationis suæ tenebras patitur. Sed tamè per redemptoris sui præsentiam illuminatur, ut æternæ lucis gaudia iam per desiderium videat atq; in via, vitæ boni operis gressus po-

nat. Notandum verò est: quod cum Iesus Hiericho appropinquare dicitur, cæcus illuminatur Hiericho quippe interpretatur luna, Luna autem, in sacro eloquio pro defectu carnis ponitur: quia dum mēstruis momentis decrescit, defectum nostræ mortalitatis designat.

Oratio.

Preces nostras, quæsumus domine, clementer exaudi: atque a peccatorum vinculis absolutos ab omni nos aduersitate custodi: Per dominum.

Feria secunda, ex Genesi.

Lectio prima.

Igitur, sexagesimo primo anno vitæ Noe, primo mēse, prima die mēsis imminuta sunt aquæ super terram, & operiens Noe tectum arcis aspexit, viditque quod exciccata esset superficies terræ. Mense secundo, septimo & vigesimo die mensis arefacta est terra. Locutus est autem dominus ad Noe, tu & vxor tua, filij tui, & vxores filiorum tuorum tecum. Cuncta animantia quæ sunt

apud te, ex omni carne: ita in volatilibus, quam in bestiis, & vniuersis reptilibus quæ reptant super terram, educ tecum, & ingredimini super terram: crescite & multiplicamini super eam. Egressus est ergo Noe, & filij eius, & vxor illius, & vxores filiorum eius cum eo. Sed & omnia animalia, iumentum, & reptilia quæ reptant super terram secundum genus suum, egressa sunt de arca. Aedificauit autem Noe altare Domino: & tollens de cunctis pecoribus, & volucribus mundis, obtulit holocausta super altare, odoratusque est Dominus odorem suauitatis, & ait ad eum, Nequaquam ultra maledicam terram propter homines: sensus enim & cogitatio humani cordis in malum pronasunt ab adolescentia sua: non igitur ultra percutiam omnem animam viuentem sicut feci. Cunctis diebus terræ, sementis, & messis, frigus, & æstus, æstas & hyems, nox & dies non requiescent.

Secunda lectio. Lect. ij.

Venerunt ergo ministri ad pontifices & Phariseos. Et dixerunt eis illi. Quare nõ aduxistis illũ? Responderunt ministri, Nunquam sic locutus est homo, sicut hic loquitur. Responderunt ergo eis Pharisei: Nunquid & vos seducti estis? nunquid ex principibus aliquis credidit in eum, aut ex Pharisæis? Sed turba hæc quæ non nouit legem, maledicti sunt. Dixit Nicodemus ad eos, ille qui venit ad eum nocte, qui vnus erat ex iudeis. Nunquid lex nostra iudicat hominem, nisi prius audierit ab ipso, & cognouerit quid faciat? Responderunt, & dixerunt ei, Nũquid & tu Galileus es? scrutare scripturas, & vide, quia à Galilæa propheta non surgit. Et reuersi sunt vnusquisque in domũ suam. Iesus autem perrexit in mortem Oliueti & diluculo iterum venit in templum, & omnis populus venit ad eum, & sedens docebat eos. Adducunt autem Scribæ & pharisæi mulierẽ in adulterio deprehensam; & sta-

tuerunt eam in medio, & dicit ei, Magister, hæc mulier modo deprehensa est in adulterio. In lege autẽ, Moses mandauit nobis huiusmodi lapidare. Tu ergo quid dicis? Hoc autem dicebant tentantes eum: vt possent accusare eum. Iesus autem inclinans se deorsum, digito scribebat in terram. Cũ ergo perseverarent interrogates eum: crexit se, & dixit eis, Qui sine peccato est vestrum, primus in illam lapidem mittat. Et iterum se inclinans, scribebat in terram. Audientes autem hæc, vnus post vnũ exhibant, incipientes à senioribus: & remasit solus Iesus, & mulier in medio stans. Erigens autẽ se Iesus, dixit ei, Mulier, vbi sunt qui te accusabant? Nemo te condemnauit? Quæ dixit, Nemo Domine. Dixit autem Iesus, Nec ego te condemnabo. Vade, & iam amplius noli peccare.

¶ fer. in. ex Gen. ca. 9. lo. j.

Benedixitq; deo Noe & filiis eius, & dixit ad eos, Crescite, &

multiplicamini, & replete
 terram. Et terror vester ac
 tremor, sit super cuncta ani
 malia terræ, & super omnes
 volucres cœli, cū vniuer
 sis, quę mouētur super ter
 ram. oēs pisces maris, ma
 nu vestræ traditi sunt. Et
 omne quod mouetur & vi
 uit, erit vobis in cibū: qua
 si olera virentia tradidi vo
 bis omnia. excepto, quod
 carnē cum sanguine nō co
 medetis. Sanguinē enī ani
 marum vestrarū requiram
 de manu cunctarū bestia
 rum: & de manu hominis,
 de manu viri & fratri. eius
 requiram animā hominis.
 Quicūq; effuderit huma
 num sanguinem, fundetur
 sanguis illius: ad imaginē
 quippe dei factus est ho
 mo. Vos autem crescite &
 multiplicamini & ingredi
 mini super terrā, & imple
 te eā. Hęc quoq; dixit de⁹
 ad Noe, & ad filios eius cū
 eo, Ecce, ego statuam pa
 ctum meum vobiscum, &
 cū semine vestro post vos:
 & ad omnē animam viuen
 tem quę est vobiscū, tam
 in volucribus, quam in iu
 mentis, & pecudibus ter

ræ, cunctisque quę egres
 sa sunt de arca, & vniuer
 sis bestis terræ. Statuam
 pactum meum vobiscum:
 & nequaquam vltra inter
 ficietur omnis caro aquis
 diluuij, neq; erit deinceps
 diluuium dissipās terram.

Secundum Iouannem.

Lectio secunda.

ITerū ergo locutus est
 eis Iesus, dicēs, Ego sum
 lux mundi. Qui sequi
 tur me, non ambulat in te
 nebris, sed habebit lumen
 vitæ. Dixerūt ergo ei Pha
 risei, Tu de teipso testimo
 nium perhibes: testimo
 nium tuum nō est verum.
 Respondit Iesus, & dixit
 eis. Et si ego testimonium
 perhibeo de meipso, verū
 est testimonium meum:
 quia scio vnde veni, & quo
 vado: vos autem nescitis
 vnde venio, aut quo vado.
 Vos, secundum carnem iu
 dicatis: ego nō iudico quē
 quā, & si iudico ego, iu
 dicium meum verum est:
 quia solus nō sum, sed ego
 & qui misit me, pater. Et in
 lege vestra scriptū est, quia
 duorum hominum testi
 monium verum est, Ego

Feria quarta Cinerum.

sum qui testimonium perhibeo de meipso: & testimonium perhibet de me, qui misit me, pater. Dicebant ergo ei, Vbi est pater tuus? Respondit Iesus, Neque me scitis, neque patrem meum. Si me sciretis: forsitan & patrem meum sciretis. Hæc verba locutus est Iesus in gazophylacio, docens in templo: & nemo apprehendit eum, quia necdum venerat hora eius. Dixit ergo iterum eis Iesus, Ego vado: & quæretis me, & in peccato vestro moriemini. Quod ego vado, vos non potestis venire. Dicebant ergo Iudæi, Nunquid interficiet semetipsum, quia dicit, Quod ego vado vos non potestis venire? Et dicebat eis Vos deorsum estis, ego de supernis sum, Vos de mundo hoc estis: ego non sum de hoc mundo. Dixi ergo vobis quia moriemini in peccatis vestris: si enim non crediderint: quia ego sum, moriemini in peccato vestro. Dicebant ergo ei, Tu quis es? Dixit ei Iesus, Principium qui & loquor vo-

bis. Multa habeo de vobis loqui & iudicare: sed qui me misit, verax est: & ego quæ audiui ab eo, hæc loquor in mundo. Et non cognouerunt quia patrem eius dicebat deum. Dixit ergo eis Iesus. Cum exaltaueritis filium hominis, tunc cognoscetis quia ego sum & a meipso facio nihil, sed sicut docuit me pater, hæc loquor, & qui me misit, mecum est, & non reliqua me solū: quia ego quæ placita sunt ei, facio semper. Hæc illo loquente, multi crediderunt in eum.

Feria quarta Cinerum.
Si in hac feria incidit festum duplex, transferenda est in sequentem diem, ut supra dictum fuit: si autem incidit in aliis feriis usque ad triduum ante pascha, officium fiet de festo duplici, & pro commemo. feriæ dicenda est eius oratio in laudibus, & vespertis, post orationem festi duplicis, & similiter fiet, quod in aliqua feria celebrabitur festum aliquod duplex transferatū ex hac feria quarta cinerum, aut ex dominicis quadragesimæ.

Notandum præterea, quod nullum festum simplex celebratum est per totam quadragesimam, sed si aliquod occurrerit, fiet officium de festo & pro commemoratione illius festi simpliciter sine primæ antequam dicatur.

Preclara dicitur eius oratio propria, si habuerit, alioquin de communi, quem admodum dictum fuit in dominica prima aduentus.

Aduertendum insuper, quod in sabbatis quadragesimæ non debet fieri officium de beata virgine, sed solum debet fieri commemoratio solita post orationem feris in laudibus, & vespere, ut in aliis diebus.

Item omittendæ sunt tertie lectiones occurrentes in Calendario ex epistolis Pauli, per totam quadragesimam, in qua cuiuslibet ferie assignata est propria lectio. Et supra dicta ordinata sunt iuxta decreta conciliorum antiquorum, de quibus in præfatione. Ad matutinum Inuitatorum.

Hodie si vocem Domini audieritis, nolite obdurare corda vestra.

Hymnus.

EX more docti mystico, Seruamus hoc ieiunium: Deno dierum circulo, Docto quater notissimo.

Lex & prophete primitus Hoc prætulert, postmodum Christus sacrauit omnium, Rex atque factor temporum. **V**icamur ergo partibus Verbis, cibis, & potibus, Somno, iocis, & artibus Perstemus in custodia.

Dicamus omnes cernui, Clamemus atque singuli, Ploremus ante iudicem. **E**lectamus iram vindicem.

Nostros malis offendimus Tuam deus clementiam, Effunde nobis desuper Remissor indulgentiam.

Presta beata trinitas, Concede simplex unitas, Ut fructuosa sint tuis, ieiuniorum munera. Amen.

Ant. Convertimini ad me in toto corde vestro. in ieiunio, & fletu, & plactu. **Ex Isai. cap. 6. Lect. 1.**

Nunc ergo, dicit dominus, convertimini ad me in toto corde vestro, in ieiunio, & in fletu & in plactu. Et scindite corda vestra, & non

Feris quarta Cinerum.

vestimenta vestra, & con-
nertimini ad dominū deū
vestrum: quia benīgnas, &
misericors est, patiens &
multæ misericordiæ, &
præstabilis super malitia.
Quis scit, si cōuertatur, &
ignoscat, & relinquat post
se benedictionem, sacrifici-
um & libamen domino
deo vestro? Canite tuba
in Sion, sanctificate ieiun-
ium, vocate cōtū, cōgre-
gate populū, sanctificate
ecclesiā, coadunate senes,
cōgregate paruulos, & su-
gentes vbera, egrediatur
sponsus de cubili suo, &
sponsa de thalamo suo. In-
ter vestibulū & altare plo-
rabūt sacerdotes, ministri
Domini: & dicent, Parce
dñe, parce populo tuo: &
ne des hæreditatē tuam in
opprobrium, vt dominen-
tar eis nationes: quare di-
cunt in populis, Vbi est
deus eorū? Zelatus est do-
minus super terram suam,
& peperit populo suo. Et
respōdit dominus, & dixit
populo suo. Ecce ego mit-
tam vobis frumentū, & vi-
num, & oleum. Et replebi-
mini eis: & non dabo vos

ultra opprobrium in gen-
tibus. Et cum qui ab aqui-
lone est, procul faciamā
vobis & expellā eū in ter-
ram inuiam & desertam: fa-
ciē eius contra mare orien-
tale, & extremum eius vs-
que ad mare nouissimum:
& ascendet sctor eius, &
ascēdet patredo eius, quia
superbē egit.

Secundū Ioannē. Lect. ij.

DIcebat ergo Iesus
ad eos qui credide-
runt ei, Iudæos. Si
vos manseritis in sermone
meo, verē discipuli me-
eritis, & cognoscitis veri-
tatem, & veritas liberabit
vos. Responderunt ei. Se-
men Abraham sumus, & ne-
mini seruiuimus vnquam:
quomodo tu dicis, liberi
eritis? Respondit eis Iesus,
Amen amen dico vobis,
quia omnis qui facit pecca-
tum seruus est peccati: ser-
uus autem nō manet in do-
mo in æternum: filius ma-
net in æternū, si ergo vos
filius liberauerit, verē li-
beri eritis. Scio quia filij
Abrahæ estis: sed queritis
me interficere, quia ser-
uus meus non capit in vo-
bis.

bis. Ego quod vidi apud patrem, loquor, & vos quæ vidistis apud patrem vestrum, facitis. Responderunt, & dixerunt ei, Pater noster, Abraham est. Dicit eis Iesus Si filij Abraham estis, opera Abraham facite. Nunc autem quæritis me interficere hominem, qui veritatem vobis locutus sum, quam audiui à Deo, hoc Abraham non fecit. Vos facitis opera patris vestri. Dixerunt itaque ei, Nos ex fornicatione non sumus nati, unum patrem habemus Deum. Dixit ergo eis Iesus, Si Deus pater vester esset: diligeretis utique me. Ego enim ex deo processi, & veni. Neque enim à meipso veni: sed ille me misit. Quare loquelam meam non cognoscitis? Quia non potestis audire sermonem meum, Vos ex patre diabolo estis, & desideria patris vestri, vultis facere, ille homicida erat ab initio. & in veritate non stetit: quia non est veritas in eo, cum loquitur mendacium, ex propriis loquitur: quia mendax est & pater eius. Ego autem si

B. N.

veritatem dico, non creditis mihi. Quis ex vobis arguet me de peccato? Si veritatem dico: quare vos non creditis mihi? Qui ex deo est, verba Dei audit. Propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis. Responderunt ergo Iudæi, & dixerunt ei, Nonne bene dicimus nos quia Samaritanus es tu, & dæmonium habes? Respondit Iesus, Ego dæmonium non habeo: sed honorifico patrem meum, & vos inhonorastis me. Ego autem non quæro gloriam meam: est qui quærat, & iudicet. *Secundu Mathæi.*

Cap. 6. Lectio tertia.

In illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis, Cum ieiunatis, nolite fieri sicut hypocritæ tristes. Et reliqua. *Homilia sancti Augustini episcopi.*

Cum ieiunatis (inquit) nolite fieri sicut hypocritæ tristes. Exterminat enim facies suas, ut appareant hominibus ieiunantes. Amen dico vobis: receperunt mercedem suam. Vos autem ieiunantes, vngite capita vestra &

B

Ferla quarta Cinerum.

facies vestras lauate, ne videamini hominibus ieiunantes: sed patri vestro, qui est in abscondito: & pater vester, quid est in abscondito, reddet vobis. Manifestum est his præceptis, omnem nostram intentionem in interiora debere gaudia dirigi: ne foris quærentes mercedem, huic seculo cõformemur, & amittamus promissionem, & tanto solidioris, atque firmioris, quando interioris beatitudinis, qua nos elegit deus, conformes fieri imagini filij sui. In hoc autem capitulo maximè animaduertendum est, nõ in solo rerum corporearũ nitore, atque pōpa sed etiã in ipsis sordibus lutosis esse posse iactantiã: & eo periculosiorem, quo sub nomine seruitutis Dei decipit. Qui ergo immoderato cultu corporis atque vestitu, vel cæterarũ rerum nitore fulget, facile cõuincitur rebus ipsis, pōparum seculi esse sectator: & nequaquam fallit dolosa imagine sanctitatis. Qui autem in professione christianitatis, inusitato squa-

lore, ac sordibus, intentos in se hominum oculos facit cùm id volũtate faciat, nõ necessitate patitur, ex cæteris eius operibus potest conuinci, vtrum hoc contemptu superflui cultus, aut ambitione aliqua faciat: quia nobis, sub ouina pelle cauẽdos lupos dominus præcepit. Sed ex fructibus (inquit) eorum cognoscetis eos.

¶ **Ad laudes. Antiph.** Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis: comẽdemus nosmetipsos in multa patientia. **Oratio.**

PRæsta domine fidelibus tuis, vt ieiuniorũ veneranda solẽnia, & congrua pietate suscipiat, & sacra deuotione percutrant, Per dominum.

¶ **Notandum,** quod in hac ter. quarta Cinerũ, præter officium dici, dicuntur septẽ s̃i poni. cũ Litania, & orõnib⁹, vt in fine breui.

¶ **Item notadũ,** quod in omnibus sextis fer. quadra. excepta sexta feria hebdomada: sancta, dicuntur simili modo septem psalms, vel matutinũ cũ laudibus

pro defunctis, ut suis locis
annotatur. Advertendū
autē, q̄ si in aliqua ex præ-
dictis sextis feriis celebra-
bitur festum duplex, non
dicuntur septē psalmi, nec
officium defunctorum.

¶ Ad Vesperas, Hymnus.

Veni benigne conditō-
tor, Nostras preces
cum fletib⁹, in hoc
sacro ieiunio, Fulas qua-
dragenario.

Scrutator alme cordium,
Infirma tu scis virium:
Ad te reuersis exhibe
Remissionis gratiam.

Multū quidē peccauim⁹:
Sed parce contententibus,
Ad laudem tui nominis.

Confer medelā languidis.
sic corpus extra conteri
Dona per abstinentiam,
Ieiunet vt mens sobria,

A labe prorsus criminum.
A labe prorsus criminum.
Præsta brā. an. Derelinquat
impious viam suā, & vir ini-
quus cogitationes suas, &
reuertatur ad dominum: &
miserebitur eius. ¶ Nota-

dū q̄ Inuit. hymni, & antī-
hni quartæ fer. Cine. dicitur
vlt. ad do de passionē, ex-
alu. in omnib⁹ diebus, nisi
celebretur aliquod fest. du-

¶ Feria. v. post diem Cinc-
rum, ex Genesi. Lectio. i.

Dixitque Deus, Hoc
est signum fœderis,
Quod do inter me
& vos, & ad omnem ani-
mam viuentem quæ est vo-
biscum, in generationes
sempiternas. Arcum meū
ponam in nubibus, & erit
signum fœderis inter me,
& inter terrā. Cumq; ob-
duxero nubibus cælū, ap-
parebit arcus meus in nu-
bibus, & recordabor fœde-
ris mei vobiscum: & cū oī
anima viuente, quæ carnē
vegetat: & non erunt ultra
aquæ diluuij ad delendam
vniuersam carnem. Eritq;
arcus in nubibus, & vide-
bo illū, & recordabor fœ-
deris sempiterni, quod pa-
ctū est inter Deū, & omnē
animā viuentem vniuersæ
carnis, quæ est super terrā.
Dixitque Deus ad Noe.
Hoc est signum fœderis,
quod cōstitui inter me, &
omnem carnem, super ter-
ram. Erant ergo filij Noe,
qui egressi sunt de Arca,
Sé, Chā, & Iapheth: Por-
rò Chā, ipse est pater Cha-
naam. Tres isti, filij sunt

Noe: & ab his disseminatū est omne genus hominum super vniuersam terram. Cœpitque Noe, vir agricola exercere terram, & plantauit vineā. Bibensque vinum, inebriatus est, & nudatus est in tabernaculo suo. Quod cum vidisset Cham, pater Chanaam, verenda scilicet patris sui esse nudata, nūntiauit duobus fratribus suis foras, At vero Sem, & Iapheth pallium imposuerūt humeris suis, & incidentes retrorsum, aperuerunt verenda patris sui: faciesque eorum auersæ erant, & patris viri ha non viderūt. Euigilans autē Noe ex vino, cū didicisset quæ fecerat ei fili⁹ suis minor, ait. Maledict⁹ Chanaam seruus seruorū erit fratribus suis. Dixitque. Benedictus Dñs. Deus Sem, sit Chanaam seruus eius. Dilatet Deus Iapheth, & habitet in tabernaculis sē, sitque Chanaā seruus eius. Vixit autem Noe, post diluuium, trecētis quinquaginta annis, & impleti sunt omnes dies eius nōgentorum quinquaginta anno-

rum, & mortuus est.

Secundū Ioānem. Lect. II.

A Men amen dico vobis, si quis sermonem meum seruauerit, mortem non videbit in æternum. Dixerunt ergo Iudæi, Nunc cognouimus quædam moniū habes. Abraham mortuus est, & propheta: & tu dicis, Si quis sermonem meum seruauerit, non gustabit mortem in æternum. Nunquid tu maior es p̄re nostro Abraham, qui mortu⁹ est, & prophete mortui sunt? Quem teipsum facis? Respondit Iesus, Si ego glorifico meipsum, gloria mea nihil est, est pater meus, q̄ glorificauit me, quē vos dicitis, Quia deus noster est: & non cognouistis eum, ego autem noui eū. Et si dixero quia non scio eū: ero similis vobis, mē dax. Sed scio eū, & sermonem eius seruaui. Abraham pater vester exultauit ut videret diē meū: & vidit & gaudius est. Dixerunt ergo Iudæi ad eū, Quinquaginta annos nōdum habes, & Abraham vidisti? Dixit eis Iesus, Amē

amen dico vobis, antequā Abraham fieret ego sum. Tulerunt ergo lapides, vt iacerent in eum. Iesus autē abscondit se, & exiuit de templo. Et prateriens Iesus, vidit hominem cecum à natiuitate: & interrogauerunt eū discipuli eius Rabbi, quis peccauit, hic, aut parentes eius, vt cæcus nasceretur? Respondit Iesus, Neque hic peccauit, neq; parentes eius: sed vt manifestaret opera Dei in illo. Me oportet operari opera eius qui misit me, donec dies est, venit nox, quādo nemo potest operari, quādiu sum in mundo, lux sum mundi. Hæc cum dixisset, expuit in terram & fecit lutū super oculos eius, & dixit ei. Vade, laua in natatoria Siloe, quod interpretatur, missus. Abiit ergo & lauit & venit videns. Itaque vicini, & qui viderant eum prius, quia mendicus erat, dicebant, Nonne hic est, qui sedebat & mendicabat? Alij dicebat. Quia hic est. Alij autē, Nequaquā, sed similis est ei. Ille verò

dicebat, Quia ego sum. Dicebat ergo ei, Quomodo aperti sunt tibi oculi? Respondit, Ille homo qui dicitur Iesus, lutum fecit. Et vnxit oculos meos, & dixit mihi, Vade ad natatoria Siloe: & laua. Et abiit, & lauit, & video. Et dixerunt ei. Vbi est ille? Ait, Nescio. Adducunt ad pharisæos eū qui cæcus fuerat. Erat autem sabbatum, quando lutum fecit Iesus, & aperuit oculos eius. Iterum ergo interrogabant eum Pharisæi, quomodo vidisset. Ille autem dixit eis, Lutum mihi posuit super oculos, & laui: & video. Dicebant ergo ex Pharisæis, quidam, Non est hic homo à Deo, qui sabbatum non custodit. Alij autē dicebāt, Quomodo potest homo peccator, hæc signa facere? Et schisma erat inter eos.

Secundū Mat. cap. 8. Le. iij.

IN illo tempore, Cū intrasset Iesus Capharnaum, accessit ad eum Centurio rogans eum, & dicens, Domine, puer meus iacet paralyticus in domo & male torquetur. Et ait

illi Iesus, Ego veniā & curabo eum. Et reliqua.

Homilia sancti Augustini. epi.

Videamus, vtrum deservio Ceturionis sibi Matthæus Lucāque cōsentiant. Matthæus enim dicit: Accessit ad eū Centurio, rogans eum, & dicens, Puer me⁹ iacet i domo paralyticus. Cui videtur repugnare, quōd Lucas ait, Et eū audisset de Iesu: misit ad eum seniores Iudæorum rogans eum, vt descenderet & sanaret servum eius. At illi eū venissent ad Iesum, rogabant eum sollicitē, dicentes ei: quia dignus est vt hoc ei præstes: diligit enim gentem nostram: & synagogā ipse ædificavit nobis. Iesus autem ibat cum illis. Et eū iam non longē essent à domo: misit ad eum Centurio amicos dicens, Domine, noli vexari. Non enim sum dignus vt intres sub tectum meum propter quōd & meipsum nō sum dignum arbitratus, vt venirem ad te: sed dic verbo, & sanabitur puer meus. Si eū ita hoc gestū est: quo-

modo erit verum, quod Matthæus narrat: Accessit ad eum quidā Ceturio, cū ipse nō accesserit, sed amicos miserit? Nisi diligēter aduertentes, intelligamus Matthæum, non omnino deservisse vñtatum modū loquendi. Nō enim solum dicere solemus accessisse aliquem: etiam antequam perveniat illuc, quōd dicitur accessisse. Vnde etiam dicimus, parum accessit vel multū accessit eo quōd appetit pervenire. Verū etiā ipsa præventionē, cuius adipiscendi causā acceditur, dicimus plerumque factum: & si eum ad quem pervenit non videat ille quōd pervenit: cū per amicum pervenit ad aliquē, cui⁹ ei favor est necessarius. *oro.*

DEus, qui culpa offenderis, pœnitentiā placaris: preces populi tui supplicatis, propitius respice: & flagella tuæ iracundiæ, quæ pro peccatis nostris meremur, auerte. Per dominum nostrum Iesum Christum.

Feria sexta post diē Cinerum, ex Genesi. Lect. 10.

Hæc sunt generatio-
nes filiorum Noe,
Sem, Cham, & Ia-
pheth: natiq̄ue sunt eis fi-
j post diluuium. Filij Ia-
pheth, Gomer, & Magog,
& Madai, & Iauā, & Thu-
bal, & Mosoch, & Thiras.
Porrò filij Gomer, Asce-
nē, & Riphath, & Togor-
ma. Filij autem Iauam: Eli-
sa, & Tharsis, & Cethim, &
Dodanim. Ab his diuisæ
sunt insulæ gentium in re-
gionibus suis, vnusquisq;
secundum linguam suam,
& familias in nationibus
suis. Filij autem Cham:
Chus, & Mesraim, & Phur,
& Chanaam. Filij autem
Chus: Saba, & Euila, & Sa-
batha: & Regma: & Saba-
thaca. Filij Regma: Saba,
& Dadan. Porrò Chus
genuit Nemrod: ipse cœ-
pit esse potens in terra, &
erit robustus venator co-
ram domino, ab hoc exi-
uit prouerbum, **Quasi**
Nemrod robustus venator
coram domino. Fuit autē
principium regni eius Ba-
bylon & Arach, & Achad,
& Chalanne, in terra Sen-
naar. De terra illa egressus

est Assur, & ædificauit Ni-
niuem, & plateas ciuitatis
& Chale. Resem quoq;, in-
ter Ninuiem & Chale: hæc
est ciuitas magna. At verò
Mesraim genuit Ludim, &
Anamim, & Laabi, & Ne-
phtuim, & Phetrusim: &
Chasluim: de quib⁹ egres-
si sunt Philisthim & Ca-
phorim. **Secundū Ioan-
nem. Lectio secunda.**

DI cū ergo cæco ite-
rū, Tu quid dicis de
illo, qui aperuit ocu-
los tuos? Ille autem dixit,
Quia ppheta est. Nō cre-
didierunt ergo Iudai de il-
lo quia cæcus fuisset & vi-
disset: donec vocauerūt pa-
rētes ei⁹ qui viderat, & in-
terrogauerūt eos, dicētes.
Hic est fili⁹ vester quē vos
dicitis, q̄a cæcus natus est?
Quomodo ergo nunc vi-
det? Responderunt eis pa-
rentes eius, & dixerūt. Sci-
mus quia hic est filius no-
ster, & quia cæcus natus
est: quomodo autem nunc
videat, nescimus, aut quē
eius aperuit oculos, nos
nescimus: ipsum interro-
gate: ætatem habet: ipse de
se loquatur. Hæc Dixerūt

parentes eius, quoniam timebant Iudæos: iam enim conspirauerant Iudæi, ut si quis eum cōfiteretur esse Christum, extra synagogā fieret. Propterea parentes eius dixerunt, quia gratiam habet, ipsum interrogate. Vocauerunt ergo rursus hominem qui fuerat cæcus, & dixerunt ei, Da gloriam Deo. nos scimus, quia hic homo, peccator est. Dixit ergo eis ille, Si peccator est, nescio: vnum scio. quia cæcus eū essem, modo video. Dixerūt ergo illi, **Quid fecit tibi?** quomodo aperuit tibi oculos? Respondit eis, Dixi vobis iam, & audistis: quid iterū vultis audire? Nunquid & vos vultis discipuli eius fieri? Maledixerūt ergo ei, & dixerunt. Tu discipulus illius sis: nos autem Mosi discipuli sumus. Nos scimus, quia Mosi locutus est deus: hūc autem nescimus vnde sit. Respondit ille homo, & dixit eis. In hoc em̄ mirabile est, quia vos nescitis, vnde sit, & aperuit meos oculos: scim⁹ autem quia peccatores Deus non audit: sed si quis Dei cultor est, & voluntatem eius facit, hunc exaudit. A seculo non est auditum, quia quis aperuit oculos cæcū nati nisi esset hic à Deo nō poterat facere quicquam. Responderunt, & dixerūt ei, In peccatis natus es totus: & tu doces nos? Eiecerūt eū foras. Audiuit Iesus, quia eiecerūt eum foras: & cū inuenisset eum, dixit ei, Tu credis in filium Dei? Respondit ille, & dixit. **Quis est dñe,** ut credā in eum? Et dixit ei Iesus. Et vidisti eū: & qui loquitur tecum, ipse est. At ille ait, Credo Domine. Et p̄cides adorauit eum. Et dixit ei Iesus, In iudiciū ego in hunc mundum veni: ut qui nō videt, videat: & qui vident, cæci fiant. Et audierunt quidam ex Phariseis, qui cum ipso erant: & dixerunt ei. Nūquid & nos cæci sumus? Dixit eis Iesus. Si cæci essetis, non haberetis peccatum, nunc verò dicitis, **Quia videm⁹ peccatum ergo vestrū manet.**

Secundum Matth. Cap. 9.
 Lectio tertia.

In illo tempore, Dixit Iesus discipulis suis, audistis quia dictum est antiquis: Diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum. Et reliqua.

Homilia Origenis.

Sicut illa alia præcepta data eis fuerant in lege: sic & hoc. Sicut enim ad dimittendas uxores iussum fuerat, ut eas non interficerent: sic & ad odium inimicum, mandatum fuit: ut & amicum non odissent. Concessa sunt autem ista populo illi veteri, adhuc rudi, & infirmo: quamquam inimicus, qui odio habendus dicitur, iuxta subtiliorem intellectum, diabolus possit intelligi. Cæterum in euangelio, quod lege veteri longè excellentius, & perfectius est: quid magister perfectionis dicat, audiamus. Ait enim discipulis suis, Diligite inimicos vestros: benedicite maledicentibus vobis: & benedicite his qui oderunt vos: & orate pro persecutibus vos. Secundum legem: diliges proximum tuum, & odies inimicum tuum.

Et secundum euangelium, inimicum, & proximum diliges. Diligite inimicos vestros. Imperfectionem legis euangelium adimpleuit. Infirmiorem eorum qui sub circūcisione erant: hi qui sub gratia fuerunt confirmauerunt: quibus velut firmis & perfectis viris: dominus hoc mandabat, dicens, Diligite inimicos vestros: vos mansueti: vos mites: vos benigni: vos immaculati: vos imitatores mei. Vos me sequentes, vos diligite inimicos vestros siue paganos idolorum cultores, siue hæreticos infideles. Isti enim sunt inimici vestri: isti sunt veritatis aduersarij.

Oratio.

Inchoata ieiunia quæsumus domine, benigno favore prosequere: ut obseruantiam, quam corporaliter exhibemus, mentibus etiam synceris exercere valeamus. Per dñm.

¶ *Aduertendum, quod in hac sexta feria, dicitur matutinum eum suis laudibus, pro defunctis. ¶ Sabbato post diem Cinerum, ex Genesi. Lectio prima.*

CHanaan autem genuit Sidonem primogenitum suum, Hethæum, & Iebuseum, & Amorrhæum, & Gergefum, & Heugum, & Auacæum, Sinæum, & Aradium. Samaræum, & Amathæum: & per hos disseminati sunt populi Chananzorû. Facti sunt termini Chanaa, venientibus à Sidone Gerarâ, usque ad Gazam, donec ingrediaris Sodomam, & Gomorrhâ, & Adamam, & Seboim, usque Lasa. Hi, filij Cham in cognationibus, & linguis, & generationibus: terrisq; & gētibus suis. De Sem, quoq; nati sunt, patre omnium filiorum Heber, fratre Iapheth maiore. Filij Sem: Aclam, & Asfur, & Arphaxad, Lud, & Aram. Filij Aram: Hus, & Hul, & Gether, & Mes. At verò Arphaxad genuit Sale, de quo ortus est Heber. Natiq; sunt Heber filij duo, nomen vni Phaleg, eo quòd in diebus eius diuisa sit terra: & nomen fratris eius Iectan. **Qui** Iectan genuit Elmodad, & Saleph, & Asarmoth, Iare, &

Adoram, & Vzai, & Decla, & Hebal, & Abimael, Saba, & Ophir, & Euila, & Iobab: omnes isti, filij Iectan. Et facta est habitatio eorum de Messa pergentibus usque Sephar motem orientalem. Isti filij Sem secundum cognationes, & linguas, & regiones in gētibus suis. Hæ familie filiorum Noe, iuxta populos: & nationes suas. Ab his diuisæ sunt gentes in terra post diluuium.

Secundû Ioanem. cap. 10.

Lectio secunda.

AMen amen dico vobis, qui non intrat per ostium in ouilem, sed ascendit aliunde ille fur est & latro. **Qui** autem intrat per ostium: pastor est ouium. Huic ostium aperit: & oues vocem eius audiunt, & proprias oues vocat nominatim, & educit eas. Et cû proprias oues miserit, ante eas vadit: & oues illum sequuntur, quia sciunt vocem eius. Alienum autem non sequuntur, sed fugiunt ab eo, quia non nouerunt vocem alienorum. Hoc prouerbum

dixit eis Iesus. Illi autē nō cognouerunt, quid loqueretur eis. Dixit ergo eis iterum Iesus. Amen amen dico vobis, quia ego sum ostium ouīū. Omnes quotquot venerunt, fures sunt & latrones: sed non audierunt eos oues. Ego sum ostiū. Per me si quis introierit, saluabitur, & egredietur, & pascua inueniet. Fur non venit, nisi vt furetur, & mactet, & perdat. Ego veni, vt vitam habeant, & abundantius habeant. Ego sum pastor bonus. Bonus pastor, animam suam dat pro ouibus suis. Mercenarius autem, & qui non est pastor, cuius nō sunt oues propriae, videt lupum venientem, & dimittit oues & fugit: & lupus rapit, & dispergit oues, mercenarius autem fugit, quia mercenarius est & non pertinet ad eum de ouibus. Ego sum pastor bonus: & cognosco meas, & cognoscūt me meae. Sicut nouit me pater. & ego agnosco patrem: & animam meam pono pro ouibus meis. Et alias oues habeo quae non

sunt ex hoc ouili: & illas oportet me adducere, & vocem meā audient, & fiet vūū ouile, & vnus pastor. Propterea me diligit pater quia ego pono animam meā, vt iterum sumam eam: nemo tollit eā à me: sed ego pono eam à meipso, potestatem habeo ponendi eā, & potestatem habeo iterū sumendi eam. Hoc mandatum accepi à patre meo. Dissensio iterum facta est inter Iudaeos, propter sermones hos. Dicebant autē multi ex ipsis, Daemoniū habet, & insanit: quid cum auditis? Alij dicebat. Haec verba, non sunt daemoniū habentis: nunquid demonium potest ex coram oculis aperire?

Secundū Marcum. cap. 6.

Lectio tertia.

IN illo tempore: Cū Isero esset factum, erat nauis in medio mari: & ipse solus in terra, Et reli.

Homilia Bedae presbyteri.

ET cū dimisisset eos: abiit in montem solus orare. Nō omnis qui orat, ascendit in montem. Est enim oratio quae pec-

Dominica. 3. quadragesimæ.

catū facit. Sed bene orat, qui Deum orādo quærit: hic à terrenis ad superiora progrediens, verticem curiæ sublimioris ascendit. Qui verò de diuitiis, aut de honore seculi aut certè de inimici morte, sollicitus obsecrat, ipse in infimis iacēs, viles ad Deum preces mittit. Orat autem dominus: nō vt pro se obsecret: sed vt p̄ me impetret. Nā etsi omnia posuerit pater in potestate filij: filius tamen, vt formam hominis impleret, obsecrandum patrem putat esse pro nobis, quia noster aduocatus est. Aduocatum (inquit) habemus apud patrem dominū Iesum Christum. Si aduocatus est debet pro nostris interuenire peccatis. Non ergo quasi infirmus: sed quasi pius obsecrat. Vis scire q̄ omnia quæ velit possit & aduocatus, & iudex est. In altero pietatis officium: in altero insigne est potestatis. Et cū sero esset factū erat nauis in medio mari, & ipse solus in terra, videns eos laborātes in remigando: erat enim

ventus contrarius eis: Labor discipulorum, in remigando: & contrarius eis ventus, labores sanctæ ecclesiæ varios designant, quæ inter vndas seculi aduersantis, & immundorum flatu spirituum, ad quietem patriæ celestis quasi ad fidem littoris stationē peruenire conatur. *Oratio.*

A Desto domine supplicationibus nostris: & concede, vt hoc solenne ieiunium: quod animabus corporibusque curandis salubriter institutum est: deuoto seruiūo celebremur. Per dominum. ¶ *Ab hoc sabbato inclusiue, vsque ad Pascha, vespere dicuntur ante cenam meridiam, in omnibus diebus, etiam festiuis, exceptis dominicis, in quibus dicuntur hora consueta.* ¶ *Dñica prima quadragesimæ, ex Genesi. Cap. 11.*

Lectio prima.

E Rat autem terra labij vnus, & sermonum eorūdem. Cūq; proficisceretur de oriente, inuenerunt campam in terra Sennar, & habitauerunt

in eo. Dixitq; alter ad proximum suum, Venite, faciam⁹ lateres, & coquam⁹ eos igni. Habueruntque lateres pro saxis, & bitumen pro cemento, & dixerunt, Venite, faciamus nobis ciuitatē, & turrim. cuius culmen pertingat ad cælum, & celebremus nomen nostrum, antequam diuidamur in vniuersas terras. Descendit autē dominus, vt videret ciuitatem, & turrim quam edificabant filij Adam, & dixit, ecce, vnus est populus, & vnū est labium omnibus: cœperuntque hoc facere nec desisterēt a cogitationibus suis, donec eas opere cōpleant. Venite igitur, descendam⁹, & confundam⁹ ibi linguā eorū, vt non audiat vnusquisque vocē proximi sui. Atque ita diuisit eos dominus ex illo loco, in vn̄ uersas terras, & cessauerunt edificare ciuitatem. Et idcirco vocatum est nomen eius Babel, quia ibi confusum est labium vniuersæ terrę: & inde dispersit eos dominus, sup̄ er faciem cunctarum regionū. Hæ sunt ge-

nerationes Sem. Sem erat centum annorum quando genuit Arphaxad, biennio post diluuiū. Vixitq; Sem postquam genuit Arphaxad, quingētis annis: & genuit filios, & filias. Porro Arphaxad vixit trigintaquinque annis, & genuit Sale. Vixitque Arphaxad postquā genuit Sale, quadringentis tribus annis: & genuit filios & filias. Sale quoq; vixit triginta annis, & genuit Heber. Vixitq; Sale postq̄ genuit Heber quadringētis tribus annis: & genuit filios, & filias.

Secundū Ioānem. Lect. ij.

FActa sunt autē encœnia in Ierosolymis: & hyems erat. Et ambulabat Iesus in tēplo, & porticu Salomonis. Circūdierunt ergo eum Iudęi, & dicebant ei, Quousq; animam nostram tollis? si tu es Christus dic nobis palā. Respondit eis Iesus, Loquor vobis: & nō creditis: opera quæ ego facio in nomine patris mei, hæc testimonium perhibēt de me: sed vos non creditis, quia non estis ex ouibus meis.

Dominica .j. quadragesimæ.

Oves meę vocem meã audiunt: & ego cognosco eas, & sequuntur me, & ego vitam æternã do eis: & non perhibent in æternum: & nõ rapiet eas quisquam de manu mea. Pater meus, quẽ dedit mihi, maius omnib⁹ est: & nemo potest rapere de manu patris mei. Ego & pater vnum sumus. Sustulerunt ergo lapides iudæi, vt lapidarent eum. Respondit eis Iesus. Multa bona opera ostendi vobis ex patre meo, propter quod eorum opus me lapidatis? Responderunt ei iudæi, De bono opere non lapidam⁹ te, sed de blasphemia, & quia tu homo cum sis, facis te ipsum Deum. Respondit eis Iesus, Nonne scriptum est in lege vestra, Ego dixi: dij estis? Si illos dixit deos, ad quos sermo Dei factus est, & nõ potest solui scriptura: quẽ pater sanctificauit, & misit in mundum, vos dicitis, Quia blasphemias: quia dixi, filius dei sum? Si non facio opera patris mei: nolite credere mihi. Si autem facio: & si mihi non vultis credere,

operib⁹ credite, vt cognoscatis, & credatis, quia pater in me est, & ego in patre. Querebant ergo eum apprehendere, & exiit de manibus eorum. Et abiit iterum trans Iordanem, in eum locum, vbi erat Ioannes baptizans primum: & mansit illic, & multi venerunt ad eum, & dicebant, Quia Ioannes quidem signum fecit nulli. Omnia autẽ quęcunque dixit Ioannes de hoc, vera erant. Et multi crediderunt in eum.

Secundũ Mat. cap. 4. Le. iii.

In illo tempore: Duct⁹ est Iesus in desertum à spiritu, vt tentaretur à diabolo. Et cum ieiunasset quadraginta dieb⁹ & quadraginta noctibus, postea esuriit. Et reliqua.

Homilia sancti Gregorij papæ.

Dvbitari à quibusdã solet, à quo spiritu sit Iesus ductus in desertum: propter hoc quod subditur, Assumpsit eum diabolus in sanctam ciuitatem: & rursum, assumpsit eum in montem excelsum valdè. Sed verè, & absque

vlla quæstione conueniē-
ter accipitur: vt à sancto
spiritu in desertū ductus
credatur: vt illuc eum suus
spiritus duceret: vbi hunc
ad tentandum spiritus ma-
lignus inueniret. Sed ec-
ce, cū dicitur Deus ho-
mo, vel in excelsū mon-
tem, vel in sanctam ciuita-
tem assumptus à diabolo:
mens refugit humana: hoc
audire aures expauescūt.
Cū tamen non esse incre-
dibilia ista cognoscimus: si
in illo & alia facta pensa-
mus. Certè iniquorum o-
mniū diabolus caput est:
& hui⁹ capitis mēbra sunt
omnes iniqui. An nō dia-
boli membrū Pilatus fuit?
An non diaboli mēbra lu-
dæi persequentes, & mili-
tes crucifigentes fuerunt?
Quid ergo mirum si se ab
illo permisit in montē du-
ci, & tentari: qui se pertu-
lit etiā à membris illius
crucifigi? Non est ergo in-
dignum redemptori no-
stro: quod tentari voluit,
qui venerat occidi? Iustum
quippe erat: vt sic tenta-
tiones nostras, suis tētatio-
nibus vinceret: sicut mor-

tem nostram venerat sua
morte superare. *Oratio.*

Deus, qui ecclesiam
tuam annua quadra-
gesimali obseruatio-
ne purificas: præsta familię
tuę: vt quod à te obtinere
abstinēdo nititur, hoc bo-
nis operibus exequatur.
Per dominum nostrum.

¶ *Feria secūda, ex Genēsi.*
Lectio prima.

Vixit autem Heber
trigintaquatuor an-
nis & genuit Phaleg.
Et vixit Heber postquam
genuit Phaleg, quadringē-
tis triginta annis: & genuit
filios, & filias. Vixit quo-
que Phaleg, triginta annis,
& genuit Reu. Vixitque
Phaleg postquam genuit
Reu ducentis nouē annis,
& genuit filios, & filias. Vi-
xit autē Reu triginta duo-
b⁹ annis, & genuit Sarug.
Vixit quoque Reu post-
quā genuit Sarug, ducen-
tis septem annis: & genuit
filios, & filias. Vixit verò
Sarug triginta annis, & ge-
nuit Nachor. Vixitque Sa-
rug postquam genuit Na-
chor, ducentis annis: & ge-
nuit filios, & filias. Vixit

autem Nachor viginti-
noem annis, & genuit Thare. Vixitque Nachor postquam genuit Thare, centum decem & nouem annis: & genuit filios, & filias. Vixitque Thare septuaginta annis: & genuit Abram & Nachor & Aran. Hæ sunt autem generationes Thare. Thare genuit Abram, Nachor, & Aran. Porro Aram genuit Lot. Mortuusque est Aran ante Thare patrem suum, in terra natiuitatis suæ, in Vr Chaldæorum. Duxerunt autem Abram & Nachor uxores nomen vxoris Abram Sarai: & nomen vxoris Nachor, Melcha, filia Aran patris Melchæ, & patris Ischæ. Erat autem Sarai sterilis, nec habebat liberos. Tuht itaque Thare Abram, filium suum, & Lot filium Aran, filium filij sui, & Sarai nurum suam, uxorem Abram filij sui, & eduxit eos de Vr Chaldæorum, vt irent in terram Chanaan: veneruntque vsque Haran, & habitauerunt ibi. Et facti sunt dies Thare ducetorum quinque annorum,

& mortuus est in Haran.
Secundum Ioanem. cap. ii.
Lectio secunda.

ERat autem quidam sanguens Lazarus, a Bethania, & de castello Mariæ & Marthæ sororum eius. Maria autem erat quæ vnxit dominum unguento, & extersit pedes eius capillis suis: cuius frater Lazarus infirmabatur. Miserunt ergo sorores eius ad eum, dicentes, domine ecce quæ amat, infirmatur. Audias autem Iesus, dixit eis. Infirmitas hæc non est ad mortem, sed pro gloria Dei: vt glorificetur filius Dei per eam. Diligebat autem Iesus Martham, & sororem eius Mariam, & Lazarum. Vt ergo audiuit, quia infirmabatur, tunc quidam mansit in eodem loco, duobus diebus, deinde post hæc dicit discipulis suis, Eamus in Iudæam, iterum. Dicunt discipuli, Rabbi nunc quærebant te Iudæi lapidare: & iterum vadis illuc? Respondit Iesus, Nonne duodecim sunt horum dies? Si quis ambulauerit in die, non offendit, quia lucem huius mundi

mundi videt: si autem ambulauerit in nocte, offendit, quia lux non est in eo. Hec ait: & post hæc dicit eis. Lazarus amicus vester dormit: sed vado, vt à somno exucit eum. Dixerunt ergo discipuli eius, dñe, si dormit, saluus erit. Dixit autem Iesus de morte eius: illi autem putauerunt, quia de dormitione somni diceret. Tunc ergo Iesus dixit eis manifeste, Lazarus mortuus est: & gaudeo propter vos, vt credatis, quoniam nõ eram ibi, sed eamus ad eum. Dixit ergo Thomas qui dicitur Didymus, ad discipulos. Eam⁹ & nos, & moriamur cum eo. Venit itaq; Iesus, & inuenit eum quatuor dies iam in monumento habentem. Erat autem Bethania, iuxta Ierosolimam, quasi stadiis quindecim. Multi autem ex Iudæis venerant ad Martham, & Mariam, vt consolarentur eas, de fratre suo.

Secundū Mathæ. cap. 27.

Lectio tertia.

In illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis. Cum venerit fili⁹ hominis in

B.

N.

maiestate sua: & omnes angeli eius cum eo: tunc sedebit super sedem maiestatis suæ: & congregabuntur ante eum omnes gētes. Et reliqua.

Homilia scti Augusti. epi.

Cum autem venerit filius hoīs in maiestate sua: & omnes angeli eius cum eo: tunc sedebit in sede maiestatis suæ: & congregabuntur ante eum omnes gentes: & separabit eos ab invicem: sicut pastor segregat oves ab hœdis: & statuet oves quidē, à dextris: hœdos autem, à sinistris. Tunc dicet eis qui à dextris eius erunt. Venite benedicti patris mei, percipite regnum, quod vobis paratum est ab origine mundi. Vbi lumē indeficiens: vbi gaudium sempiternū: vbi vita perennis, & immortalis: & lætitia sempiterna, cū angelis, & apostolis. Vbi lux lucis, & fons luminis. Vbi civitas sanctorum, Ierusalē cœlestis. Vbi cōuent⁹ martyrum, & patriarcharū, cū Abrahamā, Isaac, & Iacob, & sanctorum omnium. Vbi dolor null⁹: nec tristitia post gaudiū. Vbi nox effugiet,

C.

Feria. iij. Dñice. j. quadragesimæ.

& senectus non apparebit. Vbi charitas inexplebilis. Vbi pax indiuidua. Vbi assistunt angeli, & vniuersæ potestates. Vbi manna, id est, cib⁹ cælestis, & vita angelica. Et vt infinita in breui comprehendam. Vbi omnis dolor, & omne malum non videbitur & omne bonum nō deesse vnquā poterit. Tunc iusti ad hæc respondebunt, dicentes. Domine, cur tantā, & talē nobis gloriā præparasti? Tūc & ipse eis respōdebit. Pro misericordia vestra, & fide. Pro hilaritate, & patiētia. Pro longanimitate, & mansuetudine. Pro veritate, & iustitia. Pro continētia, & humilitate. Pro hospitalitate, & affabilitate. Pro gaudio ad peregrinos & ignotos. Pro iustitia, & sanctitate. Pro tristitia vestra, in malo proximi. Pro lætitia vestra, in bonis ei⁹. Pro gaudio vestro, in his qui nec sermonē ociosum de ore suo proferunt. Pro timore Dei in his qui nec transgrediuntur pactum, iota vnū, aut vnum apicē de lege domini. Pro eo q̄

non accepistis munera super innocentē, nec mendaciū pro veritate. **Oratio.**

Conuerte nos Deus salutaris noster: & vt nobis ieiunium quadragesimale proficiat: mētes nostras cælestibus instrue disciplinis. Per dñm.

¶ Feria tertia, ex Genesi. cap. 12. Lectio prima.

Dixit autem domin⁹ ad Abram, Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & veni in terram, quam monstrauero tibi. Faciamq; te in gentem magnam, & benedicā tibi, & magnificabo nomē tuū, erisq; benedictus. Benedicam benedicētibus tibi, & maledicā maledicētibus tibi, atq; in te benedicentur vniuersæ cognationes terræ. Egressus est itaq; Abram, & iuit cum eo Lot. septuagintaquinq; annorū erat Abrā cū egrederetur de Haran. Tulitque Sarai vxorē suam, & Lot filium fratris sui, vniuersamque substantiā quam possederant, & animas quas fecerāt

in Haran : & egressi sunt,
 ut irent in terrā Chanaan.
 Curaq; venissent in eam,
 pertrāsuit Abram terram
 vsq; ad locum Sichem, &
 vsq; ad cōuallem illustrā.
 Chananzus autē tunc erat
 in terra. Apparuitq; domi-
 nus Abram, & dixit ei, Se-
 mini tuo dabo terrā hanc.
Qui edificauit ibi altare
 domino, q; apparuerat ei.
 Et inde transgrediens ad
 montē qui erat contra o-
 rientem Bethel, tetēdit ibi
 tabernaculū suum, ab occi-
 dente habens Bethel, & ab
 oriēte Hai: & edificauit quo-
 que ibi altare dño, & inuo-
 cauit nomē eius. Perrexit-
 que Abram vadēs, & vitra
 progrediēs ad meridiem.

Secundū Ioannē. Lect. ij.

Martha ergo vt au-
 diuit quia Iesus ve-
 nit, occurrit illi:
 Maria autē domi sedebat.
 Dixit ergo Martha ad Ie-
 sum. Dñe, si fuissas hic fra-
 ter meus non fuisset mor-
 tuus, sed & nunc scio, quia
 quæcunque poposceris à
 Deo, dabit tibi deus. Dicit
 illi Iesus, Resurget frater
 tuus. Dicit ei Martha, Scio

quia resurget in resurre-
 ctione, in nouissimo die.
 Dixit ei Iesus, Ego sum re-
 surrectio, & vita: qui cre-
 dit in me, etiam si mortuus
 fuerit, viuet: & omnis qui
 viuit, & credit in me: non
 morietur in æternum. Cre-
 dis hoc? Ait illi, Vtiq; Do-
 mine, ego credidi quia tu
 es Christus filius dei viui,
 qui in hunc mundum ve-
 nisti. Et cū hæc dixisset,
 abiit & vocauit Mariam so-
 rorem suā silentio dicēs,
 Magister adest, & vocat te.
 Illa vt audiuit, surgit citò,
 & venit ad eum, nondum
 eū viderat Iesus in castel-
 lum: sed erat adhuc in lo-
 co, vbi occurrerat ei Mar-
 tha. Iudæi ergo, qui erant
 cum ea in domo, & conso-
 labantur eam, cū vidissent
 Mariā, quia citò surrexit,
 & exiit, secuti sunt eam, di-
 centes, **Quia** vadit ad mo-
 numentum, vt ploret ibi.
 Maria ergo, cū venisset v-
 bi erat Iesus, videns eū, ce-
 cidit ad pedes eius, & dicit
 ei dñe, si fuissas hic, nō es-
 set mortuus frater meus,
 Iesut ergo, vt vidit eā plo-
 rantem, & Iudæos qui ve-

nerant cum ea plorantes, infremuit spiritu, & turba uit seipsum, & dixit, Vbi posuistis eum? Dicunt ei, domine, ueni, & uide. Et lachrymatus est Iesus. Dixerunt ergo Iudæi, Ecce, quomodo amabat eum. **Q**uidam autem ex ipsis dixerunt, Nō poterat hic, qui aperuit oculos cæci nati, facere ut hic non moreretur? Iesus ergo rursus fremens in semetipso uenit ad monumentum, erat autem spelunca: & lapis superpositus erat ei. Ait Iesus, Tollite lapidem. Dicit ei Martha, soror eius qui mortuus fuerat, dñe, iam sciet, quatri-duanus est enim. Dicit ei Iesus, nonne dixi tibi, qm̄ si credideris, uidebis gloriã dei? **Secundum Mattheu.**

Lectio tertia.

In illo tempore: Cū introisset Iesus Ierosolymã cōmota est uniuersa ciuitas dicens. **Q**uis est hic? Et.

Homilia sancti Aug. epi.

Et uenit Ierosolymã: & cū introisset templū: cepit eiicere uendentes, & ementes de templo: & mensas nummula-

riorum, & cathedras uenditiuæ columbas euerit. **Q**uod maledicēdo sicum infructuosam, per figurã fecit dominus. hoc idem mox apertē ostendit, eiciendo improbos de templo. Neque enim aliquid peccauerat arbor, que esu riēte domino, poma non habuit: quorū necdū tempus aduenerat. Sed peccauere sacerdotes qui in domo dñi, secularia negotia gerebant, & fructum pietatis quem debuerāt, quemque in eis dominus esuriebat, ferre recusabāt. Arefecit domin⁹ arbore maledictã ut hoīes hoc uidentes, siue audientes: multo magis intelligerent se diuino cōdemnãdos esse iudicio: si absq; operum fructu, de plausu tantum sibi religiosi sermonis uelut de sonitu, & blandimēto, uiridentū gloriarētur foliorum. Verū, quia non intellexerūt: consequenter in ipsos distriktionem emeritæ ultionis exercuit. Eiecitq; comercia rerū humanarū de templo illo: quo diuina restantū agi hostias, & obla-

tiones deo offerri: verbum
dei legi: audiri, & decanta-
ri præceptum erat. Et qui-
dem credendum est, quæ
tantum vendi, & emi reper-
rat in templo, quæ admini-
sterium templi, eiusdem ne-
cessaria erant: iuxta hoc quæ
alias factum legimus, eum idem
templum ingrediens, inuenit
in eo ementes & vendentes
oves & boues & colubas.

Quæ nimirum omnia, non
nisi ut offerretur, in domo
domini vendebantur: eos
qui de longe venerant, ab
indigenis comparare cre-
dendum est.

Oratio.

Respice Domine fa-
miliam tuam, & præ-
sta: ut apud te mens
nostra, tuo desiderio re-
fulgeat: quæ se carnis ma-
ceratione castigat. Per do-
mum.

Per. iij. ex Genesi. Lc. j.

Facta est autem fames
in terra: descenditque
Abram in Aegyptum
ut peregrinaretur ibi: præ-
ualuerat enim fames in ter-
ra. Cumque prope esset, ut
ingereretur Aegyptum,
dixit Sarai uxori suæ, No-
ni quod pulchra sis mu-
lier: & quod cum viderint

te Aegyptij, dicturi sunt,
Vxor illius est, & interfici-
ent me, & te reseruant.
Dic ergo obsecro te, quæ so-
ror mea sis: ut bene sit mi-
hi, propter te, & viuat ani-
ma mea, ob gratiam tuam. Cum
itaque ingressus esset Abra-
Aegyptum, viderunt Aegy-
ptij mulierem, quod esset
pulchra nimis. Et nuntia-
uerunt principes Pharao-
ni, & laudauerunt eam apud
illum: & sublata est mulier
in domum Pharaonis, Abra-
verò, bene usi sunt propter
illam. Fueruntque ei oves,
& boues, & asini, & serui,
& famulæ, & asinæ, & ca-
meli. Flagellauit autem do-
minus Pharaonem plagis
maximis, & domum eius
propter Sarai uxorem A-
bram. Vocauitque Pharao
Abram, & dixit ei, Quid-
nam est hoc quod fecisti
mihi? quare non indicasti
mihi, quod uxor tua esset?
Quam ob causam dixisti
esse sororem tuam, ut tolle-
rem eam mihi in uxorem?
nunc igitur, ecce coniunx
tua, accipe eam, & vade.
Præcepitque Pharao super
Abram viris: & deduxerunt

eum, & vxorē illius, & omnia quæ habebat.

Secundū Ioannē. Lect. ij.

Tulerunt ergo lapidem. Iesus autem eleuatis sursum oculis dixit, Pater, gratias ago tibi quoniam audisti me, ego autem sciebam quia semper me audis, sed propter populum qui circumstat, dixi: vt credat, quia tu me misisti. Hæc cum dixisset, voce magna clamauit, Lazare, veni foras. Et statim p̄dit qui fuerat mortuus, ligatus manus & pedes infistis, & facies illius sudario erat ligata. Dixit ei Iesus, Soluite eum, & sinite abire. Multi ergo ex Iudæis qui venerant ad Mariam, & Martham, & viderant quæ fecit Iesus, crediderunt in eum, quidam autē ex ipsis abierunt ad Phariseos, & dixerunt eis quæ fecit Iesus. Collegerunt ergo pontifices, & Pharisei conciliū, & dicebat. Quid facimus? quia hic homo multa signa facit. Si dimittimus eum sic, omnes credent in eum: & veniet Romani, & tollent nostrū lo-

cum, & gētem. Vnus autē ex ipsis Caiphas nomine cum esset pontifex anni illius, dixit eis, Vos nescitis quicquid nec cogitatis: quia expedit nobis, vt vnus moriatur homo pro populo, & nō tota gēs pereat. Hoc autē à semetipso nō dixit: sed cum esset pontifex anni illius, prophetauit quod Iesus moriturus erat pro gēte, & non tantū pro gēte: sed vt filios dei qui erant dispersi, cōgregaret in vnū. Ab illo ergo die, cogitauerunt vt interficerent eum. Iesus ergo, iam non in palam ambulabat apud Iudæos, sed abiit in regionē iuxta desertū, in ciuitatem quæ dicitur Ephrem, & ibi morabatur, cū discipulis suis. Proximū autem erat pascha Iudæorum: & ascēderunt multi Ierosolymā, de regione, ante pascha, vt sanctificaret seiplos. Quærebant ergo Iesum: & colloquebātur adinuicem, in templo stantes. Quid putatis, quia nō venit ad diē festum istum? Dederāt autem pontifices, & Pharisei mandatū. Vt si quis co-

gnouerit ubi sit, indicet, ut apprehendant eum.

Secundum Mattheum. cap. 12. Lectio tertia.

In illo tempore: Accesserunt ad Iesum Scribæ, & Pharisei dicentes. Magister volumus à te signum videre. Et reliqua.

Homilia scti August. epi.

EA quæ de sancto euangelio recitata sunt, fratres mei, si omnia pertractare cupimus: vix tempus sufficit singulis: quãtò magis ergo non sufficit omnibus? Ionã prophetã, qui deiectus in mari, beluæ marinæ vtero exceptus est: & die tertio viuus euomitur: figuram gessisse Saluatoris, qui passus est: & die tertia resurrexit: ipse saluator ostendit. Accusatus est populus Iudeorum in cõparatione Niniuitarum: quoniã Niniuitæ ad quos redarguedos missus est Ionas prophetas: agendo poenitentiam: iram Dei placauerunt: & misericordiam meruerunt. Ecce (inquit) plus quã Ionas hic: volens intelligi seipsum, dominus Iesus. Audierunt illi seruus:

& vias suas correxerunt: audierunt isti dominum, & contempserunt: & insuper occiderunt. Regina austri exurget (inquit) in iudicio cum generatione hac, & cõdemnabit eam. Venit enim à finibus terræ, audire sapientiam Salomonis: & ecce plusquam Salomõ hic. Nõ fuit magnus Christo plus esse, quã Ionas: plus esse, quã Salomon: iste enim dominus: illi serui erant, Sed tamen quales sunt qui præsentem dominum contempserunt: quãdo alienigenæ seruos eius audierunt.

Oratio.

Preces nostras, quesumus Domine, clementer exaudi & contra cuncta nobis aduersantia, dexteram tuæ maiestatis extende. Per dominum nostrum.

¶ Feria quinta, ex Genesi. cap. 13. Lectio prima.

Ascendit ergo Abraham de Aegypto, ipse, & vxor eius, & omnia quæ habebat, & Lot cum eo, ad australem plagam. Erat autem diues valde Abraham, in possessione auri, & argenti. Reuersusque est

per iter quo venerat, & meridie in Bethel, vſq; ad locū, vbi prius fixerat tabernaculum, inter Bethel, & Hai: in loco altaris quod fecerat prius, & inuocauit ibi nomē dñi. Sed & Lot, qui erat cū Abram, fuerūt greges ouium, & armenta, & tabernacula. Nec poterat eos capere terra, vt habitaret ſimul: erat quippe ſubſtantia eorum multa, & nequibant habitare cōmuniter. Vnde & facta eſt rixa, inter paſtores gregum Abram & Lot. Eo autem tēpore Chanaanus, & Pherzeus, habitabant in terra illa. Dixit ergo Abram ad Lot. Ne queſo ſit iurgium inter me, & te, & inter paſtores meos, & paſtores tuos: fratres enī ſumus. Ecce vniuerſa terra coram te eſt. Recede à me ol' ſecro, ſi ad ſiniſtrā ieris, ego dexterā tenebroſi tu dexterā elegeris, ego ad ſiniſtram pergā. Eleuatis itaq; Lot oculis, vidit oēm circa regionem Iordanis, quæ vniuerſa irrigabatur, antequā ſubuerteret dominus Sodomam, & Gomorrhā, ſi-

cut paradīſus domini, & ſicut Aegyptus, venientibus in Segor. Elegitq; ſibi Lot regionē circa Iordanem, & receſſit ab Oriente, diuiſi que ſunt alterutrum à fratre ſuo. Abrā habitauit in terra Chanaan: Lot verd, morat⁹ eſt in oppidis, quæ erant circa Iordanē, & habitauit in Sodomis. Homines autem Sodomitæ, peſſimi erāt, & peccatores coram Domino, nimis. Dixitque dominus ad Abrā, poſtquā diuiſus eſt ab eo Lot, Leua oculos tuos, & vide à loco in quo nūc es: ad aquilonem, & meridie: ad orientem, & occidentē. Omnem terram quam coſpicias, tibi dabo, & ſemini tuo, vſq; in ſempiternum. Faciamque ſemē tuum, ſicut puluerem terræ: ſi quæ poteſt hominū numerare puluerē terræ, ſemen quoque tuum numerare poterit. Surge pergo, & perambula terram, in longitudine, & latitudine ſua: quia tibi daturus ſum eam. Mouens igitur Abram tabernaculum ſuum, venit, & habitauit iuxta conuallem

Membre, quæ est in Hebron: & discavit que ibi altare domino.

Secundum Ioannē. cap. 12.

Lectio secunda.

Iesús ergo, ante sex dies Paschæ, venit Bethaniam, ubi Lazarus fuerat mortuus, quem suscitavit Iesus. Fecerunt autem ei cenā ibi: & Martha ministrabat. Lazarus verò vnus erat ex discumbentibus cū eo. Maria ergo, accepit libram vnguenti nardi pisti cæ preciosi, & unxit pedes Iesū, Et extersit pedes eius capillis suis & domus impleta ex odore vnguenti. Dixit ergo vnus ex discipulis ei⁹, Iudas Iscariotes, qui erat cum traditurus, Quare hoc vnguentū nō venit trecentis denariis, & datum est egenis? Dixit autem hoc, Non quia de egenis pertinebat ad eum: sed quia fur erat, & oculos habens ea quæ mittebantur, portabat. Dixit ergo Iesus: Sine illam, in diem sepulture meæ seruauit illud. Pauperes enim semper habetis vobiscū me autem nō semper habebitis.

Cognouit ergo turba multa ex Iudæis quia illic est: & venerunt, nō propter Iesum tantum, sed vt Lazarum viderent, quem suscitauit à mortuis. Cogitauerunt autē principes sacerdotū vt & Lazarum interficerent: quia multi propter illum abibant ex Iudæis, & credebant in Iesum in crastinū aut turba multa quæ venerat ad diē festum, cū audissent, quia venit Iesus Ierosolymā: acceperunt Ramos palmarū, & processerunt obuiam ei, & clamabant, Hosanna, benedict⁹ qui venit in nomine Dñi, rex Israel. Et inuenit Iesus asellum: Et sedit super eū, sicut scriptum est, Noli timere filia Sion: ecce rex tuus venit sedēs super pulum asinæ. Hæc nō cognouerunt discipuli eius, primum: sed quando glorificatus est Iesus, tunc recordati sunt, quia hæc erant scripta de eo, & hæc fecerunt ei. Testimoniū ergo perhibebat turba, quæ erat cum eo quando Lazarum vocauit de monumento, & suscitauit eum à mortuis.

Propterea & obusā venit ei turba: quia audierūt eū fecisse hoc signum. Pharisæi ergo dixerūt ad semetipsos. Videtis quia nihil proficimus? ecce, mundus totus post eum abiit.

Secundum Mathæum. cap. 23. Lectio tertia.

In illo tēpore. Egressus Iesus, secessit in partes Tyri, & Sidonis. Et reli.

Homilia Origenis.

Fratres: dicet aliquis ex vobis feci peccata multa & magna. Et quis ex vobis, qui nō peccet? Tu dicis. Erravi super oēs hoīes sufficit tibi in sacrificio ista confessio. Dic tu prior iniquitates tuas, vt iustificeris: & cognosce teipsum, quoniam peccator es: habeas tristitiam cū conuerteris: esto mœstus, & noli desperare: sed lachrymas punctus effunde. Nunquid aliud fuit in meretrice: quam lachrymarum effusio? Et ex hac profusione inuenit præsidium: & accepta fiducia, accessit ad fontem misericordie, dominum Iesum. Sed veniamus ad causam,

Quid ergo est d̄ euangelista? Et inde transiens dominus venit in partes Tyri, & Sidonis: & ecce mulier Chananzæ. Mira res d̄ euangelista. Ecce mulier, caput peccati, arma diaboli: expulsio paradisi: delicti mater: corruptio legis antiquæ. Et ecce mulier veniebat ad dominū Iesum. Mulier alienigena de gentibus nouella plātatio. Mirum negotium: Iudæi fugiūt: Chananzæ sequitur: domestici derelinquunt: alienigena adhæret: iungere ac proximum cupit. Ecce mulier de finibus illis egressa clamabat, dicēs. Miserere mei domine, fili Dauid mulier hæc, euangelista efficitur. Probauit enim diuini consilij sacramentum: quando & diuinā virtutem obsecrat, & carnis naturam confitetur, dicēs. Miserere mei domine fili Dauid.

Oratio.

De uotionem populū tui quæsumus dñe, benignus intende: vt qui per abstinentiā maceratur ī corpore, per fructum noui operis reficiant

tur in mente: Per dominũ
nostrum Iesum Christũ.

Feria sexta, ex Genesi.
cap. 24. Lectio prima.

FActum est autem in il-
lo tempore, vt Amra-
phael rex & Sennaar:
Arioch, rex Ponti, & Cho-
dorlahomor, rex Aelami-
tarum: & Thadal, rex gen-
tium, inirent bellũ contra
Bara, regẽ Sodomorũ: &
contra Bersa, regem Go-
morrhæ: & cõtra Senaab,
regẽ Adamæ: & cõtra Se-
meber, regẽ Seboim: con-
traque regẽ Balæ, ipsa est
Segor. Omnes hi conue-
nerunt in vallem Sylue-
strem, quæ nunc est mare
salis. Duodecim enim an-
nis seruierant Chodorla-
homor, & tertio decimo
anno, recesserunt ab eo. I-
gitur quarto decimo anno
venit Chodorlahomor, &
reges qui erant cũ eo: per-
cusseruntque Raphain in
Astaroth Carnaim, & Zu-
zin cum eis, & Emim in
Saue Cariathim & Chor-
thæos in montibus Seir,
vsque ad campestria Pha-
ram, quæ est in solitudine.
Reuerſusque sunt, & venerũt

vsque ad fontem Misphas
ipsa est cades: & percusse-
runt omnem regionem A-
malecitarũ, & Amorrhæo-
rum qui habitabant in A-
sason thamar. Et egressi
sunt rex Sodomorum, &
rex Gomorrhæ, rexque
Adamæ, & rex Soboin,
necnon & rex Balæ, quæ
est Segor: & direxerũt acie
contra eos, in valle Sylue-
stri, scilicet aduersus Cho-
dorlahomor, regem Aela-
mitharum: & Thadal, regẽ
gentium: & Amraphel, re-
gem Sennaar: & Arioch,
regem Ponti: quatuor re-
ges aduersus quinque. Val-
lis autem siluestris, habe-
bat puteos multos bitumi-
nis. Itaque rex Sodomor-
ũ, & rex Gomorrhæ, ter-
ga verterunt, ceciderunt-
que ibi: & qui remanserãt,
fugerunt ad montem. Tu-
lerunt autem omnem sub-
stantiam Sodomorum, &
Gomorrhæorum, & vni-
uersa quæ ad cibum perti-
nent, & abierunt: necnõ &
Loth, & substantiam eius,
filium fratris Abram, qui
habitabat in Sodoma.

Secundũ Ioannẽ. Lect. ij.

ERant autem quidam gentiles, ex his qui ascenderant, ut adorarent in die festo. Hi ergo accesserunt ad Philippum, qui erat à Bethsaida Galilææ: & rogabant eum, dicentes Domine, volumus Iesum videre. Venit Philippus, & dicit Andreas, Andreas rursus, & Philippus, dixerunt Iesu, Iesus autem respondit eis, dicens, Venit hora, ut clarificetur filius hominis. Amen amen dico vobis, nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit: ipsum solum manet, si autem mortuum fuerit, multum fructum affert. **Qui** amat animam suam, perdet eam, & qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam. Si quis mihi ministrat, me sequatur: & ubi sum ego: illic & minister meus erit. Si quis mihi ministraverit, honorificabit eum pater meus. Nunc anima mea turbata est. Et quid dicam pater, saluifica me, ex hac hora. Sed propterea veni in horam hanc, Pater clarifica

nomen tuum venit ergo vox de celo, dicens, Et clarificavi, & iterum clarificabo. Turba ergo quæ stabat, & audierat, dicebat tonitruum esse factum: Alij autem dicebant Angelus ei locutus est. Respondit Iesus, Et dixit, Non propter me hæc vox venit, sed propter vos. Nunc iudicium est mundi: nunc princeps huius mundi, eiicietur foras. Et ego, si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum hoc autem dicebat, significans qua morte esset moriturus. Respondit ei turba Nos audiuimus ex lege, quia Christus manet in æternum: & quomodo tu dicis, Oportet exaltari filium hominis? & quis est iste filius hominis? Dixit ergo eis Iesus, Adhuc modicum lumen in vobis est. Ambulate, dum lucem habetis, ut non vos tenebræ comprehendat: & qui ambulat in tenebris, nescit quo vadat. Dum lucem habetis, credite in lucem, ut filij lucis sitis.

Secundum Ioannem. cap. 5.
 Lectio tertia.

In illo tempore: Erat die
festus Iudeorum: & a-
scendit Iesus Ierosoly-
mam. Et reliqua.

Homilia sancti Aug. epi.

Mirum non esse de-
bet, à Deo factum

miraculum: mirū

enim esset si homo fecisset

Magis gaudere, quā mira-
ri debemus. quia dominus

noster, & Saluator Iesus

Christus, homo factus est:

quā quod diuina mira-
cula inter homines Deus

fecit. Plus est enim ad salu-
tē nostram, quod factū

est propter homines, quā

quod fecit deus inter ho-
mines. Et plus est, quod vitia

sanauit animarū nostrarū

quā quod sanauit languores

corporum moriturorum.

Sed quia ipsa anima, non

eum nouerat à quo sanan-
da erat, & oculos habēs in

carne. vnde facta corpora-
lia videret nondum habe-
bat sanos in corde, vnde

Deum latentem cognosce-
ret: fecit quod videri pote-
rat: vt sanaret vnde videri

non poterat. Ingressus est

locum, vbi iacebat multi-
tudo magna languētium,

cæcorum, claudorum &
aridorū. Et cū esset me-
dicus, & animarū, & corpo-
rum: & venisset saluare om-
nes animas creditorum,

de illis languentibus, vnū

elegit quē sanaret vt vnita-
tem significaret. Si medio

cri corde, & quasi humano

capto, & ingenio conside-
remus facientē: & quod ad

potestātē pertinet, nō ma-
gnū aliquid perfecit: & quā

ad benignitatē parū fecit.

Tot iacebāt, & vnus cura-
tus est: cū posset vno ver-
bo oēs erigere. *Oratio.*

Esto Domine propi-
tius plebi tuæ: & quā

tibi facis esse deuotā

benigno refāue miseratus

auxilio. Per dominum.

Hodie dicuntur septē vi.

Sabbato, ex Gene. Le. j.

Et ecce vnus qui euā-
serat, nuntiauit Abrā

Hebræo, qui habita-
bat in cōualle Membrē A-

morrhæi, fratris Eschol, &
fratris Aner: hi enim pepi-
gerāt fœdus cū Abram.

Quod cū audisset Abram

captum videlicet Lot fra-
trem suum, numerauit ex-

pedicos vernaculos suos,

Sabbato.

trecentos decem & octo: & persequutus est eos, vsq; Dā. Et diuisis sociis, irruit super eos nocte: percussitque eos, & persequutus est vsq; Choba, quæ est ad læuam Damasci. Reduxitq; omnem substātiā, & Lot fratrem suum, cū substantia illius, mulieres quoq; & populū. Egressus est autem rex Sodomorū in occursum eius, postquam reuersus est à cæ de Chodorlahomor: & regum, qui cū eo erāt in valle Saue, quæ est vallis regis. At verò Melchisedech rex Salem, proferēs panem & vinum (erat enim sacerdos dei altissimi) benedixit ei, & ait, Benedictus Abrā, deo excelsō, qui creauit cælum, & terrā: & benedictus deus excelsus, quo protegente hostes ī manib⁹ tuis sunt. Et dedit ei decimas ex omnibus. Dixit autē rex Sodomorū ad Abrā. Da mihi animas, cætera tolle tibi. **Q**ui respōdit ei, Læuo manum meam ad dominū deum excelsū, possessorē cæli, & terræ: quod à filo sub tegminis, vsque ad

corrigiam caligæ, non accipia ex omnibus quæ tuæ sunt ne dicas, Ego ditauī Abrā exceptis his quæ comederūt iuuenes, & partibus virorum qui venerūt mecum Aner, Escol, & Mābrg: isti accipiat ptes suas.

Secundū Ioannē. Lect. ij.

Hæc locutus est Iesus & abiit, & abscondit se ab eis. Cū autē tanta signa fecisset corā eis non credebant in eum vt sermo Isaiæ impleretur quē dixit, Domine quis credit auditui nostro? & brachium domini cui reuelatum est? Propterea nō poterāt credere, quia iterum dixit Isaias, Excæcauit oculos eorum, & indurauit cor eorum, vt non videant oculis, & non intelligant corde, & conuertantur, & sanē eos. Hæc dicit Isaias, quādo vidit gloriam eius, & locutus est de eo. Verūtamen & ex principibus multi crediderūt in eum, sed propter Pharisæos nō confitebantur, vt ē synagoga non eiicerentur, dilexerunt enim gloriam hominum, magis quā gloriā

dei. Iesus autem clamauit, & dixit, **Q**ui credit in me, non credit in me, sed in eum qui misit me. Et qui videt me, videt eum qui misit me. Ego lux in mundum veni: ut omnis qui credit in me, in tenebris non maneat. Et si quis audierit verba mea & non custodierit, ego non iudico eum, non enim veni ut iudicem mundum, sed ut saluificem mundum. **Q**ui spernit me, & non accipit verba mea, habet qui iudicet eum, sermo quem locutus sum ille iudicabit eum in nouissimo die. **Q**uia ego ex meipso non sum locutus, sed qui misit me pater, ipse mihi mandatum dedit, quid dicam, & quid loquar, & scio quia mandatum eius, vita eterna est. **Q**uare ergo ego loquor, sicut dixit mihi pater, sic loquor.

Secundum Matth. cap. 17.

Lectio tertia.

In illo tempore: Assumpsit Iesus Petrum, & Iacobum, & Ioannem fratrem eius: & duxit illos in montem excelsum, seorsum, & transfiguratus est ante eos. Et reliqua.

Homil. sancti Leonis papae.

Evangolica lectio, dilectissimi, quae per aures corporis interiorum mentium nostrarum pulsauit auditum, ad magni sacramenti nos intelligentia vocat. **Q**uam inspirante gratia Dei facilius assequemur: si considerationem nostram, ad ea quae paulo superius sunt narrata, referamus. Saluator enim humani generis Deus Christus, condens eam fidem, quae impios ad iustitiam, & mortuos reuocat ad vitam: ad hoc discipulos suos doctrinae mortis, & operum miraculis imbuebat: ut idem & unigenitus Dei, & filius hominis crederetur. Nam unum horum sine alio non proderat ad salutem: & aequalis erat periculi, dominum nostrum Iesum Christum: aut Deum tantummodo sine homine aut sine deo solum hominem credidisse: cum utrumque esset pariter confitendum. **Q**uia sicut Deo vera humanitas: ita homini inerat vera diuinitas. Ad confirmandam ergo huius fidei salu-

Dominica. ij. quadragesimæ.

britatem, interrogauerat
discipulos suos dominus,
inter diuersas aliorum opi
niones: quid ipsi de eo cre
derent quidve sentirent.
Vbi apostolus Petrus, per
reuelationem summi pa
tris corporea superans, &
humana transcendens: vi
dit oculis mentis filiū Dei
viui: & confessus est glo
riam deitatis: quia non ad
solam respexit substantiam
carnis, & sanguinis. Tan
tumque in hac fidei subli
mitate complacuit, vt bea
titudinis felicitate dota
tus, sacram inuiolabilis Pe
træ acciperet firmitatem:
supra quam fundata eccle
sia portis inferni, & mor
tis legib⁹ præualeret. Nec
in soluendis, aut ligandis
quoruncunque causis: a
liud ratum esset in celo:
quàm quod Petri sedisset
arbitrio.

Oratio.

Populum tuum qui
sumus Domine, pro
pitius respice: atq; ab
eo flagella tuæ iracundiæ
clementer auerte. Per do.

**¶ Dominica secunda, qua
dragesimæ, ex Genesi.**

cap. 17.

Lectio prima,

His itaque transactis,
factus est sermo do
mini ad Abram, per
visionē dicens. Noli time
re Abram, ego protector
tu⁹ sum: & merces tua ma
gna nimis. Dixitq; Abrā,
Domine Deus quid dabis
mihi? ego vadam absque li
beris: & filius procurato
ris domus meæ, iste Dama
scus Eliezer. Addiditq; A
bram, Mihi autem nō di
disti semen: & ecce verna
culus meus, hæres meus e
rit. Statimque sermo Do
mini factus est ad eum, di
cēs, Nō erit hic hæres tu⁹:
sed qui egredietur de vte
ro tuo, ipsum habebis hæ
redem. Eduxitq; eum so
ras, & ait illi, Suscipe co
lū, & numera stellas, si po
tes: & dixit ei. Sic erit semē
tuū. Credidit Abrā deo, &
reputatum est illi ad iusti
tiam. Dixitque ad eum. Ego
Domine qui eduxi te de
Vr Chaldæorum: vt darē
tibi terram istam, & possi
deres eam. At ille ait, Do
mine Deus vnde scire pos
sum, quod possessurus sim
eam? Et respondens Do
minus, Sume, inquit, mihi
vaccam

vaccam triennem, & caprā
 trimā, & arietem annorum
 trium, turturē quoque, &
 colūbam. **Q**ui tollens vni
 uersā hęc, diuisit ea p me
 diū, & vtrasque partes cō
 tra se altrinsēcus posuit: a
 ues autem non diuisit. De
 scenderūtque volucres su
 per cadauera, & abigebat
 eas Abraham. Cūque sol
 occumberet, sopor irruit
 super Abrā, & horror ma
 gnus, & tenebrosus inuasit
 eum. Dictumq; est ad eū,
 Scito prænoscens, quod
 peregrinum futurū sit se
 men tuum in terra nō sua,
 & subiciēt eos seruituti,
 & affligēt quadringentis
 annis. Veruntamen, gētem
 cui seruituri sunt, ego iudi
 cabo: & post hęc egredien
 tur, cum magna substātia.
 Tu autem ibis ad pa res
 tuos, in pace, sepultus in
 senectute bona. Generatio
 nē autem quarta, reuertē
 tur huc: necdum enim cō
 pletæ sunt iniquitates A
 morrhōrū, vsque ad prę
 sens tempus. Cū ergo oc
 cubuisset sol, facta est cali
 go tenebrosa, & apparuit
 libanus fumans, & lāpas

E.

N.

ignis, transiens inter diui
 siones illas. In illo die pepi
 git dominus fœdus cū A
 bram, dicens, semini tuo
 dabo terram hanc à fluuio
 Aegypti vsque ad fluuium
 magnum Euphratem, Ci
 neros, & Cenezos Ced
 monos, & Hethos, &
 Pherezos Raphaim quo
 que, & Amorrhios, &
 Chananos, & Gergesos
 & Iebusos. **Secundum**

Iohannem. Cap. 13. Lect. ij.

A Nō diē festū pa
 schæ, sciens Iesus
 quia venit hora e
 ius, vt transeat ex hoc mū
 do ad patrem. cū dilexisset
 suos qui erant in mun
 do, in finem dilexit eos. Et
 cœna facta, cū diabolus
 iam misisset in cor, vt tra
 deret eum Iudas Simonis
 Iscariotes: sciens quia om
 nia dedit ei pater in manū,
 & quia à Deo exiuit, & ad
 Deū vadit, surgit à cœna,
 & ponit vestimenta sua, &
 cū accepisset linteū, præ
 cinxit se. Deinde misit a
 quam in peluim, & cepit
 lauare pedes discipulorū,
 & extergere linteo quo e
 rat præcinctus. Venit ergo

D

Dominica ij. quadragesimæ.

ad Simonem Petrus. Et dicit ei Petrus: Domine, tu mihi lauas pedes? Rndit Iesus, & dixit ei, Quod ego facio, tu nescis modo: scies autem postea. Dicit ei Petrus, Non lauabis mihi pedes, in æternum. Respōdit ei Iesus. Si non lauero te, nō habebis partem meā. Dicit ei Simō Petrus, domine, non tātum pedes meos: sed & manus, & caput. Dicit ei Iesus, Qui lotus est, non indiget nisi vt pedes lauet: sed est mūdus totus. Et vos mundi estis, sed non omnes. Sciebat enim quisnam esset, qui traderet eū, propterea dixit, Non estis mundi omnes. Postquā ergo lauit pedes eorum, accepit vestimenta sua. & cūm recubuisset iterum, dixit eis. Scitis quid fecerim vobis? Vos vocatis me magister, & domine: & bene dicitis: sum etenim. Si ergo ego laui pedes vestros, dominus & magister: & vos debetis alter alterius lauare pedes. Exemplum enim dedi vobis: vt quem admodum ego feci vobis, ita & vos faciatis, Amen

amen dico vobis: non est seruus maior domino suo, neque aposto^{lo}, maior eo, qui misit illum. Si hæc feceritis. beati eritis, si feceritis ea. Non de omnibus vobis dico. ego scio quos elegerim. Sed vt adimpleatur scriptura, Qui manducat mecum panem, leuabit cōtra me calcaneum suum. Amodo dico vobis, prius quā fiat: vt eū factū fuerit, credatis quia ego sum. Amen amen dico vobis, q̄ accipit si quem misero, me accipit: qui autem me accipit accipit eū q̄ me misit.

Secūdu Mattheum. cap. 7.

lectio tertia.

In illo tempore: Assumpsit Iesus Petrum, & Iacobum, & Ioannem fratrem eius: & duxit illos in montem excelsum, secretum: & transfiguratus est ante eos. Et reliqua.

Homilia sancti Ambrosij episcopi.

Dico autem vobis: vere, sunt aliqui hic stantes, qui non gustabūt mortem, donec videant regnū Dei. Semper dominus, sicut ad præmia

erigit futura virtutum, atque vilem secularium rerum docet esse cōtēptum: ita etiam infirmitatem mētis humanæ, præsentium remuneratione sustentat. Ardum quippe est, crucem tollere, & animam periculis, ac morti corpus offerre: negare quod sis: cū velis esse quod nō sis. Rarōque quanuis excelsa virtus futuris cōmutat præsentia. Difficile quippe videtur hominibus: vt spem periculis emanat: damnōq; præsentium, futuræ locū mercentur ætatis. Ergo bonus, & moralis magister, ne quis desperatione frāgatur, aut trādio: quoniam vitæ dulcis illecebra, constantem quoque mulcet affectum, continuos viuendi successus, fidelibus pollicetur. Frigent enim solatia, sub metu mortis: magnūque amor vitæ præsentis integræ blanditias spei, cū appetitæ salutis terrore compensat. Non habes igitur quod quæras: & non habes quod excuses. Arbitrari omnium, dedit & virtutum præmium: & infirmitatis

remedium: vt præsentibus sustineatur infirmitas: virtus, futuris. Si fortis es: cōtemne mortem: si imbecillus es: fuge. Sed nemo potest fugere mortē, nisi vitā sequatur. Vita tua Christus est: ipse est vita quæ mori nescit.

Oratio.

Deus, qui conspicias omni nos virtute dedit: interius, exteriusque custodi: vt ab omnibus aduersitatibus muniamur in corpore, & à prauis cogitationibus mudemur in mente. Per dñm.

Feria secūda, ex Genesis. Cap. 16. Lectio prima.

Igitur Sarai, vxor Abraham non genuerat sibi liberos: sed habens ancillam Aegyptiā, nomine Agar, dixit marito suo, Ecce, cōclusit me Dominus, ne parerē: ingredi ad ancillā meam, si fortē saltem ex illa suscipiam filios. Cūque ille acquiesceret deprecanti, tulit Agar Aegyptiā ancillam suam, post annos decem quā habitare cœperant in terra Chanaan: & dedit eā viro suo vxorem. *Qui ingressus est ad eam.*

At illa concepisse se vidēs, despexit dominam suā. Dixitque Sarai ad Abrā, inique agis cōtra me: ego dedi ancillam meam in sinu tuum, quā vidēs quod cōceperit, despectui me habet, iudicet dñs inter me & te. Cui rōdēns Abrā, Ecce ait, ancilla tua ī manu tua est, ytere ea vt libet. Affligente igitur eam Sarai, fugam inuit. Cumq; inuenisset eā angelus Domini iuxta fontem aquę, in solitudine quę est in via Sur in deserto, dixit ad illā, Agar ancilla Sarai vnde venis? & quo vadis? Quę respōdit, A facie Sarai doming meę ego fugio. Dixitque ei angelus Domini, Reuertere ad dominam tuam, & humiliare sub manu illius. Et rursū, Multiplicans, inquit, multiplicabo semen tuum, & nō numerabitur, prę multitudine. Ac deinceps. Ecce, ait, concepisti, & paries filiū: vocabisque nomen eius Ismahel, eo q̄ audierit dominus afflictionem tuam. Hic erit ferus homo: manus eius contra omnes, & manus omnium

contra eum: & ē regione vniuersorum fratrum suorum figet tabernacula. Vocauit autem Agar nomen domini, qui loquebatur ad eam, Tu Deus qui vidiisti me. Dixit enim, Profectō hic vidi posteriora videntis me. Propterea appellauit puteum illum, Puteum viuentis & videntis me ipse est inter Cades, & Barad. Peperitque Agar Abrę filium, qui vocauit nomen eius Ismael. Octoginta & sex annorum erat Abram, quando peperit ei Agar Ismahel.

Secundū Ioānem. Lect. ij.

Cum hæc dixisset Iesus, turbatus est spiritu: & protestatus est, & dixit, Amen amē dico vobis, quia vnus ex vobis, tradet me. Aspiciebant ergo adinuicem discipuli, hesitantes de quo diceret. Erat ergo recumbēs vnus ex discipulis eius, in sinu Iesu, quem diligebat Iesus. Inuit ergo huic Simō Petrus: & dixit ei, Quis est de quo dicit? Itaque cum recubasset ille supra pectus Iesu, dixit ei, domine, quis

est? Respondit Iesus, Ille est, cui ego intinctum panem porrexero. & cum intinxisset panem dedit Iudæ Simonis Iscariotæ. Et post buccellam, introiuit in eum Satanas. Et dicit ei Iesus, Quod facis, fac citi⁹. Hoc autem nemo sciuit discumbentium, ad quid dixerit ei. Quidam enim putabāt, quia oculos habebat Iudas, quod dixisset ei Iesus. Ene ea quæ opus sunt nobis ad diem festum: aut egenis ut aliquid daret. Cū ergo accepisset ille buccellā, exiit continuū. Erat autem nox. Cū ergo exisset, dixit Iesus, Nunc clarificatus est filius hominis: & Deus clarificatus est in eo. Si Deus clarificatus est in eo, & Deus clarificabit eum in semetipso: & continuū clarificabit eum. Filioli, adhuc modicam vobiscū sum. Queritis me: & sicut dixi Iudæis, Quod ego vado, vos non potestis venire: & vobis dico modū. Mā datum nouum do vobis: ut diligatis inuicem, sicut dilexi vos, ut & vos diligatis inuicem. In hoc cognoscent omnes, quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad inuicem. Dicit ei Simon Petrus, Domine, quod vadis? Respondit Iesus, Quod ego vado, non potes me modū sequi, sequeris autem postea. Dicit ei Petrus, Quare non possum te sequi modū? animā meam pro te ponam. Respondit ei Iesus, Animam tuam pro me pones? Amē amen dico tibi, non cantabit gall⁹, donec ter me neges. Et ait discipulis suis, Non turbetur cor vestrū, Creditis in deum, & in me credite. In domo patris mei, mansiones multæ sunt. Si quo minus dixissem vobis: quia vado parare vobis locum. Et si abiero, & preparauero vobis locum, iterum venio, & accipiam vos ad me ipsum: ut vbi sum ego, & vos sitis. Et quod ego vado, scitis, & viam scitis. Dicit ei Thomas, Domine, nescimus quod vadis, & quomodo possimus viam scire? Dicit ei Iesus, Ego sum via, veritas, & vita. Nemo venit ad patrem, nisi per me. Si cognouissetis me,

Feria. iij. Dñies. ij. quadragesima.

& patre meū utiq; cognouiscetis : & amodo cognoscitis eum, & vidistis eum.

Secundū Ioannem. Le. iij.

In illo tempore : Dixit Iesus turbis Iudæorum. Ego vado, & quæretis me : & in peccato vestro moriemini. Et reliqua.

Homilia sancti Augu. epi.

Locutus est dominus Iudæis, dicens : Ego vado, & quæretis me non desyderio, sed odio. Nam illum, postea quam abscessit ab oculis hominum, inquisiere & qui oderant, & qui amabant : illi persequendo, isti habere cupiendo. In psalmis ait ipse dominus per prophetam. Perit fuga à me : & non est qui requirat animam meā. Et alio loco in psalmo. Cōfundatur, & reuereantur, requirentes animam meā. Culpauit qui nō requirerent, dānauit qui requirerent. Malum est enim, non quærere animam Christi : sed quomodo eam quæserunt discipuli ? Et malū est quærere animam Christi : sed quomodo eam quæserunt Iudæi. Illi enim ut ha-

berent, isti ut perderent. Deniq; istis quis sic quærebant more malo : corde peruerso, quod sequitur adiunxit : Quæritis me : & ne putetis quia bene me quærat in peccato vestro moriemini. Hoc est Christum male quærere : in peccato suo mori. Hoc est illū odisse, per quē solū posset salu⁹ esse. Cū em̄ homines, quorū spes in Deo est : nō debeant mala reddere pro malis, reddebant isti mala pro bonis Prænūtiauit ergo illis Deus, dixitque sententiam præsciens : quod in peccato suo morerentur. Deinde adiungit. *Quod ego vado, vos non potestis venire.*

Oratio.

Pæsta quæsumus omnipotens Deus : ut familia tua, quæ se affligendo, carnem ab alimentis abstinet, sectando iustitiam, à culpa ieiunet. Per dominum. ¶ *Feria. iij. ex Genesi. Cap. 17. Lectio. j.*

Postquam verò nonaginta, & nouem annorum esse cœperat, apparuit ei Dominus : dixitque ad eum, Ego Deus

omnipotens: ambula corā
me, & esto perfectus, Po-
nāmq; fœdus meum in-
ter me & te, & multiplica-
bo te vehemēter nimis, Ce-
cidit Abram pronus in fa-
ciem. Dixitq; ei Deus,
Ego sum & pactum meum
tecum, erisq; pater multarum
gentium. Nec ultra
vocabitur nomē tuum Abra-
brā, sed appellaberis Abra-
ham: quia patrē multarum
gentiū cōstitui te. Faciā-
que te crescere vehemen-
tissime, & ponam te in gē-
tib⁹, regēsq; ex te egrediē-
tur. Et itatuā pactū meum
inter me & te, & inter semē
tuū post te, in generatio-
nibus suis, fœdere sempiterno:
ut sim Deus tuus, & seminis
tui post te. Dabō-
que tibi, & semini tuo post
te, terram peregrinationis
tuæ omnē terrā Chanaā,
in possessionem æternam,
erōque Deus eorum. Dixit
iterum deus ad Abra-
ham, Et tu ergo custodies
pactū meum, & semen tuū
post te in generationibus
suis. Hoc est pactū meum
quod obseruabitis iter me
& vos, & semen tuum post

te. Circuncidetur ex vo-
bis omne masculinum: &
circuncidētis carnem præ-
putij vestri, vt sit in signū
fœderis inter me & vos. In-
fans octo dierum circun-
cidetur in vobis, omne ma-
sculinū in generationibus
vestri: tā vernaculus quā
emptitijs circūcidetur, &
quicūq; nō fuerit de stirpe
vestra: eritq; pactum meū
in carne vestra, in fœdus
æternum. Masculus, cuius
præputij caro circūcisā nō
fuerit, delebitur anima il-
la de populo suo: quia pa-
ctum meum irritū fecit.

Secundū Ioānem. cap. 14.
Lectio secunda.

Dicit ei Philipp⁹, do-
mine, ostende no-
bis patrē, & sufficit
nobis, Dicit ei Iesus, Tāto
tempore vobiscum sum, &
nō cognouisti me? Philip-
pe, qui videt me, videt &
patrem. **Q**uomodo tu di-
cis. **O**stēde nobis patrem?
Non credis, quia ego in
patre, & pater in me est?
Verba quæ ego loquor vo-
bis, à meipso nō loquor
pater autem in me manēs,
ipse facit opera. Non cre-

ditis, quia ego in patre, & pater in me est? Alioquin propter opera ipsa credite Amen amen dico vobis, qui credit in me, opera quae ego facio, & ipse faciet, & maiora horum faciet: quia ego ad patrem vado, & quodcumque petieritis patrem in nomine meo, hoc faciam: ut glorificetur pater in filio. Si quid petieritis in nomine meo, hoc faciam. Si diligitis me, mandata mea seruare. Et ego rogabo patrem, & alium paracletum dabit vobis, ut maneat vobiscum in aeternum, spiritum veritatis, quem mundus non potest accipere: quia non videt eum, nec scit eum. Vos autem cognoscetis eum quia apud vos manebit, & in vobis erit. Non relinquam vos orphanos: veniam ad vos. Adhuc modicum, & mundus me iam non videt. Vos autem videtis me: quia ego vivo, & vos vivetis. In illo die vos cognoscetis quia ego sum in patre meo, & vos in me, & ego in vobis. **Qui** habet mandata mea, & servat ea: ille est qui diligit me, qui autem

diligit me, diligetur a patre meo: & ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum. Dicit ei Iudas, non ille Iscariotes, domine, quid factum est, quia manifestaturus es nobis teipsum, & non mudo? Respondit Iesus, & dixit ei, Si quis diligit me, sermonem meum servabit, & pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus. **Qui** non diligit me: sermones meos non servat. Et sermonem quem audistis, non est meus: sed eius qui misit me patris. Haec locutus sum vobis, apud vos manens. Paracletus autem Spiritus sanctus, quem mittet pater in nomine meo: ille vos docebit omnia, & suggeret vobis omnia quaecumque dixero vobis: Pacem relinquo vobis: pacem meam do vobis, non quomodo mundus dat, ego do vobis. Non turbetur cor vestrum, neque formidet. Audistis quia ego dixi vobis, Vado & venio ad vos. Si diligeretis me gauderetis utique quia vado ad patrem, quia pater maior me est. Et nunc

dixi vobis, prius quã fiat: vt cum factum fuerit, credatis. Iã non multa loquar vobiscum: venit enim princeps mundi huius, & in me non habet quicquam. Sed vt cognoscat mundus quia diligo patrẽ: & sicut mada- tũ dedit mihi pater, sic facio. Surgite, eamus hinc.

Secundum Matth. cap. 23.

Lectio tertia.

In illo tempore: Locutus est Iesus ad turbas: & ad discipulos suos, dicens: Super cathedrã Mo- si sederunt Scribę, & Phari- sęi. Et reliqua.

Homilia sancti Hierony- mi presbyteri.

Quid mäsueti^o, quid benignius domino? Tentatur à Phari- sęis: confringuntur insi- dię eorũ: & secundum Psal- mistam: Sagitte paruulo- rum factę sunt plagę eor- um. Et nihilominus pro- pter sacerdotium, & nomi- nis dignitatẽ, hortatur po- pulos, vt subiiciantur eis: non opera, sed doctrinam considerantes. Quod autẽ ait: super cathedram Mo- si sederunt Scribę & Phari-

sey, per cathedram, doctri- nam legis ostẽdit. Ergo & illud quod dicitur in Psal- mo, In cathedra pestilentię non sedit, & cathedras ven- dentium columbas euertit etiam per cathedrã doctri- nam debemus accipere. Al- ligat autem onera grauias, & importabilia, & impo- nunt ea in humeros homi- num: digito autem suo no- lunt ea mouere. Hoc gene- raliter aduersus omnes ma- gistros dictũ est: qui grandia iubent, & minora non faciunt. Notadum autem, quod humeri, & digiti, & onera, & vincula, quibus alligantur, onera, spiritua- liter intelligenda sunt. Om- nia verd sua opera faciunt: vt videantur ab ho- minibus. Quicumq; igitur ita facit quodlibet, vt videa- tur ab hominibus: Scriba est, & Pharisęus. **Oratio.**

Propitiare dñe suppli- cationibus nostris: & animarum nostrarum medere languoribus, vt re- missione percepta, in tua semper benedictione letemur. Per dominũ nostrũ Iesum Christum filium.

Feria. iij. Dñicez. ij. quadragesimez.

¶ Feria quarta, ex Genesi.
Lectio prima.

Dixit quoq; Deus ad Abrahā. Sarai vxorem tuam non vocabis Sarai, sed Saram. Et benedicam ei, & ex illa dabo tibi filiū, cui benedicturus sum, eritque in nationes, & reges populorum oriētur ex eo. Cecidit Abrahā in faciem suam, & risit: in corde suo dicens, Putāsne centenarius nasceetur filius? & Sara nonagenaria pariet? Dixitque ad Deum. Utinam Ismahel viuat corā te. Et ait Deus ad Abrahā, Sara vxor tua pariet tibi filiū vocabisque nomen eius Isaac, & constituā patrum meum illi, in fœdus sempiternā, & semini eius post eū. Sup Ismahel quoque exaudiui te: ecce benedicam ei, & augebo, & multiplicabo eum valde: duodecim duces generabit, & faciam illum in gētem magnam. Pactū verò meum statuam ad Isaac, quem pariet tibi Sara tempore isto in anno altero. Cumque finitus esset sermo loquētis eum eo, ascendit Deus ab

Abrahā, Tulit autē Abraham Ismahel filium suum, & omnes vernaculos domus suæ, vniversoq; quos emerat, & cunctos mares, ex omnibus viris domus suæ: & circumcidit carnem præputij eorum statim in ipsa die, sicut præceperat ei Deus. Abrahā nonaginta & nouem erat annorū, quando circumcidit carnē præputij sui. Et Ismahel, filius suus tredecim annos impleuerat tēpore circumcisionis suæ. Eadem die circumciscus est Abraham, & Ismahel filius eius. Et omnes viri domus illius, tam vernaculi quam emptitij, & alienigenæ pariter circumcisi sunt. **Secundum**

Ioannē. Cap. 15. Lectio. ij.
Ego sum vitis vera: & pater meus agricola est. Omnem palmitē in me non ferentem fructum tollet eū, & omnem qui fert fructum, purgabit eum, vt fructus plus afferat. Iam vos mundi estis propter sermonem quem locutus sum vobis. Manete in me: & ego in vobis. Sicut palmes non potest

ferre fructū à semetipso, nisi māserit in vitæ, sic nec vos nisi in me manseritis. Ego sum vitis: vos palmites: qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum: quia sine me nihil potestis facere. Si quis in me non manserit, mittetur foras sicut palmes, & ardescet, & colligent eum, & in ignem mittent, & ardet. Si manseritis in me, & verba mea in vobis māserint: quodcūque volueritis petetis, & fiet vobis. In hoc clarificatus est pater meus: ut fructum plurimum offeratis, & efficiamini mei discipuli. Sicut dilexit me pater, & ego dilexi vos. Manete in dilectione mea. Si præcepta mea seruaueritis, manebitis in dilectione mea: sicut & ego præcepta patris mei seruauī, & maneo in eius dilectione. Hæc locutus sum vobis: ut gaudium meum in vobis sit, & gaudium vestrum impleatur. Hoc est præceptum meum, ut diligatis inuicē, sicut dilexi vos. Maiorem hac dilectionem nemo habet: quā ut animā suā po-

nat quis pro amicis suis. Vos amici mei estis, si feceritis quæ ego præcipio vobis. Iam non dico vos seruos: quia seruus nescit quid faciat Dominus eius. Vos autem dixi amicos: quia omnia quæcunque audiui à patre meo, nota feci vobis. Non vos me elegistis, sed ego elegi vos: & posui vos, ut eatis, & fructum afferatis, & fructus vester maneat: ut quodcunque petieritis patrem in nomine meo, det vobis.

*Secūdum Matth. Cap. 20.
Lectio tertia.*

In illo tempore: Ascendens Iesus Ierosolymā assumpsit duodecim discipulos suos secretò: & ait illis ecce ascendimus Ierosolymam: & filius hominis tradetur principibus sacerdotum, & scribis: & condēnabūt eum morte. Et reli.

*Homilia sancti Ambrosij
episcopi.*

Considerandum est quæ mater filiorum Zebedæi cum filiis, & pro filiis petat. Mater est vique, cui pro filiorū honore sollicitē immode-

Feria v. Dñi ex. ij. quadragesims.

rator quidem : sed tamen ignoscenda mēsurā voto- rum est. Atque mater a- ta- te lōgāua, studio religio- sa, solatio destituta : quæ tunc temporis: quando vel iuuanda, vel alenda foret valdē prolis auxilio, abesse sibi liberos patiebatur: & volūtati suæ mercedem sequentium Christū præ- tulerat filiorum. Qui pri- ma voce vocati à domino (vt legimus) relictis reti- bus, & patre, secuti sunt eū. Hæc igitur studio ma- ternæ sedulitatis indulgē- tior: obsecrabat saluatore dicens: Dic vt sedeant hi duo filij mei: vnus ad dex- teram tuā: & alius ad sini- stram, in regno tuo. Etsi er- ror pietatis: tamē error est. Nesciunt enim viscera ma- terna patientiam. Etsi voti auara: tamen venerabilis cupiditas: quæ non pecu- niæ est auida, sed gratiæ. Nec inuerecunda petitio: quæ nō sibi, sed liberis cō- sulebat. Matrem cōsidera- te: matrem cogitate. Sed nihil mirum, si vilis vobis videtur circa filios affectus parentum, qui etiam om-

nipotenti patris, vilē pu- tatis esse, circa vnigenitum filium charitatem. Domi- nus cæli, atque terrarū ve- recundabatur: vt secūdum assumptionē carnis, & vic- tutis animæ loquar: vere- cundabatur inquam & (vt ipsius verbo vtar) confun- debatur matri pro filijs po- stulanti, etiam suæ sedis cō- sortium denegare. **Oratio.**

Populum tuum quæ- sumus domine propi- tius respice: & quos ab escis carnalibus præci- pis abstinere: à noxiis quo- que vitis cessare concede. Per dominum nostrum.

¶ **Feria. v. ex Gen. cap. 12.**

Lectio prima.

Apparuit autē ei do- minus in conualle Mambre, sedenti in ostio tabernaculi sui, in ip- so seruore diei. Cumque eleuasset oculos, apparue- runt ei tres viri, stātes pro- pe eum: quos cū vidisset, cucurrit in occursum eo- rum de ostio tabernaculi sui, & adorauit in terra. Et dixit. Domine, si inueni gratiam in oculis tuis, ne transcas seruum tuum: sed

afferam paxillum aquæ, & lauentur pedes vestri, & requiescite sub arbore. Postquam buccellam panis, & confortetur cor vestrum, postea transibitis: idcirco enim declinastis ad seruum vestrum. **Q**ui dixerunt. Fac vt locutus es. Festinauit Abraham in tabernaculum ad Saram, dixitque ei. Accelera, tria sata similes comisce, & fac submeritios panes. Ipse vero ad armentum currit, & tulit inde vitulum tenerimum, & optimum: deditque puero, qui festinauit, & coxit illum. Tulit quoque butyrum, & lac, & vitulum quem coxerat, & posuit coram eis: ipse vero stabat iuxta eos sub arbore. Cumque comedissent, dixerunt ad eum. Vbi est Sara vxor tua? Ille respondit, Ecce in tabernaculo est. Cui dixit. Revertens veniam ad te, tempore isto vita comite, & habebit filium Sara vxor tua. **Q**uo audito, Sara risit post os illius tabernaculi. Erat autem ambo senes, prout et que etatis, & desiderant Sara fieri muliebria. **Q**uæ risit oc-

culte, dicens, Postquam confenui: & Dominus meus vetulus est, voluptati operam dabo? Dixit autem Dominus ad Abraham. **Q**uare risit Sara, dicens, Num verè paritura sum anus? Nunquid Deo quicquam est difficile? Iuxta cõdictum revertar ad te, hoc eodem tempore, vita comite, & habebit Sara filium. Negauit Sara, dicens, Nõ risi: timore perterrita. Dominus autem non est, inquit, ita: sed risisti. **Secundum Ioannem. Lectio secunda.**

Hæc mando vobis, vt diligatis inuicem. Si mundus vos odit: scitote, quia me priorem vobis, odio habuit. Si de mundo fuissetis: mundus quod suum erat, diligeret: quia verò de mundo non estis, sed ego elegi vos de mundo propterea odit vos mundus. Memento re sermonis mei, quem ego dixi vobis. Non est seruus maior domino suo. Si me persecuti sunt: & vos persecutur. Si sermonem meum seruauerit: & vestrum seruabunt. Sed hæc omnia fa-

ciēt vobis, propter nomē
meū: quia nesciūt eū q̄ mi-
sit me. Si nō venissem, & lo-
cutus fuissē eis: peccatū
nō haberēt, nūc autē, excu-
sationem nō habēt de pec-
cato suo. **Qui** me odit &
patrem meū odit. Si opera
nō fecissem in eis, quæ ne-
mo alius fecit: peccatū nō
haberēt. nūc autē, & vide-
runt & oderūt me, & patrē
meū. Sed vt adimpleatur
sermo qui in lege eorū scri-
ptus est, **Quia** odio habue-
rūt me gratis. Cū autem
venerit paraclētus (quē e-
go mittā vobis à patre) spi-
ritus veritatis, qui à patre
procedit ille testimonium
perhibebit de me, & vos
testimonium perhibebitis:
quia ab initio mecū estis.

Hæc locutus sum vobis,
vt nō scandalizemini. Abs-
que synagogis facient vos:
sed venit hora, vt omnis q̄
interficat vos, arbitretur
obsequiū se præstare deo.
& hæc facient vobis: quia
non nouerunt patrē, neq;
me. Sed hæc locutus sum
vobis, vt cū venerit hora,
eorū reminiscamini, quia
ego dixi vobis. Hæc autē

vobis ab initio non dixi:
quia vobiscū eram. Et nūc
vado ad eū, qui misit me:
& nemo ex vobis interro-
gat me, **Quo** vadis? Sed
quia hæc locutus sum vo-
bis, tristitia impleuit cor
vestrū. Sed ego veritatē di-
co vobis, expedit vobis, vt
ego vadā, si enim nō abie-
ro, paraclētus non veniet
ad vos: si autē abiero, mit-
tam eum ad vos. Et cū
venerit, ille arguet mun-
dum de peccato, & de ius-
titia, & de iudicio. De pec-
cato quidē quia nō credide-
runt in me. De iustitia ve-
rō quia ad patrē vado, & iā
nō videbitis me. De iudi-
cio autē: quia princeps hu-
ius mūdi, iam iudicat⁹ est.

Secūdum Lucam. cap. 17.

Lectio tertia.

In illo tempore: Dixit
Iesus discipulis suis. Ho-
mo quidam erat dives:
& induebatur purpura, &
abyssō: & epulabatur quot⁹
die splendide. Et reliqua.
Homilia sancti Gregorij
pap. x.

In verbis sacri eloquij,
fratres charissimi prius
seruanda est veritas hi-

storiz : & postmodum requirenda spiritualis intelligentia allegoriz. Tunc nanque allegoriz fructus suauiter carpitur: cū prius per historiam veritatis radice solidatur. Sed quia nō nunquā allegoria fidē ediscat : & historia moralitate: nos qui auctore deo, iā fidelibus loquimur, nō ab re credim⁹: si ipsum loquēdi ordinem postponamus.

Quatenus, qui fidem iam firmam tenetis: prius de allegoria aliquid breuiter audire debeatis: & quod vobis de moralitate historie valde est necessarium, hoc in expositionis nostre ordine seruetur extremū: quæ ea plerunq; melius salēt recoli: quæ postmodū cōtingit audire. Sēsus ergo allegoricos sub breuitate trāscurrimus, vt ad mortalitatis latitudinē citius venire valeamus. Homo quidam erat diues: & induebatur purpura & bysso: & epulabatur quotidie splendidē.

Quem, fratres charissimi: quem diues iste qui induebatur purpura & bysso: & epulabatur quotidie splē-

didē nisi Iudaicum populum significat? qui cultum vitæ exterius habuit: qui acceptæ legis delitiis, ad nitorem vsus est gloriæ, non ad vilitatem? Quem verò Lazarus vlcibus plenus: nisi gentilem populū, figuratiter exprimit? qui dum conuersus ad Deum peccata sua coniteri non erubuit: huic vulnus in cute fuit. In cutis quippe vlcere, virus à visceribus trahitur, & foras erūpit. Quid ergo est peccatorum confessio: nisi quædam vlcerū ruptio? quia peccati virus salubriter aperitur in confessione: quod pestifere latebat in mente. **Oratio.**

PResta nobis quæsumas domine auxiliū gratiæ tuæ: vt ieiuniis, & orationibus conuenienter intenti: liberemur ab hostibus mentis & corporis. Per dominum nostrum Iesum Christum.

¶ Feria sexta, ex Genesi.

Lectio prima.

Cū ergo surrexissent inde viri, dixerunt oculos contra Sodomam: & Abrahā

simul gradiebatur deducens eos. Dixitque dominus, Num celare poterō Abraham, quæ gesturus sum: cum futurus sit in gentem magnam, ac robustissimam, & benedicenda sint in illo omnes nationes terræ? Scio enim quod præceptus sit filiis suis, & domui sui post se, ut custodiant viam domini, & faciant iudicium, & iustitiam: ut adducat dominus propter Abraham omnia quæ locutus est ad eum. Dixit itaque Dominus, Clamor Sodomorum, & Gomorrhæorum multiplicatus est, & peccatum eorum aggrauatum est nimis. Descendam, & videbo, utrum clamorem, qui venit ad me, opere compleuerint: an non est ita, ut sciam. Converteruntque se inde, & alierunt Sodomam: Abraham vero, adhuc stabat coram domino, & appropinquans ait, Numquid perdes iustum cum impio? Si fuerunt quinquaginta iusti in ciuitate, peribunt si mali? & non parces loco illi propter quinquaginta iustos: si fuerint in ea? Ab-

sit à te, ut rem hanc facias, & occidas iustum cum impio, fiatque iustus sicut impius. non est hoc tuum, qui iudicas omnem terram: nequaquam facias iudicium hoc. Dixitque dominus ad eum, Si inuenero Sodomis quinquaginta iustos, in medio ciuitatis, dimittam omni loco propter eos. Respondensque Abraham, ait, Quia semel cepti, loquar ad dominum meum, cum sim puluis, & cinis. Quid si minus quinquaginta iustis quinque fuerint: delebis propter quadraginta quinque vniuersam urbem? Et ait, Non delebo, si inuenero ibi quadraginta quinque. Rursumque locutus est ad eum. Si uenti fuerint, quid facies? Ait, Non percutiam propter quadraginta. Ne quesso, inquit, indigneris domine, si loquar. Quid si ibi inuenti fuerint triginta? Respondit, Non faciam, si inuenero ibi triginta. Quia semel ait, cepti, loquar ad dominum meum, Quid si ibi inuenti fuerint viginti? Ait,

Ait. Non interficiam propter viginti. Obsecro, inquit, ne irascaris dñe, si loquar adhuc semel. Quid si inuenti fuerint ibi decem? Et dixit, Non delebo propter decem. Abiitque dominus, postquam cessauit loqui ad Abraham, & ille reuersus est in locum suum.

Secundum Ioannē. Lectij.

Adhuc multa habeo vobis dicere: sed non potestis portare modò. Cùm autē venerit ille spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem. non enim loquetur à semetipso sed quæcunq; audiet, loquetur: & quæ ventura sunt, annuntiabit vobis. Ille me clarificabit: quia de meo accipiet, & annuntiabit vobis. Omnia quæcunq; habet pater, mea sunt. Propterea dixi, Quia de meo accipiet, & annuntiabit vobis. Modicum, & iam non videbitis me: & iterum modicum, & videbitis me: quia vado ad patrem. Dixerunt ergo ex discipulis eius adinuicem, Quid est hoc quod dicit nobis, Modicum, & non videbitis me,

& iterum modicum, & videbitis me, quia vado ad patrem? Dicebant ergo, Quid est hoc quod dicit, Modicum? Nescimus quid loquitur. Cognouit autē Iesus, quia volebant eum interrogare: & dixit eis. De hoc queritis inter vos, quia dixi, Modicum, & non videbitis me, & iterum modicum, & videbitis me. Amen dico vobis, quia plorabitis, & flebitis vos, mundus autē gaudebit. vos autem contristabimini, sed tristitia vestra vertetur in gaudium. Mulier cùm parit, tristitiam habet: quia venit hora eius: cùm autē pepererit puerum, iam non meminit pressuræ. propter gaudium: quia natus est homo in mundum. Et vos igitur, nunc quidam tristitiam habetis: iterum autem videbo vos, & gaudebit cor vestrum, & gaudium vestrum nemo tollet à vobis. Et in illo die, me non rogabitis quicquam. Amen amen dico vobis, si quid petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis. Vsq; modo non petistis quicquid in nomi-

B.

N.

E

ne meo. Petite & accipietis: vt gaudium vestrum sit plenu. Hæc in prouerbiis locutus sum vobis. Venit hora, cum iam nõ in prouerbiis loquat vobis, sed palam de patre annuntiabo vobis, in illo die in nomine meo petetis, & nõ dico vobis quia ego rogabo patre de vobis. Ipse enim pater amat vos, quia vos me amastis, & credidistis quia à deo exiui. Exiui à patre, & veni in mundum, iterum relinquo mundum, & vado ad patrem. Dicunt ei discipuli eius, Ecce nũc palam loqueris, & prouerbiu nullu dicis, nunc scimus quia scis omnia: & non opus est tibi, vt quis te interroget. In hoc credimus, quod à deo existi. Respondit eis Iesus, Modo creditis? Ecce venit hora, & iam venit, vt dispergamini, vnusquisq; in propria, & me solum relinquantis. & tamen nõ sum solus: quia pater mecu est. Hæc locutus sum vobis: vt in me pacem habeatis. In mundo præssuram habebitis, sed confidite, ego vici mundum.

Secundum Matth. cap. 21.

Lectio tertia.

In illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis, & turbis Iudæorum parabulam hanc. Homo erat paterfamilias: qui plantauit vineam: & sæpe circumdedit eam. Et reliqua.

Homil. sancti Ambr. epi.

Paritiq; varias significationes, de vineæ appellationes deriuant. Sed euidenter Esaias, vineam domini Sabaoth, domũ Israel esse commemorat. Hanc vineã, quis alius, nisi deus cõdidit? Hic est ergo qui locauit eã: & peregre profectus est. Non quia ex loco ad locũ profectus est Dominus, qui vbique semper præsens est: sed quia præsentior est diligentibus, negligentibus abest. Multis autẽ temporib; adfuit, ne propera videretur exactio. Nam quo indulgentior liberalitas: eo inexcusabilior pernicacia. Vnde bene secundũ Matthẽũ habes: quia & sæpe circumdedit eam: hoc est, diuinæ custodiæ munitiõ vallauit: ne facile pateret incurrib;

lestiarū. Et fodit in ea torcular. Quomodo intelligimus quid sit torcular: nisi quia fortè psalmi de torcularibus inscribuntur: eo quòd in his, mysteria dominicæ passionis, modo musti sancto feruente spiritu prophetarū ardentius ferbuerūt? Denique ebrii putabātur, quibus spiritus sanctus inundabat. Ergo & hic fodit torcular: i quo vineæ rationalis fructus interior, spiritali infusione destueret. Aedificat turrim, verticem scilicet legis attollens: atque ita hanc vineam munitam, instructā, ornatam, locauit Iudæis. Et tempore fructuum, seruos suos misit. Bene tempus fructuum posuit, non prouētuum. Nullus enim fructus extitit Iudæorum: nullus vineæ huius prouētus.

Oratio.

DA quæsumus omnipotens deus: ut sacro nos purificante ieiunio sinceris mentibus ad sancta vêtura facias peruenire. Per dominum nō.

Hodie dicitur Matuum defunctorum.

¶ Sabbato, ex Genesi. cap. 19. Lectio prima.

VEneruntq; duo angeli Sodomā, vesperis, sedente Lot in foribus ciuitatis. Qui cū vidisset eos, surrexit, & iuit obuiā eis, adorauitq; pronus in terrā, & dixit. Obsecro domini mei, declinate in domum pueri vestri, & manete ibi: lauate pedes vestros, & mane proficiscemini in viam vestram. Qui dixerunt, Minime, sed in platea manebimus. Cōpuli illos oppido, ut diuerterent ad eum, ingressisque domum illius, fecit conuiuīū, & coxit azyma, & comederunt. Prius autē quā irent cubitū, viri ciuitatis vallauerunt domū illius, à puero vsq; ad senem, omnis populus simul. Vocaueruntq; Lot, & dixerunt ei. Vbi sunt viri, qui introierunt ad te, nocte educ illos huc, ut cognoscamus eos. Egressus ad eos Lot, post tergum accludens ostiū, ait, Nolite quæso fratres mei, nolite malū hoc facere. Habeo duas filias, quæ nōdum cognouerunt

virum educam eas ad vos, & abutimini eis sicut vobis placuerit, dummodo viris istis nihil mali faciatis, quia ingressi sunt sub umbra culminis mei. At illi dixerunt. Recede illuc. Et rursus, Ingressus es, inquit, ut aduena, nunquid ut iudices? te ergo ipsum, magis quam hos affligemus. Viniq; faciebant Lot vehementissimè: iamq; prope erat, ut affringerent fores. Et ecce miserunt manū viri, & introduxerunt ad se Lot, clauferuntq; ostiū, & eos qui foris erant, percusserunt cæcitate, à minimo vsque ad maximum, ita ut ostium inuenire non possent. Dixerūt autē ad Lot. Habes hic quempiā tuorū generum, aut filios aut filias? omnes qui tui sunt, educ de vrbe hac: delebim⁹ enim locū istum, eo quod increuerit clamor eorum coram domino, qui misit nos, ut perdamus illos.

Secundū Iohannē. cap. 17.

Lectio secunda.

Hæc locutus est Iesus: & subleuatis oculis in cælum, di-

xit, Pater venit hora, clara
fica filium tuum, ut filius
tuus clarificet te, sicut dedi-
disti ei potestatem omnis
carnis, ut omne quod dedisti
ei, det eis vitam æternam.
Hæc est autē vita æterna.
Ut cognoscāt te solū Deū
verum, & quem misisti le-
sum Christum. Ego te cla-
rificauī super terrā, opus
cōsummaui, quod dedisti
mihi, ut faciā: & nunc clara
fica me tu pater, apud te-
metipsum, claritate quam
habui, prius quàm mūdus
fi eret apud te. Manifesta-
ui nomē tuū hominibus,
quos dedisti mihi de mun-
do tui erāt, & mihi eos de-
didisti, & sermonē tuum ser-
uarunt. Nūc cognouerūt,
quia omnia quæ dedisti mi-
hi, abs te sunt, quia verba
quæ didisti mihi, dedi eis.
& ipsi acceperūt, & cogno-
uerūt verē, qui à te exiui,
& crediderunt quia tu me
misisti. Ego pro eis rogo.
Non pro mūdo rōgo, sed
pro his quos dedisti mihi,
quia tui sunt. Et mea om-
nia, tua sunt: & tua, mea
sunt, & clarificatus sum in
eis. Et iam nō sum in mun-

do: & hi in mundo sunt, & ego ad te venio. Pater sancte, serua eos in nomine tuo quos dedisti mihi, vt sint vnū sicut & nos. Cū essem cum eis, ego seruabam eos in nomine tuo. Quos dedisti mihi, ego custodiui, & nemo ex eis periit, nisi filius perditionis, vt scriptura impleatur. Nunc autem ad te venio: & hæc loquor in mundo: vt habeant gaudium meum impleti in semetipsis. Ego dedi eis sermonem tuum, & mundus eos odio habuit, quia non sunt de mundo, sicut & ego non sum de mundo. Non rogo vt tollas eos de mundo: sed vt serues eos à malo. De mundo nõ sunt, sicut & ego nõ sum de mundo. Sanctifica eos in veritate. Sermo tuus, veritas est. Sicut tu me misisti in mundum, ita & ego misi eos in mundum. Et pro eis ego sanctifico meipsum, vt sint & ipsi sanctificati in veritate. Non pro eis autem rogo tantum, sed & pro eis, qui credituri sunt per verbum eorum, in me: vt oēs vnū sint, sicut tu pater in me,

& ego in te, vt & ipsi in nobis vnū sint, vt credat mundus, quia tu me misisti. Et ego claritatē quam tu dedisti mihi, dedi eis vt sint vnū, sicut & nos vnū sumus. Ego in eis, & tu in me: vt sint cōsummāti in vnū, vt cognoscat mundus quia tu me misisti, & dilexisti eos, sicut & me dilexisti. Pater, quos dedisti mihi, volo, vt vbi sum ego, & illi sint mecum: vt videant claritatem meā, quam dedisti mihi, quia dilexisti me ante constitutionem mundi. Pater iustē mundus te nõ cognouit: ego autem te cognoui: & hi cognouerunt: quia tu me misisti. Et notū feci eis nomē tuum, & notum faciā, vt dilectio qua dilexisti me in ipsis sit, & ego in ipsis.

Secundum. Lucā. cap. 17.

Lectio tertia.

In illo tempore, Dixit Iesus discipulis suis parabolam hanc. Homo quidā habuit duos filios, & dixit adolescentior ex illis patri. Pater: da mihi portionem substantiæ, quæ me contingit. Et reliqua.

Homilia scti Ambro. epi.

Vides, quodd diuinum patrimonium petentibus datur. Nec putes culpam patris: quodd adolefcentiori dedit. Nulla dei regno infirma etas: nec fides grauatur annis. Ipse certè se iudicauit idoneu, qui popofcit: atq; vtinam non recessiffet à patre, impedimentum nesciffet etatis. Sed pofteaquam peregre profectus est, difsipauit fubftantiã fuam, viuendo luxuriofè. Merito ergo prodegit patrimoniu: & recessit ab ecclefia. Pofteaquam domum (inquit) patriamq; derelinquens: peregre pfectus est in regionem longinquã. Quid est longinquus ire, quam à fe recedere? nec regionib; fed moribus fe parari, ftudiis discretum effe, nò terris: & quali interfufo luxuria feularis æftu, diuortia habere fãctorum? Et enim qui fe à Chrifto fe parat: exul est patriæ: cuius est mundi. Sed nos non fumus aduenæ, atq; peregrini: fed fumus ciues fãctorum, & domestici dei. Qui

enim eramus longè: facti fumus prope in fanguine Chrifli. Non inuideamus de longinqua regione redeuntibus. quia & nos fuimus in regione longinqua: ficut Efaías docet. Sic em habes. Qui fedebant in regione umbræ mortis, lux orta est eis. *Oratio.*

DA que fumus domine, noftris effecti ieiunii falutare: vt caftigatio carnis affumpta ad noftrarum vegetatione tráfeat animarum. Per do,
¶ *Dñica tertia quadragesimæ, ex Genefi. Lectio. i.*

EGreffus itaque Lot, locutus est ad genitos fuos, qui accepturi erant filias eius, & dixit, Surgite, & egredimini de loco ifto, quia delebit dominus ciuitatem hanc. Et uifus est eis quali ludè loqui. Cumq; effet mane: cõgebant eum angeli, dicentes, Surge, tolle uxore tuã & duas filias quas habes: ne & tu pariter pereas in fcelere ciuitatis. Difsimulante illo, apprehenderunt manu eius, & manu uxoris, ac duarum filiaru eius,

eo quòd parceret domin⁹ illi: eduxeruntque eum: & posuerunt extra ciuitatem. ibiq; locuti sunt ad eum, dicentes. Salua animã tuã, noli respicere post tergũ, nec stes in omni circa regione: sed in monte saluũ te fac, ne & tu simul peas.

Dixitq; Lot ad eos. Quis domine mi quia inuenit seruus tuus gratiam coram te, & magnificasti gloriam & misericordiã tuã, quam fecisti mecum, vt saluares animam meam, nec possum in monte saluari, ne fortè apprehendat me malum, & moriar. Est ciuitas hic iuxta, ad quã possum fugere, parua, & saluator in ea: nunquid nõ modica est, & viuet aĩa mea? Dixitq; ad eum, Ecce etiã in hoc suscepi preces tuas, vt non subuertam orbem, pro qua locutus es. Festina, & saluare ibi: quia non potero facere quicquam, donec ingrediaris illuc. Idcirco vocatum est nomen vrbis illius, Segor. Sol egressus est super terram, & Lot ingressus est Segor. Igitur dominus pluit super

Sodomam, & Gomorrhã sulphur, & ignem, a domino, de celo & subuertit ciuitates has, & omnem circa regionem, vniuersos habitatores vrbiũ, & cuncta terræ virentia, Respiciensque vxor eius post se, versa est in statuam salis.

¶ *Epistola beati iohannis apostoli. i. cap. i. Lect. iij.*

Quod fuit ab initio, quod audiuius, quã vidimus oculis nostris, quod perspeximus, & manus nostræ contrectauerunt, de verbo vitæ, & vita manifestata est: & vidimus, & testamur, & annuntiamus vobis vitam æternam, quæ erat apud patrem, & apparuit nobis. Quod vidimus, & audiuius: annuntiamus vobis, vt & vos societatem habeatis nobiscũ, & societas nostra sit cũ patre, & cũ filio eius Iesu Christo. Et hæc scribimus vobis, vt gaudeatis & gaudiũ vrm sit plenum. Et hæc est annuntiatio, quã audiuius ab eo, & annuntiamus vobis. Quã de⁹ lux est: & tenebræ in eo, non sunt vllæ. Si dixerimus,

quoniam societatem habemus cum eo, & in tenebris ambulamus mentimur, & veritatem non facimus. Si autem in luce ambulamus sicut & ipse est in luce, societatem habemus ad invicem, & sanguis Iesu Christi filij eius, emundat nos ab omni peccato. Si dixerimus quoniam peccatum non habemus: ipse si nos seducimus, & veritas in nobis non est. Si confiteamur peccata nostra: fidelis est & iustus, ut remittat nobis peccata nostra, & emundet nos ab omni iniquitate. Si dixerimus quoniam non peccavimus, mendacem faciemus eum: & verbum eius, non est in nobis.

Secundum Lucam. cap. 2.

Lectio tertia.

In illo tempore: Erat Iesus eiiciens demonium, & illud erat mutum. Et reli.

Homilia sancti Hieronimi. pref.

Tunc oblatum est Iesu demoniacus, existens cæcus, & mutus, & curavit eum: ita ut loqueretur, & videret. Tria signa simul in uno homine perpetrata sunt: cæcus videt: mutus loquitur: pos-

sessus à demone liberatur.

Quod tunc carnaliter factum est: sic quotidie impletur spiritualiter in conversione credentium: ut expulso demone, primum fidei lumen aspiciat, deinde in laudes dei tacetia prius ora laxentur. Iesus autem sciens cogitationes eorum, dixit eis. Omne regnum divisum contra se, desolabitur. Turbæ stupebāt, & constabantur eum (quia tanta signa faciebat) filium David. Pharisei verò, opera dei principi demoniorum deputabant. **Q**uibus dominus, non addicta, sed ad cogitata respondet: ut vel sic compellerentur credere potentia eius, qui cordis videbat occulta. Si satanas satanā eiicit, adversus se divisus est. **Q**uomodo ergo stabit regnum eius? Non potest civitas, & regnum contra se divisum stare. Sed quomodo concordia parvæ res crescit: sic discordia maximæ collabuntur. Si ergo satanas pugnat contra se: & demon inimicus est demoni: debet tam mundi venire consummatio: nec haberet

in eo locū aduersariæ potestates, quarū inter se bellum, pax hominum est. Si autem putatis, & scribæ, & Pharisei quia recessio dæmonis obediētia sit ī principem suum vt homines ignorantes fraudulenta simulatione deludat: quid potestis dicere de corporum sanitatibus: quas dñs perperauit? Aliud est si membrorum quoq; debilitates, & spiritualium virtutum insignia dæmonib⁹ assignetis.

Oratio.

Quæsumus omnīpotens deus, vota humilium respice: atque ad defensionem nostram dexteram tuā maiestatis extende: Per dñm.

Gen. ij. ex Genesi. Lec. j.

Abrahā autē confurgens mane, vbi steterat prius cū Dño intuitus est Sodomam, & Gomorrhā, & vniuersam terrā regionis illi⁹: viditq; ascendente fauillam de terra, quasi fornacis fumum. Cū enim subuerteret Dñs ciuitates regionis illius, recordatus est Abrahæ, & liberauit Lot de subuersio-

ne vrbiū, in quibus habitauerat. Ascenditque Lot de Segor, & māsit in monte: dux quoq; fili⁹ eius cū eo (timuerat enim manere in Segor) & mansit in spelūca, ipse, & dux fili⁹ eius cū eo. Dixitque maior ad minorem. Pater noster senex est, & nullus virorū remansit ī terra, qui possit ingredi ad nos, iuxta morē vniuersæ terræ. Veni, inebriemus eū vino, dormiamusque cū eo: vt seruare possimus ex patre nostro semē. Dederunt itaq; patri suo bibere vinū, nocte illa. Et ingressa est maior, dormiuitq; cum patre: at ille nō sensit, nec quādo accubuit filia, nec quādo surrexit. Altera quoq; die dixit maior ad minorem, Ecce dormiui heri cū patre meo, dormimus ei bibere vinum etiā hac nocte, & dormies cū eo, vt saluemus semē de patre nostro. Dederūt & illa nocte patri suo bibere vinū, ingressaq; minor filia, dormiuit cū eo: & nec tūc quidē sensit, quando cōcubuerit, vel quādo illa surrexerit. Conceperunt ex-

go duæ filiæ Lot, de patre suo. Peperitq; maior filiū & vocauit nomē eius Moab: ipse est pater Moabitarum, vsq; in præsentē diē. Minor quoq; peperit filiū & vocauit nomē eius Ammō, idest fili⁹ populi mei: ipse est pater Ammonitarum vsque hodie.

¶ *Ex epistola prima Ioannis. cap. 3. Lectio secūda.*

Filioli mei, hæc scribo vobis, & nō peccetis. Sed & si quis peccauerit, aduocatum habemus apud patrem Iesum Christum iustum, & ipse est propitiatio pro peccatis nostris: non pro nostris autē tantum, sed etiā pro totius mundi. Et in hoc scimus quoniā cognouimus eū, si mandata eius obseruamus. Qui dicit se nosse Deū, & mandata eius nō custodit: mēdax est, & in eo veritas non est. Qui autem seruat verbum eius: verē in hoc charitas Dei perfecta est, in hoc scimus quoniā in ipso sum⁹. Qui dicit se in ipso manere debet sicut ille ambulauit, & ipse ambulare. Charissimi, non man-

datum nouum scribo vobis, sed mandatū vetus quod habuistis ab initio. Mandatum vetus, est verbū quod audistis. Iterum mandatū nouū scribo vobis, quod verum est, & in ipso & in vobis, quia tenebræ trāsierunt, & verum lumen iam lucet. Qui dicit se in luce esse, & fratrem suum odit: in tenebris est, vsq; adhuc. Qui diligit fratrem suum, in lumine manet, & scandalum in eo nō est. Qui autē odit fratrem suū: in tenebris est, & in tenebris ambulat, & nescit quo eat, quia tenebræ obcæcauerunt oculos eius. Scribo vobis filioli, quoniam remittuntur vobis peccata propter nomē eius. Scribo vobis patres, quoniā cognouistis eum qui ab initio est. Scribo vobis adolefcētes, quoniā vicistis malignum. Scribo vobis infantes, quoniam cognouistis patrem. Scripsi vobis patres, quoniam cognouistis eū qui est ab initio. Scripsi vobis iuuenes, quoniā fortes estis, & verbum dei manet in vobis, & vicistis malignum. Nolite

diligere mundum, neq; ea
quæ in mundo sunt. Si q̄s
diligit mundū: non est cha-
ritas patris in eo: quoniam
omne quod est in mundo
concupiscentia carnis est,
& concupiscentia oculorū,
& superbia vitæ, quæ non
est ex patre, sed ex mundo
est. Et mundus transit, &
concupiscentia eius. Qui
autem facit volūtatē dei
manet in æternum.

¶ Sermo sancti Augustini
episcopi. Lectio tertia.

Dominus Deus no-
ster, nolens aliquē
nostrū perire ex co-
leſia sua velut agrū
suū: quærens fructū de ar-
boribus suis, anteq̄ temp̄
securis adueniat: cui neces-
se erit infructuosas arbo-
res amputare: non cessat
nos admonere vt dum tē-
pus est nobis cū Dei adiu-
torio, dum in nostra pote-
state consistit: bona opera
faciamus. Cū enim transie-
rit tempus bene operādi:
non restat nisi recipiendi.
Nemo tibi dicturus est,
post resurrectionem mor-
tuorum, in regno cœlorū:
frange esurienti panē tuū,

& egenos vagosque induc
in domū tuam: quia nō in-
uenies esurientē, neq; egē-
tē. Nemo dicitur est vesti-
nudum, vbi omnīū tunica
immortalis erit. Nemo di-
cturus est: suscipe peregri-
nos, vbi omnes in patria
sua viuent. Nam modo su-
mus inde peregrini. Ne-
mo em̄ dicet: visita agrū,
vbi est sempiterna sanitas.
Nemo dicet sepeli mor-
tuum, vbi mors morietur.
Ista omnia pietatis officia,
in vita æterna necessaria
nō erūt, vbi sola pax erit,
& lætitia sempiterna. *oro.*

Cordib⁹ nostris que
sumus domine, gra-
tiam tuam benign⁹
infunde, vt sicut ab elcīs
corporalibus abstinemus:
ita sensus quoque nostros
à noxiis retrahamus excel-
sibus. Per dominum no.

¶ Feria tertia, ex Genesi.
cap. 20. Lectio prima.

Profectus inde Abra-
hā, in terrā australē,
habitauit iter Cades,
& Sur: & peregrinatus est
in Geratis. Dixitque de Sa-
ra vxore sua, Soror mea
est. Misit ergo Abimelech

rex Geraræ, & tulit eã. Venit autem deus ad Abimelech, per ſomniũ nocte, & ait illi, En morieris ppter mulierem quam tulifti: habet enim virũ. Abimelech verò, non tetigerat eam, & ait, domine nũ gentẽ ignorantẽ & iuſtam interficies? Nonne ipſe dixit mihi, Soror mea eſt: & ipſa ait, Frater meus eſt? in ſimplicitate cordis mei, & munditia manuum mearũ feci hoc. Dixitq; ad eũ deus. Et ego ſcio, q; ſimplici corde feceris: & ideo cuſtodiui te: ne peccares in me, & nõ dimiſi vt tangeres eã. Nunc ergo, redde viro ſuo vxorẽ quia propheta eſt: & orabit pro te, & viues: ſi autẽ nolueris reddere, ſcito q; morte morieris, tu, & oĩa quæ tua ſunt. Statimq; de nocte conſurgens Abimelech, vocauit omnes ſeruos ſuos: & locutus eſt vnuerſa verba hæc, in aurib; eorum timueruntq; oēs viri valdè. Vocauit autẽ Abimelech etiam Abrahã & dixit ei, Quid feciſti nobis? quid peccauiſmus in te, ga induxiſti ſuper me, & ſu-

per regnum meũ peccatũ grande? quæ non debuifti facere, feciſti nobis. Rurſumq; expoſtulã ait, quid vidifti, vt hoc faceres? Reſpondit Abrahã, Cogitauĩ mecum, dicens. Forſitan non eſt timor Dei in loco iſto, & interficient me, propter vxorem meã: alias autem, & verè ſoror mea eſt, filia patris mei, & non filia matris meæ, & duxi eam in vxorem. Poſtquã autẽ eduxit me Deus de domo patris mei, dixi ad eã Hęc miſericordiam facies mecum in omni loco ad quẽ ingrediemur, dices, quod frater tuus ſim.

¶ *Ex epiſtola prima Ioannis.* *Lectio ſecunda.*

Filioli, nouiſſima hora eſt. & ſicut audiſtis quia antichriſtus venit: & nũc Antichriſti multi facti ſunt. Vnde ſcimus quia nouiſſima hora eſt. Ex nobis prodierunt: ſed non erant ex nobis, nam ſi fuiſſent ex nobis permanſiſſent vtique nobiſcũ: ſed vt maniſeſti ſint quoniam nõ ſunt oēs ex nobis. Sed vos vnctionẽ habetis à ſan-

sto, & nostis omnia. Non scripsi vobis quasi ignoratibus veritatem, sed quasi sciētibus eā: & quoniā omne mendaciū, ex veritate nō est. Quis est mendax, nisi is qui negat, quoniā lesus est Christus? Hic est antichristus, qui negat petrē & filiū. Omnis qui negat filiū, nec patrē habet: qui cōfiteatur filiū, & patrē habet. Vos quod audistis ab initio, in vobis permaneat: quā si in vobis permanserit quod audistis ab initio: & vos in filio & patre manebitis. Et hæc est repromissio quam ipse pollicitus est nobis, vitam æternā. Hæc scripsi vobis de his quæ seducunt vos. Et vos vñtionē quā accepistis ab eo, maneat in vobis. Et nō necesse habetis, ut aliquis doceat vos: sed sicut vñctio ei⁹ docet vos de oībus, & verū est, & nō est mendaciū. Et sicut docuit vos, manete in eo. Et nunc filioli manete in eo: ut cū apparuerit, habeam⁹ fiducia, & nō cōfundamur ab eo in aduētū eius. Si scitis quoniā iustus est: scitote quā & omnis qui facit iu-

sticiam, ex ipso natus est.

Secundum Mattheum.

cap. 18. Lectio iij.

In illo tpe: Respicies Iesus i discipulos suos: dixit Simoni Petro, Si peccauerit in te frater tu⁹ vade, & corripe eum, inter te, & ipsum solū. Et reli.

Homilia sancti Aug. cxi.

Vare illū corripis?

Quia doles, quod peccauerit in te? Absit. Si amore tui id facis: nihil facis: si amore illius facis: optimè facis. Denique in ipsis verbis attēde curus amore id facere debeas: vtrū tui, an illi⁹. Si te audierit (inquit) lucratus eris fratrem tuū. Ergo propter illū fac ut lucreris illū. Sic faciendo lucraris: nisi fecisses perierat. **Q**uid est ergo, quod pleriq; homines ista peccata contēnunt, & dicunt, quid magnū feci? In hominem peccavi. Noli cōtempere, quod in hominem peccasti. Vis nosse quia in hominem peccando periisti? Si te ille in quem peccasti corripuerit inter te & ipsum solū: & audieris illū, lucratus est te. **Q**uid est,

lucratus est te: nisi quia perieras: si nō lucraretur te? Nam si non perieras: quomodo te lucratus est? Nemo ergo contemnat, quando peccat in fratrem. Ait enim in quodā loco Apostolus. Sic autem peccantes in fratres & percutientes cōscientiam eorum infirmam, in Christū peccatis: ideo quia mēbra Christi oēs facti sumus. Quomodo nō peccas in Christum quia peccas in membrū Christi? Nemo ergo dicat quā nō peccaui in Deū: sed peccaui in fratrem. In hominē peccaui leue peccatum est, vel nullum peccatum est.

Oratio.

EXaudi nos omnipotēs, & misericors de⁹ & continentię salutaris propitius nobis dona concede. Per dominum.

Perla. iij. ex Genesi. Le. j.

TVLit igitur Abimelech oues, & boues, & seruos, & ancillas & dedit Abrahā: reddiditque illi Sarā vxorem suā, & ait, Terra coram vobis est, vbi cunq; tibi placuerit, habita. Saræ autē dixit.

Ecce mille argenteos dedi fratri tuo, hoc erit tibi in velamen oculorum ad omnes qui tecū sunt: & quocunq; perrexeris, memento te deprehensam. Orante autē Abrahā, sanauit deus Abimelech, & vxorē, ancillasq; eius: & pepererūt. concluderat enim deus omnem vuluā domus Abimelech propter Sarām vxorē Abrahę. Visitauit autē dominus Sarām sicut promiserat: & impleuit quę locutus est. Cōcepitq; & peperit filium in senectute sua, tempore quod p̄dixerat ei deus. Vocauitq; Abrahā nomen filij sui quē genuit ei Sara, Isaac, & circumcidit eum octavo die, sicut p̄ceperat ei deus, cū cētum esset annorū, hac quippe ætate patris nat⁹ est Isaac. Dixitq; Sara, Risum fecit mihi deus: quicunq; audierit, corridebit mihi. Risumq; ait, Quis auditorus crederet Abrahā quod Sara lactaret filiū quē peperit ei iā seni? Creuit igitur puer, & ab lactat⁹ est: fecitq; Abrahā grāde cōuiuui in die ab lactationis eius.

Ex epistola prima Ioannis. cap. 3. Lectio secunda.

Videte qualem charitatem dedit nobis pater, ut filij dei nominemur & simus. Propter hoc, mūdus nō nouit nos: quia non nouit eum. Charissimi, nūc filij dei sumus: & nondū apparuit quid erimus, Scimus quoniā cū apparuerit similes ei erimus, quoniam videbimus eum, sicuti est. Et oīs qui habet hanc spem in eo, sanctificat se, sicut & ille sanctus est. Omnis qui facit peccatum, & iniquitatē facit: & peccatū est iniquitas. Et scitis quia ille apparuit: ut peccata nostra tolleret: & peccatum in eo non est. Oīs qui in eo manet, non peccat, & omīs qui peccat non vidit eum nec cognouit eum. Filioli, nemo vos seducat. **Q**ui facit iustitiā, iustus est, sicut & ille iustus est. **Q**ui facit peccatum, ex diabolo est: quoniā ab initio diabolus peccat. In hoc apparuit filius Dei, ut dissoluat opera diaboli. Oīs qui natus est ex deo, peccatum non facit: quo-

niam semē ipsius in eo manet, & non potest peccare, quoniā ex deo natus est. In hoc manifesti sunt filij dei & filij diaboli. Omnis qui non est iustus, non est ex deo: & qui nō diligit fratrem suū, quoniā hęc est annuntiatio, quā audistis ab initio, ut diligatis alterutrū. Nō sicut Cain, qui ex maligno erat, & occidit fratrem suum. Et propter quid occidit eum? **Q**uoniā opera eius, maligna erant: fratris autē eius, iusta. Nolite mirari fratres, si odit vos mūdus. Nos scimus quoniam translati sumus de morte ad vitam quoniā diligimus fratres, **Q**ui nō diligit: manet in morte. omnis qui odit fratrem suum homicida est. Et scitis, quoniā omnis homicida, nō habet vitam æternā in se manentem. In hoc cognouimus charitatem dei, quoniā ille animā suā pro nobis posuit: & nos debemus pro fratribus animas ponere. **Q**ui habuerit substantiā huius mūdi, & viderit fratrem suū necessitatē habere, & clauerit viscera sua ab eo: quomō cha-

ritas dei manet in eo? Filii mei, non diligamus verbo neq; lingua, sed opere & veritate. In hoc cognoscim⁹ quod ex veritate sumus: & in conspectu eius suadebimus corda nostra. Quoniam si reprehenderit nos cor nostrū: maior est deus corde nostro, & novit oīa. Charissimi: si cor nostrū non reprehenderit nos: fiduciam habemus ad deum. & quicquid petierimus, accipiem⁹ ab eo: quoniam mandata eius custodimus, & ea quæ sunt placita coram eo facimus. Et hoc est mādatum eius. Ut credamus in nomine filij ei⁹ Iesu Christi & diligam⁹ alterutrum, sicut dedit mādatum nobis. Et qui servat mādata eius: in illo manet, & ipse in eo, & in hoc scimus quā manet in nobis, & spiritu quem dedit nobis.

Secunda Math. x. cap. 15.

Leet̃ o. tertia.

In illo tempore. Accesserunt ad Iesum ab Ierosolymis, Scribæ, & Pharisei dicentes: quare discipuli tui transgrediuntur traditiones seniorum. Et reli.

Homilia scti Hiero. presb.

Ira Phariseorum

M scribarumque stultitia. Dei filium arguunt: quare discipuli ei⁹ hoīm traditiones, & præcepta nō seruent. Non enim lauant manus suas cūm panem manducāt. Manus id est, opera, nō corporis, sed animæ laudæ sunt, vt fiat in illis verbum dei. Ipse autem rīdens ait illis. Quare & vos transgredimini mandatum dei, propter traditionem vestram? Falsam calumniam vera respōsione confutat. Cū (inquit) vos propter traditiones hominum præcepta dei negligatis. quare discipulos meos arguendos creditis: quod seniorum iussa paruipendāt: vt dei scita custodiāt? Nā deus dixit, honora patrem tuū, & matrem tuā: & qui maledixerit patri, vel matri, morte moriatur. Vos autē dicitis: quicunq; dixerit patri vel matri, minus quodecunq; est ex me tibi proderit: & non honorificabit patrem suum, aut matrem. Honor in scripturis, non tantum in salutationibus;

tionibus, & officiis deferendis: quantum in elemosynis, ac munerū oblatione sentitur. Honora (ingt Apostolus) viduas, quæ veræ viduæ sunt. Hic honor donum intelligitur. Et in alio loco: Presbyteri duplici honore honorandi sunt maximè qui laborât in verbo & doctrina Dei. & per hoc mādatur iubemur vt houi trituranti os nō claudamus: & dignus sit operarius mercede sua. **Oratio.**

Pæsta nobis quæsumus dñe: vt salutaribus ieiuniis eruditi: à noxiis quoque vitis abstinētes: propitiationē tuā facilius impetrem⁹. Per dñm.

Feria v. ex Gen. Lect. 1.

Cumq; vidisset Sara filium Agar Aegyptiæ ludentem cum Isaac, dixit ad Abraham, Ellice ancillā hanc, & filiū eius: non em̄ erit hæres filius ancillæ cū filio meo Isaac. Durè accepit hoc Abraham pro filio suo. Cui dixit Deus, Nō tibi videatur asperum super puero, & super ancilla tua: omnia quæ dixerit tibi Sara, au-

di vocē eius: quia in Isaac vocabitur tibi semen. Sed & filium ancillæ, faciam ingētem magnam, quia semētuum est. Surrexit itaque Abraham mane, & tollens panem, & vtreū aquæ, imposuit scapulez eius, tradiditq; puerum, & dimisit eā: quæ cū abiisset, errabat in solitudine Bersabge. Cumq; consumpta esset aqua in vtre, abiicit puerū subter vnam arbore, quæ ibi erat. Et abiit, seditq; è regione procul, quātum potest arcus iacere, dixit enim. Non videbo moriētem puerū. & sedens contra leuauit vocem suam, & fleuit. Exaudiuit autē Deus vocem pueri: vocauitq; angelus domini Agar de cælo, dicens. Quid agis Agar? noli timere: exaudiuit enim Deus vocem pueri, de loco in quo est, Surge tolle puerum, & tene manū illius: quia in gentem magnam faciā eum. Aperuitq; oculos ei⁹ deus: quæ vidēs puteum aquæ abiit, & impleuit vtreū, deditq; puero bibere. Et fuit Deus cum eo, qui creuit, & mo-

ratus eſt in ſolitudine factuſq; eſt iuuenis ſagittarius. Habitauitq; i deserto Phara, & accepit illi mater ſua vxore, de terra Aegypti. *Ex epiſt. prima Ioannis. Cap. 4. Lectio. ij.*

Chariffimi, nolite omni ſpiritu credere ſed probate ſpiritus ſi ex deo ſint: quonia multu pſeudoprophetae exierunt in mundum. In hoc cognoscitur ſpiritus Dei, ois ſpiritus qui conſitetur Ieſum Chriſtum in carne veniſſe, ex deo eſt: & omnis ſpiritus qui ſoluit Ieſum, Ex Deo non eſt, & hic eſt anti-chriſtus de quo audiſtis, quoniam venit, & nunc iam in mundo eſt. Vos ex Deo eſtis filioli, & viciſtis eos: quoniam maior eſt qui in vobis eſt, quam qui in mundo eſt. Ipsi de mundo ſunt: Ideo de mundo loquuntur, & mundus eos audit. Nos ex deo ſumus, Qui non audit deum audit nos: qui non eſt ex Deo: non audit nos, in hoc cognoscimus ſpiritum veritatis, & ſpiritu erroris Chariffimi, diligamus nos inuicem: quia charitas ex deo eſt, Et omnis qui dili-

git, ex Deo natus eſt, & cognoscit Deum. Qui non diligit, non nouit Deum: quoniam Deus charitas eſt. In hoc apparuit charitas Dei in nobis: quoniam miſit Deus in vnigennum miſit Deus in mundum, ut viuamus per eum. In hoc eſt charitas: non quaſi nos dilexerimus Deum, ſed quoniam ipſe prior dilexit nos: & miſit filium ſuum propitiatione pro peccatis noſtris. Chariffimi, ſi ſic Deus dilexit nos, & nos debemus alterutrum diligere. Deum nemo vidit vnquam. Si diligamus inuicem: deus in nobis manet, & charitas eius in nobis perfectata eſt. In hoc cognoscimus quod in eo manemus, & ipſe in nobis: quoniam de ſpiritu ſuo dedit nobis. Et nos vidimus, & teſtificamur, quoniam pater miſit filium ſuum ſaluatorem mundi. Quisquis confeſſus fuerit, quoniam Ieſus eſt filius Dei: Deus in eo manet, & ipſe in deo. Et nos cognouimus, & credidimus charitati, quam habet deus in nobis. Deus charitas eſt. & qui manet in charitate, in Deo manet

& Deus in eo. In hoc perfecta est charitas Dei nobiscū, vt fiduciam habeamus in die iudicij quia sicut ille est, & nos sumus in hoc mundo. Timor nō est in charitate: sed perfecta charitas, foras mitit timorem, quā timor pœnam habet: qui autem timet, non est perfectus in charitate. Nos ergo diligamus Deū, quā deus prior dilexit nos. Si quis dixerit, Quoniam diligo Deum: & fratrem suū oderit, mendax est. Qui enim non diligit fratrem suū quem videt. Deum quem nō videt, quomodo potest diligere? Et hoc mādatum habemus à Deo: vt qui diligit Deū diligat & fratrem suum. *Secundum Lucam.*

Cap. 4. Lectio tertia.
In illo tempore: Surgēs Iesus, de synagoga intravit in domum Simonis. Socrus autem Simonis tenebatur magnis febribus. Et reliqua.

Homilia sancti Amb. epi.
Vide clementiam Dñi saluatoris: nec indignatione cōmotus, nec scelere offensus, nec

iniuria vitatus, Iudæam deseruit. Quinetiam immemor iniuriæ, memor clementiæ, nūc docendo: nūc liberādo, nūc sanādo: plebis corda demulcet. Et bene sanctus Lucas, virū à spiritu nequitie liberatum, ante præmisit: & substituit formæ sanitatem. Vtrumq; enim sexum dñs curaturus aduenerat. Et primò sanari debuit, qui prior creatus est. Nec prætermitti illa debuit, quæ mobilitate magis animi, quæ prauitate peccauerat. Sabbato dominicę medicinæ, opera cœpta significat: vt inde creatura noua cœperit: vbi vetus creatura ante desierat. Nec sub lege esse dei filium: sed supra legem in ipso principio designaret: nec solui legem, sed ad impleri. Neque em̄ per legē, sed verbo fact⁹ est mūdus: sicut legimus: Verbo domini cæli firmati sunt, Non soluitur ergo lex, sed impletur: vt fiat renouatio hominis, iā labētis. Vnde & Apostolus ait. Expoliantes vos veterem hominem: induite nouum, qui

Feria. vi. Dominica. iij. quadragesimæ.

secundum Christum creatus est. Et bene sabbato cœpit: ut ipse se ostenderet curatorem: qui opera operibus intexeret: & prosequeretur opus, quod ipse iam cœperat: ut si faber domum renouare disponat: non à fundamentis, sed à culminibus incipit soluere uelut statem.

Oratio.

Subiectum tibi populum, quæsumus domine propitiatio cœlestis amplificet: & tuis semper faciat seruire mādatis. Per dominum.

*Feria sexta,
ex Genesi. Lectio prima.*

Eodem tempore dixit Abimelech, & Phichol, princeps exercitus eius, ad Abraham, deus tecum est in uniuersis quæ agis. Iura ergo per deum, ne noceras mihi, & posteris meis, stirpique meæ, sed iuxta misericordiam quam feci tibi, facias mihi, & terræ in qua uersatus es aduenia. Dixitque Abraham. Ego iurabo. Et increpauit Abimelech propter puteum aquæ, quem ui abstulerant serui eius, Responditque Abimelech, Nesciui quis

fecerit hanc rem: sed & tu non indicasti mihi, & ego non audiui præter hodie. Tulit itaque Abraham oues, & boues, & dedit Abimelech: percusseruntque ambo fœdus. Et statuit Abraham septem agnas gregis seorsum. Cui dixit Abimelech, Quid tibi uolunt septem agnæ istæ, quas stare fecisti seorsum? At ille septem, inquit, agnas accipies de manu mea: ut sint mihi in testimonium, quoniam ego fodi puteum istum. Idcirco uocatus est locus ille Bersabeæ: quia ibi uerterque iurauit. Et inierunt fœdus pro puteo iuramenti. Surrexit autem Abimelech, & Phichol, princeps exercitus eius: reuersique sunt in terram Palestinorum. Abraham uero, plantauit nemus in Bersabeæ, & inuocauit nomen domini dei æterni. Et fuit colonus terræ Palestinorum diebus multis.

*Ex epistola
Iulij primi ad Galatas. c. iij. u. 16. 17.*

Omnis qui credit quia Iesus, est Christus, ex Deo natus est. Eo omnis qui diligit eum qui

natus est ex eo. In hoc cognoscimus quoniã diligimus natos Dei: cum Deũ diligamus, & mandata eius faciamus. Hęc est em̄ charitas Dei: vt mandata eius custodiamus, & mandata eius grauiã non sunt. **Qm̄** omne quod natum est ex Deo: vincit mundũ, & hęc est victoria quę vincit mundũ, fides nostra, **Q**uis est qui vincit mundum. nisi q̄ credit, quoniam Iesus est filius dei? hic est qui venit per aquam, & sanguinẽ Iesus Christus, non in aqua solum: sed in aqua & sanguine. Et spiritus est, qui testificatur quoniã Christus est veritas. **Q**uoniam tres sunt, qui testimonium dant in cælo: pater, verbũ, & Spiritus sanctus: & hi tres vnũ sunt. Et tres sunt qui testimoniũ dāt in terra: spiritus, aqua, & sanguis: & hi tres, vnum sunt. Si testimonium hominum accipimus: testimoniũ dei maius est, quoniã hoc est testimoniũ Dei, quod maior est: quoniam testificatio est de filio suo. **Q**ui credit in filium Dei: habet te-

stimonium Dei in se. **Q**ui non credit filio, mēdacement facit eum: quia non credit in testimonium quod testificatus est Deus, de filio suo. Et hoc est testimoniũ: **Q**m̄ vita æternã dedit nobis deus: & hęc vita, in filio eius est. **Q**ui habet filium dei, habet vitam: q̄ nõ habet filiũ dei: vitam nõ habet. Hęc scribo vobis. vt sciatis quã vitam habetis æternã, qui creditis in nomine filij Dei. Et hęc est fiducia quã habemus ad deũ: **Q**uia quodcunque petierimus secundũ voluntatem eius: audit nos. Et scimus, quia audit nos, quicquid petierim⁹, scimus quod habemus petitiones quas postulauim⁹ ab eo. **Q**ui scit fratrem suũ peccare, peccatum non ad mortem petat: & dabitur ei vita peccati nõ ad mortem: est peccatum ad mortem non pro illo dico vt roget quis. Omnis iniquitas peccatum est, & est peccatum ad mortem. Scimus quia omnis qui natus est ex Deo, non peccat: sed generatio Dei conseruat eum, & malignus non tan-

git eū. Scimus quoniā ex Deo sumus: & mūdus tot⁹ in maligno positus est. Et scimus, quoniam filius dei venit: & dedit nobis sensum vt cognoscamus verū deum, & simus in vero filio eius. Hic est verus de⁹: & vita æterna. Filioli, custodite vos à simulachris. Amen. **Secundū Ioānem.**

Cap. 4. Lectio tertia.

In illo tempore venit Iesus in ciuitatem Samariæ, quæ dicitur Sichar iuxta prædium, quod dedit Iacob Ioseph filio suo. Et reliqua. **Homilia sancti Augustini episcopi.**

Erat autē ibi fons Iacob: puteus erat: sed omnis puteus fons: nō omnis fons pute⁹. Vbi enim de terra aqua manat & vsui præbetur haurientibus: fons dicitur. Sed si in promptu & superficie sit: fons tantū dicitur. Si autē in alto & in profundo sit: ita puteus vocatur: vt fontis nomen non amittat. Iesus autem fatigatus ex itinere. sedebat sic super fontem. Hora erat quasi sexta, iam incipiunt mysteria.

Non em̄ frustra fatigatus Iesus. Nō em̄ frustra fatigatur virt⁹ dei. Nō enim frustra fatigatur, per quē fatigati recreatur. Nō em̄ frustra fatigatur, quo deserente fatigamur, quo presente firmamur. Fatigatur tamen Iesus: & fatigatur ab itinere: & sedet. & iuxta puteū sedet: & hora sexta fatigatus sedet. Omnia ista innuūt aliquid: idicare volūt aliquid. Intentos nos faciūt: vt pulsem⁹, hortātur. Ipse ergo nobis aperiat & vobis: qui dignatus est ita hortari, vt diceret, Pulsate & aperietur vobis: ibi fatigat⁹ est ab itinere Iesus. Inuenimus virtutē Iesu: & inuenimus infirmitatē Iesu: fortē, & infirmū. Fortē, quia in principio erat verbū: & in verbū erat apud Deū, & Deus erat verbū: hoc erat in principio apud Deum. Vis videre, quam iste fortis sit? Omnia per ipsum facta sunt: & sine ipso factū est nihil: & sine labore facta sunt omnia. **Oratio.**

Ieiunia nostra quæ sum⁹ domine, benigno favore prosequente: vt sicut

ab alimentis abstinemus in corpore: ita à vitis ieiunemus in mente. Per dñm.

Hodie dicitur septe psal.

Sabba. ex Gene. cap. 22.

Lectio prima.

QUe postquam gesta sunt, tentauit Deus Abraham, & dixit ad eum, Abraham Abraham. At ille respondit. Adsum, ait illi, Tolle filium tuum vnigenitum quem diligis Isaac, & vade in terram Visionis: atque ibi offeres eum in holocaustum, super vnum montium, quem monstrauero tibi. Igitur Abraham de nocte consurgens, stravit asinum suum, ducens secum duos iuvenes, & Isaac filium suum. Cumque incidisset ligna in holocaustum, abiit ad locum, quem praeceperat ei Deus. Die autem tertio eleuatis oculis, vidit locum procul: dixitque ad pueros suos expectate hic cum asino: ego autem, & puer, illud usque prospicientes, postquam adorauerimus, reuertemur ad vos. Tulit quoque ligna holocausti, & imposuit super Isaac filium suum: ipse ve-

ro portabat in manibus ignem, & gladium. Cumque duo pergerent simul, dixit Isaac patri suo. Pater mihi. At ille respondit. Quid vis fili? Ecce, inquit, ignis & ligna. Vbi est victima holocausti? Dixit autem Abraham: Deus providebit sibi victimam holocausti, fili mi. Pergebant ergo pariter, & venerunt ad locum quem ostenderat ei deus, in quo edificauit altare, & desuper ligna composuit. Cumque colligasset Isaac filium suum, posuit eum in altare, super struem lignorum. Extenditque manum, & arripuit gladium, ut immolaret filium suum. Et ecce angelus domini de caelo clamauit, dicens. Abraham Abraham. Qui respondit. Adsum. Dixitque ei. Non extendas manum tuam super puerum neque facias illi quicquam: nunc cognoui quod timeas Deum, & non pepercisti vnigenito filio tuo propter me. Leuauit Abraham oculos suos, viditque post tergum arietem inter vepres, heretem cornibus, quem assumens, obtulit holocaustum

pro filio. Appellauitq; no-
men loci illius, Dominus
videt. Vnde vsq; hodie di-
citur. In mōte dñs videbit.

**¶ Epistola beati Ioānis a-
postoli, secunda. Lect. ij.**

Senior, Electæ domi-
næ, & natis eius, quos
ego diligo in veritate,
& non ego solus, sed & om-
nes, qui cognouerunt ve-
ritatem, propter veritatem
quæ permanet in vobis, &
vobiscum erit in æternum.
Sit vobiscum gratia, mise-
ricordia, & pax, à Deo pa-
tre, & à Christo Iesu, filio
patris in veritate, & chari-
tate. Gaudisus sum valde,
quod inueni de filiis tuis
ambulātes in veritate, sicut
mādatum accepimus à pa-
tre. Et nunc rogo te domi-
na, non tanquam manda-
tum nouum scribens tibi,
sed quod habuimus ab ini-
tio: vt diligamus alterutrū.
Et hæc est charitas, vt am-
bulemus secundum man-
data eius. Hoc est enī mā-
datum, vt quemadmodum
audistis ab initio in eo am-
buletis: quoniam multi se-
ductores exierunt in mū-
dum, qui non consentur

Iesum Christum venisse in
carnem. hic est seductor,
& antichristus. Videte vos-
metipfos ne perdatis quæ
operati estis: sed vt merce-
dem plenam accipiatis. Om-
nis qui recedit, & nō per-
manet in doctrina Chri-
sti, Deum non habet. Qui
permanet in doctrina, hic
patrem, & filium habet. Si
quis venit ad vos, & hanc
doctrinam non assert: no-
lite recipere eū in domū,
nec aue ei dixeritis. Qui
enim dicit illi aue: commu-
nicat operibus eius mali-
gnis. Ecce, prædixi vobis:
vt in die domini non con-
fundamini. Plura habens
vobis scribere, nolui per
chartam, & atramentum:
spero enim me futurum
apud vos, & os ad os lo-
qui: vt gaudium vestrum
plenum sit. Salutant te si-
lij sororis tuæ electæ.

**Secundū Ioānem. Cap. 2.
Lectio tertia.**

In illo tēpore: Perrexit
Iesus in mōtem oliueti:
& diluculo iterū venit
in templum. Et reliqua.
**Homilia sancti Augustini
episcopi.**

IN mōtem autem oliueti, in montem fructuosum, in mōtem vnguenti, in montem charismatis. Vbi enim decebat docere Christum nisi in mōte oliueti? Christi enim nomen, dictum est à chrismate. Chrisma autem Græcè, Latine vnctio nominatur. Iudeo autem nos vnxit, quia luctatores cōtra diabolum fecit. Et diluculo iterū venit in templum, & omnis populus venit ad eum. Et sedens docebat eos, & non tenebatur: quia nondum pati dignabatur. Nūc iam attendite, vbi ab inimicis tentata sit domini mansuetudo. Adducunt autem illi Scribæ & Pharisei, mulierem in adulterio deprehensam, & statuerunt eam in medium, & dixerunt ei. Magister: hæc mulier modo deprehensa est in adulterio. In lege autē, Moyses mandauit nobis huiusmodi lapidare. Tu ergo quid dicis? Hoc autem dicebant tentantes eum: vt possent accusare eum. Vnde accusare? Nunquid ipsum in aliquo facinore deprehen-

derant? Aut illa mulier ad eum aliquo modo peruenisse dicebatur? Quid est ergo tentantes eum: vt possent accusare eum? Intelligimus, fratres admirabilem māsuetudinem in Christo fuisse. Animaduertebant eum nimium esse mitem, nimium esse māsuetum. *Oro.*

Prosta quæsumus omnipotens deus, vt qui se affligendo, carnem ab alimentis abstinent, sectando iustitiam, à culpa ieiuent. Per dominum.

¶ Dominica. iiii. quadragesimæ, ex Genesi. Lectio. 7.

VOcauit autem angelus domini Abraham secundò de cælo, dicens, Per memetipsum iuravi dicit dominus: quia fecisti hanc rem, & nō peperisti filio tuo vnigenito: benedicam tibi, & multiplicabo semen tuum, sicut stellas cæli & velut arenā quæ est in litore maris, possidebit semen tuum portas micorum suorū, & benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ, quia obedisti voci meæ. Reuersus est Abraham ad pueros

Dominica. iij. quadragesimæ.

suos, abieruntq; Bersabeæ simul & habitauit ibi. His itaque gestis, nūtiatum est Abrahæ, qđ Melcha quoq; genuisset filios Nachor fratri suo, Hus primogenitū, & Buz fratrem eius, & Camuel patrē Syrorū, & Cased, & Azau. Pheldas quoque, & Iedlaph ac Bathuel de quo nata est Rebecca, octo istos genuit Melcha, Nachor fratri Abrahæ cōcubina verō illius nomine Roma, peperit Tabee, & Gaon & Thaa: & Maacha.

Vixit autem Sara, cētum vigintiseptē annis. Et mortua est in ciuitate Arbee, quæ est Hebron, in terra Chanaan, venitque Abraham, vt plangeret, & fleret eam. Cūque surrexisset Abraham ab officio funeris, locutus est ad filios Heth, dicēs, Aduena sum & peregrin⁹ apud vos, date mihi ius sepulchri vobiscū, vt sepeliā mortuum meū. Rēderūtq; filij Heth dicentes. Audi nos domine, princeps Dei es apud nos: in electis sepulchris nostris sepeli mortuū tuū, nullūq; te prohibere po-

terit, quin in monumento eius sepelias mortuū tuū.
Epistola beati Ioannis apostoli tertia. Lectio. ij.

Senior Caio charissimo, quē ego diligo in veritate, Charissime, de omnibus orationem facio, prospere te ingredi, & valere, sicut prospere agit aīa tua. Gauisus sum valdē veniētibus fratribus, & testimonium perhibentibus veritati tuæ, sicut tu in veritate ambulas. Maiorem horum non habeo gratiā, quam vt audiā filios meos in veritate ambulare. Charissime fideliter facis, quicquid operaris in fratres, & hoc in peregrinos, qui testimonium reddiderunt charitati tuæ, in conspectu ecclesiæ: quos, bene facies, deducens digne Deo. Pro nomine enim eius profecti sunt, nihil accipientes à gentilibus. Nos ergo debemus suscipere huiusmodi: vt cooperatores simus veritatis. Scripsissem forsitan ecclesiæ: sed is qui amat primatū gerere in eis, Diotrophes, non recipit nos. Propter hoc, si veno-

ro, cōmonebo eius opera
quæ facit, verbis malignis
garrēs in nos, & quasi nō
ei ista sufficiant: neque ip-
se suscipit fratres, & eos q̄
suscipiunt, prohibet, & de
ecclesia ei. cit. Charissime,
noli imitari malum, sed qd̄
bonum est. *Qui bene fa-
cit, ex Deo est: qui male fa-
cit, non videt Deum. De-
metrio testimonium red-
ditur ab omnibus, & ab ip-
sa veritate: sed & nos testi-
monium perhibemus: &
uosti quoniam testimoniū
nostrū verū est. Multa ha-
bui tibi scribere: sed nolui
per atramētum, & calamū
scribere tibi. Spero autem
protinus te videre: & os ad
os loquemur. Pax tibi. Sa-
lutant te amici. Saluta tu
amicos nominatim.*

Secundum Ioānem. Cap. 6.

Lectio tertia.

In illo tempore: abiit Ie-
sus trans mare Galilææ:
quod est Tyberiadis: &
sequebatur eū multitudo
magna: quia videbāt signa
quæ faciebat, super his qui
infirmabantur. Et reliqua.

*Homilia sancti Augustini
episcopi.*

Miracula quæ fecit
dominus noster Ie-
sus Christus, sunt
quidem diuina opera, &
ad intelligendum Deum,
de visibilibus admonēt hu-
manam mentem, quia em̄
ille non est talis substan-
tiæ, quæ videri oculis pos-
sit: & miracula eius, qui-
bus totum mūdum regit,
vniuersamque creaturam
administrat, assiduitate vi-
luerunt, ita vt penē nemo
dignetur attendere opera
Dei, mira & stupenda, in
quolibet seminis grano.
Secundū ipsam suā miserī
cordiā seruauit sibi quæ-
dā, quæ faceret oportuno
tēpore, præter vītatū cur-
sum, ordinemq; naturę: vt
nō maiora, sed insolida vi-
dendo, stuperent: quibus
quotidiana viluerūt. Mai⁹
enim miraculū est, guber-
natio totius mūdi: q̄ satura-
tio quinq; milliū hoīm, de
quinq; panibus. Et tamen
hoc nemo miratur. Illud
miratur hoīes, nō quia mai⁹
est: sed quia rarū est. *Quis*
enim, & nūc pascit vniuer-
sum mundum: nisi ille qui
de paucis granis segetes

creat? Fecit ergo quomodo Deus. Unde enim multiplicat de paucis granis segetes: inde manibus suis multiplicauit quinque panes. Potestas enim erat in manibus Christi: panes autē illi quinque, quasi semina erant: nō quidē terrę mādāta: sed ab eo qui terram fecit, multiplicata. *Oratio.*

Concede quęsumus omnipotens Deus, vt qui ex merito nostro actionis affligimur, tuę gratię cōsolatione respiremus. Per dominum.

¶ Feria secūda, ex Genesi.

Lectio prima.

Surrexit Abraham, & adorauit populū terrę, filios videlicet Heth: dixitque ad eos. Si placet animę vestrę, vt sepeliā mortuum meū, audite me, & intercedite pro me apud Ephron filium Seor, vt det mihi speluncā duplicem, quam habet in extrema parte agri sui: pecunia digna tradat eā mihi coram vobis, in possessionem sepulchri. Habitabat autem Ephron in medio filiorum Heth: responditque

Ephrō Hethæus ad Abraham, cunctis audientibus, qui ingrediebatur portam ciuitatis illius, dicens. Nequaquam ita fiet Domine mi, sed tu magis ausculta quod loquor, Agrum trado tibi, & speluncam quę in eo est, pręsentibus filiis populi mei, sepeli mortuū tuum. Adorauit Abraham coram domino, & populo terrę. Et locutus est ad Ephron circumstante plebe eius, Quęro vt audias me, Dabo pecuniā, pro agro, suscipe eam, & sic sepeliā mortuum meum in eo. Responditque Ephron. Domine mi, audi me, Terra quā postulas, quadringētos siclos argenti valet: istud est pretium inter me & te, sed quantū est hoc sepeli mortuum tuum. Quod cū audisset Abraham, appendit pecuniam, quam Ephron postulauerat, audientibus filiis Heth, quadringētos siclos argenti, probatę monetę publicę Confirmatūque est ager quondam Ephronis, in quo erat spelunca duplex, respiciens Mābre. tam ipse quā spe-

lunca, & omnes arbores eius, in cunctis terminis eius, per circuitum Abraham in possessionem, videntibus filiis Heth, & cunctis qui intrabant portam ciuitatis illius. Atque ita sepeliuit Abraham Saram uxorem suam, in spelunca agri duplici, quæ respiciebat Mâbra, hæc est Hebron in terra Chanaan. Et confirmatus est ager, & antrum quod erat in eo, Abraham in possessione monumeti à filiis Heth.

Epistola catholica Iacob Apostoli. cap. i. Lect. ij.

Iacobus, Dei & domini nostri Iesu Christi seruus, duodecim tribubus, quæ sunt in dispersione salutem. Omne gaudium exultimate fratres mei, cum in tentationes varias incidieritis: scientes, quod probatio fidei vestræ, patientiam operatur. Patientia autem, opus perfectum habeat: vt sitis perfecti, & integri, in nullo deficientes. Si quis autem vestrum indiget sapientia, postulet à Deo qui dat omnibus affluenter, & non improprietat: & dabitur illi. Postulet

autem in fide, nihil hæsitans: qui enim hæsitat, similis est fluctui maris, qui à vento mouetur, & circumfertur, non ergo exestimet homo ille, quod accipiat aliquid à domino. Vir duplex animo, inconstans est in omnibus viis suis. Glorietur autem frater humilis, in exaltatione sua: diues autem in humilitate sua: quoniam sicut flos sceni transibit. Exortus est enim sol cum ardore, & arefecit scenu, & flos eius decidit, & decor vultus eius deperit. Ita & diues, in itineribus suis marcescet. Beatus vir qui suffert tentionem: quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ, quæ repromisit Deus diligentibus se. Nemo cum tentatur, dicat, quoniam à Deo tentatur. Deus enim intenerator malorum est. ipse autem neminem tētat. Vnquisque verò tētat, à concupiscentia sua abstractus & illectus. Deinde concupiscentia cum conceperit parit peccatum, peccatum verò cum consummatum fuerit, generat mortē. No-

lite itaq; errare fratres mei dilectissimi. Omne datum optimū, & omne donum perfectū, desursum est descendēs à patre luminū, apud quē nō est transmutatio, nec vicissitudinis obūbratio. volūtarie enim genuit nos verbo veritatis, vt scimus initiū aliquod creaturæ e⁹. Scitis fratres mei dilectissimi. Sit autē omnis homo velox ad audiendū, tardus autē ad loquendū, & tardus ad iram. Ira enim viri, iustitiam dei non operatur. Propter quod abiicientes omnem immunditiā, & abundantiam malitiæ in mansuetudine suscipite insitū verbū, quod potest saluare animas vestras.

Secundum Ioannē. cap. x.

Lectio tertia.

In illo tempore: Prope erat Pascha Iudæorū: & ascendit Iesus Ierosolymam: Et inuenit in tēplo vendentes oues, & boues, & columbas. Et reliqua.

Homilia sancti Aug. epi.

Quid audiuimus fratres? Ecce templum illud figura ad huc erat: & eiecit inde do-

minus omnes, qui sua querebant, qui ad nundinas venerant. Et quæ illi vendebat? Illa quæ opus habebat homines in sacrificiis illius temporis. Nouit enim charitas vestra, quod sacrificia illi populo, pro eius carnalitate, & corde adhuc lapide, talia data sunt: quibus teneretur ne in idola deflueret: & immolabant ibi sacrificia, boues, & oues, & columbas. Nostis quia legistis. Non ergo magnum peccatum: si hoc vendebatur in templo: quod emebatur, vt offerretur in templo: & tamē eiecit illos inde. Qui si ibi ebriosos inueniret, quid faceret dominus, si vendentes ea quæ licita sunt, & contra iustitiā nō sunt, eiecit? Quæ eūm honestē emuntur, non illicitē venduntur. Expulit tamen: & nō est passus, domum orationis, fieri domum negotiationis. Si negotiationis domus, nō debet fieri domus Dei: orationis debet fieri? Nos autem quādo eis ista dicim⁹: strident dentibus suis aduersum nos. Et cōsolatur

nos psalmus, quæ audistis, striderunt super me dentibus suis.

Oratio.

Pro ista quæsumus omnipotens deus, ut observationes sacras annua deuotione recolentes: & corpore tibi placeamus, & mente. Per dominum.

¶ Feria. iij. ex Gen. ca. 24.

Lectio prima.

ERat autem Abraham senex, dierumq; multorum & dominus in cunctis benedixerat ei. Dixitque ad seruum seniorum domus sue, qui præerat omnibus quæ habebat. Pone manum tuam subter femur meum: ut adiurem te per dominum deum cæli & terræ, ut non accipias uxorem filio meo, de filiabus Chanaanorum, inter quos habito: sed ad terram, & cognationem meam proficiascaris, & inde accipias uxorem filio meo Isaac. Respondit seruus, Si noluerit mulier venire mecum in terram hanc, nunquid reducere debeo filium tuum ad locum de quo tu egressus es? Dixitque Abraham, Caue ne quando reducas filium meum

illuc. dominus deus cæli & terræ, qui tulit me de domo patris mei, & de terra natiuitatis meæ, qui locutus est mihi, & iurauit mihi, dicens, Semini tuo dabo terram hanc: ipse mittet angelum suum coram te, & accipies inde uxorem filio meo. Sin autem mulier noluerit sequi te, non teneberis iuramento: filium meum tantum ne reducas illuc. Posuit ergo seruus manum sub femore Abraham domini sui, & iurauit illi super sermone hoc. Tulitque decem camelos de grege domini sui, & abiit, ex omnibus bonis eius portans secum profectusque perrexit in Mesopotamiam, ad urbem Nachor. Cumque camelos fecisset accubere extra oppidum iuxta puteum aquæ vespere, eo tempore quo solent mulieres egredi ad hauriendam aquam, dixit. Domine deus domini mei Abraham, occurre obsecro mihi hodie, & fac misericordiam cum domino meo Abraham. Ecce ego sto prope fontem aquæ, & filiarum habitatorum huius ciuitatis egrediatur, ad hauriendam

aquã. Igitur puella cui ego dixero, Inclina hydriã tuã vt bibam: & illa responde- rit, Bibe, quin & camelis tuis dabo potum: ipſa eſt quã præparavi ſeruo tuo Iſaac, & per hoc intelligã, quod feceris miſericordiã cum domino meo.

Hex epist. Iacobi. Lect. ij.

F Stote autem factores verbi, & non auditores tantum: fallentes vosmetipſos. Quia ſi quis auditor eſt verbi, & non fa- ctor: hic comparabitur vi- ro, cõſideranti vultum na- tiuitatis ſuę in ſpeculo, cõ- ſiderauit em̄ ſe, & abiit, & ſtatim oblitus eſt qualis fue- rit. Qui autem perſpexe- rit in lege perfectã liber- tatis, & permãſerit in ea, non auditor obliuiſus fa- ctus, ſed factor operis. Hic beatus in facto ſuo erit. Si quis autẽ putat ſe religio- ſum eſſe, non refrenãſ lin- guam ſuam, ſed ſeducens cor ſuũ: huius vana eſt re- ligio. Religio munda, & im- maculata apud Deũ & pa- trem, hæc eſt. Viſitare pu- pillos, & viduas in tribula- tione eorum, & immacu-

latum ſe cuſtodire ab hoc ſeculo. Fratres mei: nolite in perſonarum acceptio- ne habere fidẽ domini no- ſtri Ieſu Chriſti glorię, Et- enim, ſi introierit in con- uetum veſtrum vir, aureũ annulum habens in veſte candida, introierit autem & pauper, in ſordido habi- ta, & intendatis in eũ qui indutus eſt veſte præclara, & dixeritis ei, Tu ſede hic bene: pauperi autem dica- tis, Tu ſta illic, aut ſede ſub ſcabello pedum meo- rum: nonne iudicatis apud vosmetipſos, & facti eſtis iudices cogitationum ini- quarum? Audite fratres di- lectiſſimi. Nonne Deus e- legit pauperes in hoc mõ- do, diuites in fide, & hæ- res regni, quod repromi- ſit Deus diligentibus ſe? Vos autem exhonoraſtis pauperem. Nonne diuites per potentiam opprimunt vos: & ipſi trahunt vos ad iudicia? Nonne ipſi blaſphe- mant bonum nomẽ, quod inuocatum eſt ſuper vos? Sitamen legem perficitis regalem ſecũdum ſcriptu- ras, Diliges proximũ tuũ ſicut

sicut teipsum: benefacitis, si autem personam accipitis, peccatum operamini, redarguti à lege quasi transgressores.

Secundum Ioannē. esp. 7.

Lectio tertia.

In illo tempore: iam die festo mediante ascendit Iesus in templum. & docebat, & admirabantur Iudæi. Et reliqua.

Homilia scti August. epi

Ille qui latebat, docebat: & palā loquebatur, & non tenebatur. Illud enim vt lateret, erat causa exempli, hoc potestatis. Sed cum doceret, mirabantur Iudæi. Omnes quidem (quantum arbitror) mirabantur: sed non omnes cū vertebatur. Ec vnde admiratio? quia multi nouerant vbi natus: quemadmodū fuerat educatus: nunquam eum viderant discentem literas. Audiebant autē eum de lege disputantem: legis testimonia proferentem: quæ nemo poterat profere, nisi legisset: nemo legere, nisi literas didicisset. Et ideo mirabantur. Eorū autem admiratio, magistra facta

Est est insinuandę alicuius veritatis occasio. Ex eorū quippe admiratione, & verbis dixit dominus aliquid profundum, & diligentius inspicere, & discuti dignum. Propter quod intentam facio charitatem vestrā: non solum ad audiendum pro vobis: sed etiā ad orādum pro nobis. Quid ergo dominus respondit eis admiratibus quomodo sciret literas, quas non didicerat? Mea doctrina (inquit) nō est mea: sed eius qui misit me. Hæc est enim profunditas prima. Videtur enim paucis verbis, quasi cōtraria locutus. Non enim ait: ista doctrina non est mea, Sed mea doctrina non est mea. Si non tua quomodo tua? si autem tua, quomodo non tua? Tu enim dicis vtrunq;: & mea doctrina, & non mea. Nā si dixisset, ista doctrina non est mea: nulla esset quæstio.

Orō.

Sacre nobis quæsumus Domine obseruationis ieiunia, & pax conuersationis augmentum, & tuę ppitiationis cōtinuū præstent auxilium. Per.

B.

N.

G

¶ **Feria. iiii. ex Gen. Lec. j.**

Nedum intra se verba compleuerat, & ecce Rebecca egrediebatur filia Bathuel filij Melchæ vxoris Nachor fratris Abraham, habes hydriam in scapula sua: puella decora nimis, virgoque pulcherrima, & incognita viro: descenderat autem ad fontem, & impleuerat hydriam, ac reuertebatur. Occurritque ei seruus, & ait. Pauxillum aquæ mihi ad sorbendum præbe de hydria tua. **Q**uæ respondit. Bibe Domine mi Celeriterque deposuit hydriam suam per vnam suam, & dedit ei potum. Cumque ille bibisset, adiecit. **Q**uin & camelis tuis hauria aquam, donec cuncti bibant. Effundensque hydriam in canalibus, recurrit ad puteum, ut hauriret aquam: & hausta omnibus camelis dedit. Ille autem contempnabatur eam tacitus, scire volens vtrum prosperum iter suum fecisset dominus, an non. Postquam autem biberunt cameli, protulit vir in aures aureas, appendentes siclos duos: & ar-

millas totidem, pondo siclorum decem. Dixitque ad eam. Cuius es filia? in dica mihi, est in domo patris tui locutus ad manendum? **Q**uæ respondit, filia sum Bathuelis filij Nachor, quem peperit ei Meleha, & addidit, dicens. Palearum quoque & forni plurimum est apud nos, & locus spatiosus ad manendum inclinauit se homo, & adorauit dominum, dicens, Benedicte dominus deus domini mei Abraham, qui non abstulit misericordiam & veritatem suam a domino meo, & recto itinere me perduxit in domum fratris domini mei. Cucurrit itaque puella, & nuntiauit in domum matris suæ, omnia quæ audierat. Habebat autem Rebecca fratrem, nomine Labam: qui festinus egressus est ad hominem, ubi erat fons. Cumque vidisset in aures, & armillas, in manibus sororis suæ, & audisset cuncta verba referentis. Hæc locutus est mihi homo: venit ad virum qui stabat iuxta camelos, & prope fontem aquæ, dixitque ad eum. Ingredere benedictæ domini. cur so-

ris stas? præparavi domū,
& locum camelis tuis. Et
introduxit eū in hospitium:
ac destravit camelos, dedit
que paleas, & scenum, & a-
quam ad lauādos pedes ca-
melorū, & virorū, qui ve-
nerant cum eo. Et apposi-
tus est in cōspectu eius pa-
nis. Qui ait. Non comedā
donec loquar sermones
meos, Rñdit ei, Loquere.

¶ **Ex epist. Iacobi. I. cc. 17**

Q Vicunque autē to-
tam legem seruau-
erit: offendat autē
in vno: factus est omnium
reus. Qui enim dixit, Nō
mochaberis: dixit & Non
occides. Quod si non mō-
chaberis, occides autē: fa-
ctus es transgressor legis.
Sic loquimini, & sic facite,
sicut per legem libertatis,
incipientes iudicari. Iudi-
cium enim sine misericor-
dia, illi qui nō facit miseri-
cordiam. Superexaltat au-
tem misericordia iudiciū.
Qui pderit, fratres mei,
si fidem quis dicat se habe-
re: opera autē non habeat?
Nunquid poterit fides ser-
uare eū? Si autē frater, aut
soror nudi sint, & indigeāt

viētū quotidiano, dicat au-
tem aliquis ex vobis, illis,
Ite in pace, calefacimini, &
saturamini: non dederitis
autem eis quæ necessaria
sunt corpori: quid prode-
rit? Sic & fides, si non ha-
beat opera, mortua est in
semetipsa. Sed dicet quis.
Tu fidē habes, & ego ope-
ra habeo, ostende mihi fi-
dem tuam sine operib⁹: &
ego ostendam tibi ex ope-
ribus fidem meam. Tu cre-
dis, qđ vnus est deus, Be-
ne facis: & dæmones cre-
dunt, & cōtemiscunt. Vis
autē scire ò homo inanis,
quoniā fides sine operib⁹
mortua est? Abrahā pater
noster, nōne ex operibus
iustificatus est, offerens I-
saac, filium suum, super al-
tare? Vides quoniam fides
cooperabatur operibus il-
lius: & ex operib⁹ fides cō-
summata est. Et suppleta
est scriptura, dicens, Cre-
didit Abraham deo, & re-
putatū est illi ad iustitiā,
& amicus dei appellat⁹ est.
Vidētis quoniā ex operi-
bus iustificatur hō: & non
ex fide tantum? Similiter,
& Raab meretrix, nōne ex

Feria. v. Dulce. iiii. quadragesima.

operibus iustificata est, suscipiens nuntios, & alia via efficiens? Sicut enim corpus sine spiritu, mortuum est: ita & fides sine operibus, mortua est.

Secundū Ioannem. cap. 6.

Lectio tertia.

In illo tempore: Praeteriens Iesus vidit hominē cæcū à natiuitate. Et re-

Homilia sancti Aug. epi.

Exiens Iesus, vidit hominem cæcum: non utcūq; cæcum: sed à natiuitate. (Et interrogauerunt eum discipuli eius, Rabbi?) Scitis quia Rabbi, magister est. Magistrū appellabant: quia discere desiderabant, Quæstionem quæ ppe dño proposuerūt tanquam magistro. (Quis peccauit hic, aut parentes eius, ut cæcus nasceretur? Respondit Iesus. Neq; hic peccauit neq; parentes eius.) Quid est hoc quod dixit? Si nullus homo sine peccato: nunquid parētes huius cæci, sine peccato erant? Nūquid ipse, vel sine originali peccato natus erat: vel viuendo nihil addiderat? An quæ oculos clau-

fos habebat, concupiscētia minime vigilabat? Quanta etiam mala cæci committunt? A quo mala abstinēt mens mala, etiam oculis clausis? Nō poterat videre, sed nō uerat cogitare: & forte concupiscere aliquid, quod cæcus nō posset implere. Sed in corde iudicari à nullo potest: nisi à cordis perscrutatore. Sed ergo & parentes eius habuerunt peccatū: & iste habuit peccatū: quare dominus dixit, neque hic peccauit neq; parentes eius nisi ad rem de qua interrogatus est: ut cæcus nasceretur? Habebant enim parentes eius peccatū: sed nō ipso peccato factū est, ut cæcus nasceretur. *Oratio.*

Deus, qui & iustis, præmia meritorum & peccatoribus, per ieiunium veniam præbes: miserere supplicibus tuis: ut reatus nostri confessio: indulgentiā percipere valeat delictorum. Per do.

¶ Fei. v. ex Genesi. Lec. j.

AT ille, Seruus inquit, Abrahæ sum. Et Dominus benedixit domino meo, valde,

magnificatusque est: & dedit ei oves, & boues, argentum, & aurū, seruos, & ancillas, camelos, & asinos. Et peperit Sara vxor Domini mei filium dño meo, in senectute sua, deditque illi omnia quæ habuerat. Et adiurauit me dñs me^o, dicens. Nō accipies vxorē filio meo, de filiabus Chanaanorum, in quorum terra habito: sed ad domū patris mei perges, & de cognatione meā accipies vxorē filio meo. Ego verò respōdi domino meo. Quid si noluerit venire mecum mulier? dominus, ait, in cuius cōspectu ambulo, mitteret angelum suum tecum, & diriget viam tuam. accipiesq; vxorem filio meo, de cognatione meā: & de domo patris mei. Innocēs eris à maledictione meā, cum veneris ad proximos meos, & non dederint tibi. Veni ergo hodie ad fontem aquæ, & dixi. Domine De^o domini mei Abraham, si direxisti viā meā, in qua nunc ambulo, eccēsto iuxta fontem aquæ, & virgo quæ egredietur ad

hauriendam aquam, audierit à me, Da mihi pauxillum aquæ, ad bibendum, de hydria tua & dixerit mihi: Et tu bibe, & camelis tuis hauriam: ipsa est mulier quam preparauit dominus filio dñi mei. Dumque hæc tacitus mecū voluerē, apparuit Rebecca, veniens cum hydria, quam portabat in scapula: descenditq; ad fontem, & hausit aquā. Et aio ad eā, Da mihi paululū bibere. Quæ festinans, deposuit hydriā de humero, & dixit mihi. Et tu bibe, & camelis tuis tribuā potum. Bibi, & ad aquam camelos: interrogauitque eam, & dixi. Cuius es filia? Quæ respondit. Filia Bathuelis sum filij Nachor. quem peperit ei Melcha. Suspendi itaque in aures, ad ornandam faciem eius: & armillas posui in manibus eius. Pronusque adorauī dominum, benedicens domino deo domini mei Abraham, qui perduxit me recto itinere, vt sumerem filiam fratris domini mei, filio eius. Quā ob rem si facitis misericor

diam, & veritatem cū domino meo indicate mihi: si autem aliud placet: & hoc dicite mihi: vt vadā ad dextorā, siue ad sinistrā.

¶ Ex epistola beati iacobi cap. 3. Lectio. ij.

Nolite plures magistri fieri, fr̄es mei, scientes, quoniam maius iudiciū sumitis. In multis enim offendimus oēs. Si quis in verbo non offendit: hic perfectus est vir, potēs etiā fr̄eno circūducere totam corpus. Si autē equis frena, in ora mittimus: ad cōsentiendū nobis, omne corpus illorum circumferimus. Et ecce, naues cūm magnę sint, & à ventis validis minentur: circumferūtur à modico gubernaculo: vbi impetus dirigentis voluerit. Ita & lingua, modicū quidem membrū est, & magna exaltat. Ecce quantus ignis, quam magnam sylvam incēdit. Et lingua, ignis est, vniuersitas iniquitatis. Lingua cōstituitur in mēbris nostris, quę maculat totū corpus, & inflāmat rotam natiuitatis nostrę, inflam-

mata à gehenna. Omnis enim natura bestiarū, & volucrum, & serpentū, & ceterorum domantur & domita sunt à natura humana: linguam autem nullus hominum domare potest, inquietum malū, plena veneno mortifero. In ipsa benedicimus deū, & patrem: & in ipsa maledicimus homines, qui ad imaginem, & similitudinem dei facti sunt. Ex ipso ore procedit benedictio, & maledictio. Non oportet fratres mei, hęc ita fieri. Nūquid fons de eodē foramine emanat dulcem, & amaram aquā? Nunquid potest, fratres mei, ficus vvas facere: aut vitis, ficus? Sic neq; salsa, dulcē potest facere aquā. Quis sapiens, & disciplinatus inter vos? Ostendat ex bona cōuersatione operationem suā, in mansuetudine sapiētę. Quod si zelum amarum habetis, & cōtentiones sint in cordibus vestris: nolite gloriari, & mendaces esse aduersus veritatem: non est enim ista sapientia desursum descēdens à patre luminum: sed

terrena, animalis, diabolica. Vbi enim zelus, & contentio: ibi inconstantia, & omne opus prauum. Quæ autem de sursum est sapientia, primum quidē pudica est, deinde pacifica, modesta, suadibilis, bonis consentiens, plena misericordia, & fructibus bonis, iudicās sine simulatione. Fructus autē iustitiæ, in pace seminatur facientibus pacem.

Secundum Luca. cap. 7.

Lectio tertia.

In illo tempore: ibat Iesus in ciuitatem quæ vocatur Naim: & ibant eum discipuli eius, & turba copiosa. Et reliqua.

Homilia sancti Ambrosij episcopi.

Hic locus ad utranque redū dat gratiam, & citō flecti diuinam misericordiam matris viduæ lamētatiōe credam⁹: eius præcipuē, quæ vnici filij, vel labore, vel morte frangatur. Cui tamē viduæ grauitatis meritū exequiarum turba cōciliet. Et hęc viduam populorum turba septē, plus videri esse quā femina: quæ resurrectio-

nem vnici adolescentis filij sui, lachrymis meruerat impetrare, eo quod sancta ecclesia, populum iuniorem à pompa funeris atque supremi sepulchri suarū reuocet ad vitam contemplatione lachrymarum. Quæ flere prohibetur eū cui resurrectio debebatur. Qui quidē mortuus in loculo, materialibus quatuor ad sepulchrum ferebatur elementis: sed spem resurgendi habebat: quia ferebatur in ligno. Quod etsi nobis ante non proderat, tamen, posteaquā Iesus id tetigit, proficere cœpit ad vitam: vt esset indicio salutem populo, per crucis patibulū refundendam. Audito igitur Dei verbo, steterunt acerbi illius funeris portitores: qui corpus humanum lethali fluxu naturæ materialis vrgebant. Quid enim aliud, nisi quodam feretro hoc est supremi funeris instrumento, iacemus exanimis, cū vel ignis modicæ cupiditatis exæstuat: vel frigid⁹ humor exūdāt: vel pigra quadā corporis hebetudine, vigor hebetatur

animorū vel concreta no-
ster spiritus labe puræ lu-
cis vacuus alit mentem?
Hi sunt nostri funeris por-
titores.

Oratio.

Presta quæsumus om-
nipotēs deus: vt quos
ieiunia votiuā casti-
gant: ipsa quoq; deuotio
sancta lætificet: vt terrenis
affectib⁹ mitigatis, facilius
cælestia capiamus. Per.

¶ Feria sexta, ex Genesi.

Lectio prima.

Responderuntq; La-
ban, & Bathuel, A
dno egressus est ser-
mo: non possumus extra
placitum eius quicquā a-
liud loqui tecum. En Re-
becca corā te est, tolle eā,
& proficiscere: & sit vxor
filij domini tui, sicut locu-
tus est Dominus. **Q**uod
cū audisset puer Abra-
ham, procidens adorauit
in terram dominum. Pro-
latisq; vasīs argenteis, &
aureis, ac vestib⁹, dedit ea
Rebecca, pro munere: fra-
trib⁹ quoq; eius, & matri,
dona obtulit. Initoq; cō-
uiuio, vescentes pariter, &
bibētes māserunt ibi. Sur-
gens autem mane, locutus

est puer. Dimitte me, vt va-
dam ad dominum meum.
Responderuntq; fratres e-
ius, & mater. Maneat puel-
la saltem decem dies apud
nos, & postea proficisce-
tur. Nolite, ait, me retine-
re, quia Dominus direxit
viam meā: dimittite me vt
pergam ad dominū meū.
Et dixerūt, Vocem⁹ puel-
lā, & quæramus ipsius vo-
luntatem. Cūq; vocata
venisset, suscitati sunt. Vis-
ire cū homine isto? **Q**uæ
ait, Vadam. Dimiserunt er-
go eam, & nutricem illius,
seruumq; Abraham, &
comites eius: imprecantes
prospera sorori suæ, atq; uo-
dicentes, Soror nostra es,
crescas in mille millia, &
possideat semen tuū por-
tas inimicorum suorum.
Igitur Rebecca, & puellæ
illius, ascensis camelis, se-
quutæ sunt virum: qui fe-
stinus reuertebatur ad do-
minum suū. Eo autē tem-
pore deambulabat Isaac,
per viam quæ ducit ad pu-
teum, cuius nomen est vi-
uentis, & videntis: habita-
bat enim in terra australi.
Et egressus fuerat ad medi-

tandum in agro, inclinata iam die: cum que eleuasset oculos vidit camelos venientes procul. Rebecca quoque conspecto Isaac, descendit de camelo, & ait ad puerum. **Q**uis est ille homo qui venit per agrum in occursum nobis? Dixitque ei. Ipse est Dominus meus. At illa tollens cito pallium suum, operuit se. Seruus autem, cuncta quæ gesserat, narrauit domino suo Isaac. **Q**ui introduxit eam in tabernaculum Sarae matris suæ, & accepit eam vxorē: & intantum dilexit eam, vt dolorē qui ex morte matris eius acciderat, temperaret.

¶ Ex epistola prima Iacob. cap. 4. Lectio secunda.

Vnde bella, & lites in vobis? Nonne ex concupiscentiis vestris quæ militant in membris vestris? Concupiscitis, & non habetis: occiditis, & non habetis: & non potestis adire: zelatis, & non potestis adire: litigatis, & belligerati, & non habetis, propterea quod non postulastis. Petitis, & non accepistis, eo quod male petatis: vt in eò

cupiscentiis vestris insumatis. Adulteri, nescitis quod amicitia huius mundi inimica est dei? Quicumque ergo voluerit amicus esse seculi huius: inimicus dei constituitur. An putatis quod inaniter scriptura dicat, Ad inuidiam concupiscit spiritus qui habitat in vobis? Maiorem autem dat gratiā. Propter quod dicit, Deus superbis resistit: humilibus autem dat gratiā. Subditi ergo estote deo: resistite autem diabolo: & fugiet à vobis. Appropinquate deo: & appropinquabit vobis. Emundate manus peccatores: & purificate corda, duplices animo. Miseri estote, & lugete, & plorate, risus vester in luctum conuertatur, & gaudium, in mœrorē. Humiliamini in cōspectu domini, & exaltabit vos. Nolite detrahēre alterutrum, fratres mei. **Q**ui detrahit fratri, aut qui iudicat fratrem suum detrahit legi, & iudicat legem. Si autem iudicas legem, non es factor legis, sed iudex. Vnus est enim legislator, & iudex,

qui potest perdere, & liberare. Tu autem quis es qui iudicas proximum tuum? Ecce nunc qui dicitis, Hodie, aut crastino, ibim⁹ in illam ciuitatem, & faciem⁹ ibi quidem annum, & mercabimur, & lucrum faciemus (qui ignoratis quid erit in crastino. *Quæ* est enim vita vestra? Vapor est, ad modicum parés, & deinceps exterminabitur) pro eo ut dicatis, Si dominus voluerit, & si vixerimus, faciemus hoc aut illud. Nunc autem exultatis in superbis vestris. Omnis exultatio talis, maligna est. Scienti igitur bonum facere, & non facienti: peccatum est illi.

Secundum Ioannem. cap. 12.

Lectio tertia.

In illo tempore: Erat quidem languens Lazarus in Bethania, de castello Mariæ, & Marthæ, sororum eius. Et reliqua.

Homilia scti Augustini. epi.

In superiori lectioe ministris: quod domin⁹ exiit de manib⁹ eorum qui lapidare eum voluerat: & discessit trans Iordanem;

ubi Ioannes baptizabat. Ibi domino constituto, infirmabatur in Bethania Lazarus: quod castellum erat proximum Ierosolymis. Maria autem erat, quæ vnxit dominum vnguento & extersit pedes eius capillis suis. cuius frater Lazarus infirmabatur. Miserunt ergo sorores ad eum, dicentes. Domine: Ecce quem amas infirmatur. Iam intelligimus quo miserunt, ubi erat dominus quoniam absens erat: Trans Iordanem scilicet, miserunt ad dominum: nuntiâtes, quod ægrotaret frater earum: ut dignaretur venire: & cum ab ægrotidine liberare: ille distulit sanare, ut posset resuscitare. *Quid* ergo annuntiauerunt sorores eius? Domine, ecce quem amas, infirmatur. Non dixerunt, veni. Amanti enim, tantummodo nuntiandum fuit, Non aude sunt dicere: veni & sana: nõ aude sunt dicere: ibi iube, & hic fiet. Cur enim non & istæ, sicut fides illius Cæturionis, inde laudatur: Ait enim, Non sum dignus: ut intres sub tectum meum:

sed tantum die verbo, & sanabitur puer meus: nihil horum istæ. Sed tantummodo. Domine, ecce quæ amas infirmatur. Sufficit ut noueris nõ enim amas, & deseris. Sed dicet aliquis. Quomodo per Lazarum peccator significabatur, & à domino sic amabatur? Audiatur eum dicentem: Nõ veni vocare iustos, sed peccatores.

Oratio.

Deus qui ineffabilibus mundum renouas sacramentis præstita quæsumus: ut ecclesia tua, & æternis proficiat institutis: & temporalibus non destituatur auxilijs. Per

Hodie dicitur Matutinum defunctorum.

Sabba. ex Gene. cap. 25.

Lectio prima.

Abraham verò aliam duxit vxorẽ, nõe Ceturã, quæ peperit ei Zanram, & Iecsan, & Madan, & Madiam, & Iechoc, & Sue. Iecsan quoque genuit Saba, & Dadam. Filij Dadã fuerunt, Assurim, & Latussi, & Laomim. At verò ex Madiam, ortus est Epha & Epher, & Enoch

& Abida, & Eldaa: omnes hi, filij Ceturæ. Deditque Abraham cuncta quæ possederat, Isaac filiis autem concubinarum largitus est munera, & separabit eos ab Isaac filio suo, dum adhuc ipse viueret, ad plagam orientalem. Fuerunt autem dies vitæ Abrahæ, cētū septuagintaquinque anni. Et deficiens mortuus est in senectute bona, prouectæque ætatis, & plenus dierum: congregatusque est ad populū suum. Et sepelierunt eum Isaac, & Ismahel filij sui, in spelunca duplici, quæ sita est in agro Ephron filij Seor Hethæi, è regione Mambre, quam emerat à filij Heth ibi sepultus est ipse & Sara vxor eius. Et post obitum illius, benedixit deus Isaac filio eius, qui habitabat iuxta puteum nomine Viuentis & videntis. Ex sunt generationes Ismael, filij Abrahæ, quem peperit ei Agar Aegyptia, femina Saræ. & hæc nomina filiorum eius, in vocabulis, & generationibus suis. Primogenitus Ismahelis Nabaioth, deinde Cedar,

Sabbato.

& Adbeel, & Mahisam: Mas
ma quoq; & Duma, & Mas
sa, Hadad & Thema, & Ie
tur, & Naphis, & Cedma:
isti sunt filij Ismahelis, &
hæc nomina per castella &
oppida eorum, duodecim
principes tribuum suarū.
Et facti sunt anni vitæ Is
mahelis, centum triginta
septē, deficiensq; mortuus
est & appositus ad populū
suum. Habitauit autem ab
Euila vsq; Sur, quæ respi
cit Aegyptum introeunti
bus Assyrios, coram cun
ctis fratribus suis obiit.

¶ **Ex epistola Iacobi. ca. 5.**

Lectio secunda.

AGite nunc diuites,
plorare, vlulātes in
miseriis vestris, quæ
aduenient vobis. Diuitiæ
vestræ putrefactæ sunt: &
vestimenta vestra à tineis
comesta sunt. Aurū, & ar
gentum vestrum, ærugina
uit. & ærugo eorū, in testi
monium vobis erit. & mā
ducabit carnes vestras si
cut ignis. Thesaurizastis
vobis iram, in nouissimis
diebus. Ecce merces opera
riorum, qui messuerūt re
giones vestras, quæ frau

data est à vobis, clamat: &
clamor eorū, in aures Dñi
sabaoth introiuit. Epulati
estis super terram & in lu
xuriis enutristis corda ve
stra. In die occisionis addi
xistis, & occidistis iustum:
& non restitit vobis. Patie
tes igitur estote fratres, vs
que ad aduentum domini.
Ecce, agricola expectat
pretiosum fructum terræ:
patienter ferens donec ac
cipiat tēporaneū: & seroti
nū. Patientes igitur estote
& vos, & cōfirmate corda
vestra: quoniam aduentus
domini appropinquabit.
Nolite ingemiscere fratres
in alterutrum: vt non iudi
cemini. Ecce, iudex ante
ianuam assistit. Exemplū
accipite fratres ex itus ma
li laboris, & patientiæ, pro
phetas: qui locuti sunt in
noīe Dñi. Ecce beatifica
mus eos qui sustinuerunt.
Sufferētiam Iob audistis,
& finem Domini vidistis,
quod misericors dominus
est, & miserator. Ante om
nia autem fratres mei, no
lite iurare, neq; per cælū:
neq; per terrā, neq; aliud,
quodcūque iuramentum.

Sit autem sermo vester, est
est, non non, vt nō sub iu-
dicio decidatis. Tristatur
autē aliquis vestrum? oret
quo animo, & psallat. In-
firmatur quis in vobis? in-
ducatur presbyteros eccle-
siaz, & orent super eum, vn-
gentes cum oleo, in nomi-
ne domini: & oratio fidei
saluabit infirmum, & alle-
uiabit eū dominus: & si in
peccatis sit remittentur ei.
Confitemini ergo alteru-
trum peccata vestra. & ora-
te pro inuicem: vt saluemi-
ni: multum enim valet de-
precatio iusti assidua. Elias,
nō erat similis nobis passi-
bilis: & oratione orauit, vt
nō plueret sup terrā, & nō
pluit annos tres, & menses
sex. Et rursus orauit. &
caelum dedit pluuiā & ter-
ra dedit fructum suū. Fra-
tres mei, si quis ex vobis
errauerit à veritate, & con-
uerterit quis eū, scire de-
bet, quoniā qui cōuertit fe-
cerit peccatorē ab errore
vix suæ, saluabit animam
eius à morte, & operiet mul-
titudinem peccatorum.

Secundū. Ioannē. cap. 8.
Lectio tertia.

In illo tēpore, Dicebat
Iesus turbis Iudæorum:
Ego sum lux mundi.
Qui sequitur me, non am-
bulat in tenebris: sed habe-
bit lumen vitę. Et reliqua.

Homilia scti Augusti. epi.

Quod nunc ait domi-
nus: Ego sum lux
mundi: clarū pu-
to esse eis qui habent oculo-
s: vnde huius lucis partici-
pes fiant. Qui autē nō
habent oculos, nisi in sola
carne mirantur quod di-
ctum est à dño Iesū Chri-
sto. Ego sum lux mundi.
Et fortē non desit qui di-
cat apud semetipsum. Nū-
quid fortē dominus Chri-
stus, est sol iste qui ortu, &
occasū suo peragit diem?
Non enim defuerunt hæ-
retici qui ista senserūt. Ma-
nichæi solem istum oculis
carnis visibilem expositū,
& publicum, nō tantū ho-
minibus, sed etiam pecori-
bus ad videndum Christū
dñm esse putauerunt. Sed
catholicę ecclesię recta fi-
des improbat tale cōmen-
tum, & diabolicam doctri-
nam esse cognoscit, credē-
do. Non solū autē cogno-

Dominica de passione.

scit credendo: sed in quibus potest, cōvincit etiā disputando. Improbemus itaq; huiusmodi errorem, quē sancta ab initio anathematizavit ecclesia. Non arbitremur Dñm Iesum, hunc esse solē, quē videm⁹ oriri ab oriente, occidere in occidente: cuius cursui nox succedit, cuius radii nube obumbrātur, qui certo de loco in locū motione trāsmigrat. Non est hic dominus Iesus Christus, Nō est Christ⁹ sol factus: sed per quem sol factus est: omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factū est nihil. Est ergo lux, quæ fecit hęc lucem.

Oratio

Iat domin⁹ quęsumus per gratiam tuam, fructuosus nostrę devotionis affectus: quia tunc nobis proderunt suscepta ieiunia: si tuę sint placita pietati. Per dominum.

¶ Dñica de passiōe ad matut. Inuita. Christum dei filium, qui sua nos passione redemit. Venite adore.

Hoc inuitato. cū hymni: Pange lingua. **Ad matut.** & Vexilla regis. **Ad vesp.**

dicuntur vsq; ad feriā quinquagesimam in cœna Dñi. exclusiue nisi agendum sit de aliquo festo dupl. **Hymnus.**

PAnge lingua gloriosū Prælium certaminis, Et super crucis trophæū, Dic triumphū nobilem. Qualiter redemptor orbis immolatus vicerit.

De parentis protoplasti Fraude facta condolens: Quando pomi noxialis, Morte morsu corruit, Ipse lignum tunc notauit, Damna ligni vt solueret.

Hoc opus nostrę salutis Ordo depoposcerat: Multiformis proditoris Ars vt artem falleret: Et medelam ferret inde, Hostis vnde læserat.

Quando venit ergo sacri, Plenitudo temporis: Missus est ab arce patris, Natus orbis conditor, Atque ventre virginali, Caro factus prodiit.

Vagit infans inter arcta Conditus præsepia: Membra pannis inuoluta, Virgo mater alligat: Et manus pedesque crura, Stricta cingit fascia.

Gloria & honor deo,

Vsquequo altissimo, Vna Patri filioq; , Inclito paracletio. Cui laus est & potestas, Per in mensa secula. Amē. *an.* Popule meus, quid feci tibi. aut quid molestus fui, responde mihi.

¶ *Notandū, q̄ omnes an. vsq; ad pasch. dñr integrè in principio, & in fine ad matut. laudes, & vespas.*
¶ *Hic interrumpitur liber Genesis, vsq; ad seriam secundam Paschæ.*

¶ *Ex libro Sapient. Lec. ij.*

Dixerunt impij apud se, nõ rectè cogitant. Circuueniamus iustum: quoniã inutilis est nobis, & cõtrarius est operibus nostris, & improperat nobis peccata legis, & diffamat in nos peccata disciplinae nostræ. Promittit se scientiã dei habere, & filium dei se nominat. Factus est nobis in traductione: in cogitationum nostrarum. Gravis est nobis etiã ad videndũ, quoniã dissimilis est aliis vita illius, & immutata sunt vię eius. Tanquã nugaces æstimati sumus ab illo, & abstinet se à viis nostris, tanquam ab immũdi-

tis, & præfert nouissima iustorum, & gloriatur patrem se habere deũ. Videamus ergo, si sermones illius veri sint, & tentemus, quæ vëtura sunt illi, & sciemus quæ erũt nouissima illius. Si enim est verus filius dei, suscipiet illum, & liberabit illũ de manu contrariorũ. Contumelia, & tormento interrogemus eũ, vt sciamus reuerentiã eius, & p̄bemus paciẽtiã illius. Morde turpissima condẽnemus eũ, erit em̄ ei respectus ex sermonib; illius. Hęc cogitauerũt, & errauerũt: ex cõcauit em̄ illos malitia eorum. *Secundũ Matthæũ.*

cap. 20. Lectio. ij.

Et factus est: cõsummasset Iesus sermones hos omnes, dixit discipulis suis. Scitis quia post biduum pascha fiet, & filius hominis tradetur, vt crucifigatur. Tũ congregati sunt principes sacerdotũ, & seniores populi, in atrium principis sacerdotum, qui dicebatur Caiphã, & consiliũ fecerunt, vt Iesum dolo tenerent, & occideret. Dicebãt

Dominica de passione.

autem. Non in die festo, ne forte tumultus fieret in populo. Cum autem Iesus esset in Bethania, in domo Simonis Leprosi, accessit ad eum mulier, habens alabastrum unguenti pretiosi, & effudit super caput ipsius recubentis. Videntes autem discipuli eius, indignati sunt dicentes. Vt quid perditio hæc? potuit enim istud venundari multo, & dari pauperibus. Sciebat autem Iesus ait illis. Quid molesti estis huic mulieri? opus enim bonum operata est in me, nam semper pauperes habebitis vobiscum: me autem non semper habebitis. Mittens enim hæc unguentum hoc in corpus meum: ad sepeliendum me, fecit. Amen dico vobis, ubicumque prædicatum fuerit hoc euangelium in toto mundo dicetur, & quod hæc fecit in memoria eius. Tunc abiit vnus de duodecim, qui dicitur Iudas Iscariotes ad principes sacerdotum: & ait illis, Quid vultis mihi dare, & ego vobis eum tradam? At illi constituerunt ei triginta argenteos. Et exinde quærebat opportunitatem, ut eum traderet. Prima autem die azymorum accesserunt discipuli ad Iesum dicentes. Vbi vis paremus tibi comedere pascha? At Iesus, dixit, Ite in ciuitatem ad quendam: & dicite ei, Magister dicit. Tempus meum prope est, apud te facio pascha cum discipulis meis. Et fecerunt discipuli, sicut constituit illis Iesus, & parauerunt pascha. Vespere autem facto, discubebat cum duodecim discipulis suis. Et edentibus illis, dixit. Amen dico vobis, quia vnus vestrum me traditurus est. Et contristati valde, cœperunt singuli dicere. Nunquid ego sum domine? At ipse respondens, ait. Qui intingit mecum manum in paropside, hic me tradet. Filius quidem hominis vadit, sicut scriptum est de illo. Vt autem homini illi per quem filii hominis tradetur bonum erat ei, si natus non fuisset homo ille. Respondens autem Iudas qui tradidit eum, dixit. Nunquid ego sum Rabbi? Ait illi, Tu dixisti. Cœnatibus autem eis, accepit Iesus panem, & benedixit, ac fregit, deditque discipulis

pulis suis, & ait. Accipite
& comedite hoc est corp⁹
meum. Et accipies calicē,
gratias egit, & dedit illis,
dicens, Bibite ex hoc om-
nes. Hic est enim sanguis
meus, noui testamenti: qui
pro multis effundetur, in
remissionem peccatorum.
Dico autem vobis, non bi-
bam amodo de hoc geni-
mine vitis, vsque in diem
illum, cū illud bibam vo-
biscum nouū, in regno pa-
tris mei. Et hymno dicto,
exierunt in montem oliue-
ti. Tūc dicit illis Iesus. O-
mnes vos scandalum patie-
mini in me, in ista nocte.
Scriptum est enim. Percu-
tiam pastorem, & dispergē-
tur oves gregis. Postquam
autem resurrexero præce-
dā vos in Galilā. Respō-
dens autem Petrus, ait illi.
Et si omnes scādalizati fue-
rint in te, ego nunquā scā-
dalizabor. Ait illi Iesus. A-
men dico tibi, quia in hac
noctē, antequam gallus cā-
tet, ter me negabis. Ait illi
Petrus. Etiam si oportue-
rit me mori tecum, non te
negabo. Similiter & omnes
discipuli dixerunt.

B. N.

Secundū Iosnēm. Cap. 8.

Lectio tertia

In illo tempore: Dicebat
Iesus turbis Iudæorum,
& principibus sacerdo-
tū. **Q**uis ex vobis arguet
me de peccato. Et reliqua.

Homilia sancti Greg. pap.

Perlate fratres charis-
simi mansuetudinem
Dei: Relaxare pecca-
ta venerat, & dicebat. **Q**uis
ex vobis arguet me de pec-
cato? Non dedignatur ex-
ratione ostendere se pecca-
torem non esse: qui ex vir-
tute diuinitatis, poterat
peccatores iustificare. Sed
terribile est valde qđ lubi-
ditur. **Q**ui ex deo est, ver-
ba dei audit: propterea vos
non auditis: quia ex Deo
nō estis. Si enim verba dei
audit qui ex Deo est: & au-
dire verba eius non potest
quisquis ex illo nō est, in-
terroget se vnusquisque, si
verba Dei in aure cordis
percipit. & intelliget vnde
sit. Cælestem patriam desi-
derare veritas iubet, carnis
desideria conterere, à mundi
gloria declinare, aliena nō
appetere, propria largiri.
Penses ergo vnusquisque

H

Dominica de Passione.

vestrū apud se, si hæc vox
Dei, in cordis eius aure cō
ualuit, & quia iam ex deo
sit cognoscit. Nā sunt nō
nulli, qui præcepta Dei,
nec aure cordis percipere
dignantur. Et sunt nonnul
li, qui hæc quidem cordis
aure percipiunt, sed nullo
ea mentis desyderio com
plectuntur. Et sunt non
nulli, qui libēter verba dei
fufcipiunt ita etiam, vt in
fletibus compūgantur, sed
post lachrymarum tēpus
ad iniquitatem redeūt. Hi
profectō verba Dei nō au
diunt, quia ea exercere o
pere contemnunt. Vitā er
go vestrā, fratres charissi
mi, ante mētis oculos reuo
cate, & alta consideratione
pertimescite hoc, quod ex
ore veritatis sonat. Pro
pterea vos nō auditis: quia
ex deo nō estis. ¶ **Ad laud.**

an. Circūdederunt me ca
nēs multi cōsiliū malignā
tium obsedit me. **Oratio.**

Quæsumus ops de
familia tuā propi
tius respice, vt
te largiente regatur in cor
pore, & te seruante custo
diatur in mente. Per dnm.

¶ Ad vespertas. Hymnus.

Vexilla regis p̄deūt,
Fulget crucis myste
rium, **Q**uo carne
carnis conditor, Suspen
sus est patibulo.

Quo vulneratus insuper,
Mucrone dire lanceæ,
Vt nos lauret crimine,
Manauit vnda sanguine.

Impleta sunt quæ cōcinit
Dauid fidelis carmine,
Dicens in nationibus,
Regnauit à ligno Deus.
Arbor decora, & fulgidā,
Ornata regis purpura,
Electa digno stipite,
Tā sancta membra tāgere.

Beata cuius brachiis,
Seculi pependit precium,
Statera facta corporis.
Prædāmque tulit tartari.

O crux aue spes vnica,
Hoc passionis tempore,
Auge piis iustitiam,
Reisque dona veniam.

Te summa Deus trinitas,
Collaudet omnis spiritus,
Quos p̄ crucis mysteriū,
Saluas, rege per secula.

Amē. **an.** Multiplicati sunt
super capillos capitis mei,
qui oderunt me gratis.

**¶ Notandū, ¶ antiphona
huius diei, dicitur vsque**

ad dominicis palmarum nisi
festum duplex occurrat.

¶ Feria. ij. ex Da. ca. 9. Le. j.

Nunc ergo, exaudi
deus noster orationem
serui tui, & preces
eius & ostende faciem tuam super
sanctuarium tuum, quod
desertum est. Propter te met
ipsum inclina deus meus au-
rem tuam, & audi, aperi oculos
tuos, & vide desolationem
nostram, & civitatem super
quam invocatum est nomen tuum.
neque enim in iustificationibus
nostris prosternimus preces ante
faciem tuam, sed in miserationibus
tuis multis. Exaudi domine, placare domine: attende
domine, placare domine: attende
& fac, ne moreris, propter
te metipsum deus meus quia
nomen tuum invocatum est super
civitatem, & super populum
tuum. Cumque adhuc loquerer
& orarem: & confiterer peccata
mea & peccata populi
mei Israel, ut prosternerem preces
meas in conspectu dei
mei, pro merito sancto dei mei,
adhuc me loquente in ora-
tione mea, ecce vir Gabriel,
quem videram in visione a
principio, citum volans tetigit
me in tempore sacrificij
vespertini, Et docuit me,

& locutus est mihi, dixitque
Daniel, nunc egressus sum,
ut docerem te, & intellige-
res. Ab exordio precum
tuarum egressus est sermo:
ego autem veni, ut indicarem
tibi: quia vir desideriorum
es: tu ergo animadvertes
sermonem, & intellige visionem.
Septuaginta hebdomades
abbreviate sunt super
populum tuum, & super urbem
sanctam tuam, ut consumatur
prævaricatio, & finem acci-
piat peccatum, & deleatur ini-
quitas, & adducatur ius-
titia sempiterna, & impleatur
visio & prophetia: & vngatur
sanctus sanctorum. Sci-
to ergo & animadvertes: ab
exitu sermonis, ut iterum
ædificetur Ierusalem, usque ad
Christum ducem, hebdomades
septem, & hebdomades
sexaginta duæ erunt: & rur-
sum ædificabitur platea, &
muri in angustia temporum. Et
post hebdomades sexagin-
taduas occidetur Christus:
& non erit eius populus, qui eum
negaturus est. Et civitatem, &
sanctuarium dissipabit po-
pulus cum duce vetero & fi-
nis eius vastitas: & post fi-
nem belli, statuta desolatio.

Feria. ij. Dominice de Passione.

Confirmabit autem pactū multis hebdomada vna: & in dimidio hebdomadis deficiet hostia, & sacrificiū: & erit in tēplo abominatio desolationis: & vsq; ad cōsumationē, & finem perseuerabit desolatio.

Secundum Mathæum.

Lectio secunda.

Tunc venit Iesus cum illis, in villa, quæ dicitur Gethsemani: & dixit discipulis suis. Sedete hic, donec vadam illuc & orem. Et assumpto Petro, & duobus filiis Zebedæi cepit contristari, & moriturus esse. Tunc ait illis, Tristis est anima mea vsq; ad mortem: sustinete hic, & vigilate mecum. Et progressus pusillum, procidit in faciem suam orans, & dicens. Pater mi, si possibile est, traseat à me calix iste, veruntamen non sicut ego volo, sed sicut tu, Et venit ad discipulos suos, & inuenit eos dormientes & dicit Petro. Sic, Non potuistis vna hora vigilare mecum? Vigilate, & orate: vt nō intretis in tētationem: spiritus quidem promptus est,

caro autem infirma. Iterū secundo abiit & orauit dicens. Pater mi, si nō potest hic calix transire, nisi bibā illum, fiat voluntas tua. Et venit, & iterū inuenit eos dormientes: erant enim oculi eorum graui. Et reliquit illis, iterum abiit, & orauit tertio, eūdem sermonem dicens. Tunc venit ad discipulos, & dicit illis, Dormite iam, & requiescite: ecce appropinquauit hora, & filius hominis tradetur in manus peccatorum. Surgite, eamus: ecce appropinquauit, qui me tradet. Adhuc eo loquente, ecce Iudas, vnus de duodecim venit, & cum eo turba multa cum gladiis, & fistibus, missi à principibus sacerdotum, & senioribus populi. Qui autem tradidit eum, & dedit illis signū, dicens, Quemcunque osculatus fuero, ipse est: tenete eum. Et confestim accedens ad Iesum, dixit, Aue Rabbi. Et osculatus est eū. Dixitque illi Iesus. Amice, ad quid venisti? Tunc accesserunt, & manus iniecerunt in Iesum. & tenuerunt eū.

Et ecce vnus ex his qui erant cum Iesu, extendens manum, exemit gladium suū: & percutiens seruum principis sacerdotum, amputauit auriculā eius. Tūc ait illi Iesus, Conuerte gladium tuum in locum suū. omnes em̄ qui acceperint gladium, gladio peribunt. An putas quia nō possum rogare patrem meū: & exhibebit mihi modo, plus quā duodecim legiones angelorū? **Q**uomodo ergo implebuntur scripturę quia sic oportet fieri? In illa hora dixit Iesus turbis, Tanquā ad latrone n, existis cum gladiis, & fustib⁹, comprehendere me? quotidie apud vos sedebā, docens in templo: & non me tenuistis. Hoc autem rotū factum est, vt adimpleretur scripturę prophetarū. Tunc discipuli omnes, relicto eo fugerunt.

Secundū Ioānem. Cap. 7.

Lectio tertia.

In illo tēpore Miserunt principes: & Pharisei immittros vt apprehenderent Iesum. Et reliqua.

Homilia sancti Aug. epi.

Quomodo apprehenderent adhuc nolentem? **Q**uia ergo non poterant apprehendere nolentem missi sunt vt audirent docentem **Q**uid docentem? **D**ixit ergo Iesus. Adhuc modicum tempus vobiscum sum. **Q**uod modo vultis facere, facturi estis, sed non modo: quia modo nolo. **Q**uare adhuc modo nolo? **Q**uia adhuc modicū tempus vobiscum sum: & tunc vado, ad eum qui me misit. **I**mplere debeo dispensationē meam: & sic peruenire ad passionem meam. **Q**ueretis me, & non inuenietis, & vbi ego sum, vos non potestis venire. **H**ic iam resurrectionem suam prędixit. **N**oluerunt enim eum agnoscere presentem: & postea quęsierunt eū cum viderunt in eum multitudinem iam credentem. **M**agna enim signa facta sunt: etiam cum dominus resurrexit, & ascendit in cælum. **T**unc per discipulos facta sunt signa magna: sed ille per illos, qui & per ipsum. **I**lle illis quippe dixerat,

Sine me nihil potestis face-
re. **Q**uando claudus ille,
qui sedebat ad portam: ad
vocem Petri surrexit, & in
suis pedibus ambulauit, vt
homines mirarētur, sic eos
allocutus est Petrus, **Q**uia
non in sua potestate ista fe-
est: sed in virtute illius,
quem ipsi occiderunt: mul-
ti compuncti dixerunt.
Quid faciemus? Viderunt
enim se ingēti crimine im-
pietatis astrictos: quia illū
occiderunt, quem venerari,
& adorare debuerunt: &
hoc putabant esse in expia-
bile.

Oratio.

Sanctifica q̄s dñe no-
stra ieiunia: & cuncta-
rū nobis indulgētiam
propitius largire culparū. p.

Feria. iij. ex liana. cap. 25.

Lectio prima.

Domine Deus meus
des tu, exaltabo te, &
confitebor nomini
tuo: quoniam fecisti mira-
bilia, cogitationes anti-
quas fideles amē. **Q**ui po-
suisti ciuitatem in tumu-
lum, urbem fortem in rui-
nam, domum alienorum:
vt non sit ciuitas, & in sem-
piternum non ædificetur,

Super hoc laudabit te po-
pulus fortis, ciuitas gen-
tium robustarum timebit
te. **Q**uia factus es fortitu-
do pauperi: fortitudo ege-
no, in tribulatione sua:
spes à turbine: vmbracu-
lum ab æstu. Spiritus enim
robustorum, quasi turbo
impellens parietem. Sicut
æstus in siti, tumultum a-
lienorū humiliabit: & qua-
si calore sub nube torren-
te propaginem fortium mar-
cescere facies. Et faciet do-
minus exercituum omni-
bus populis, in mōte hoc,
conuiuium, pinguium, co-
uiuuiū vindemiæ, pinguiū
medullatorum, vindemiæ
defæcate. Et præcipitabit
in monte isto, faciē vincu-
li colligati, sup omnes po-
pulos: & telam quam ordi-
tus est, super omnes natio-
nes. Præcipitabit mortem
in sempiternum. Et aufe-
ret dominus Deus lachry-
mam ab omni facie, & op-
probrium populi sui aufe-
ret de vniuersa terra: quia
dominus locutus est. Et di-
cet in die illa. Ecce Deus
noster iste, expectauimus
eum, & saluabit nos: iste

dominus, sustinimus eū,
& exultabimus, & lætabi-
mur in salutari eius: quia
requiescet manus domini
in monte isto.

Secundum Mattheum.

Lectio secunda.

AT illi tenentes Ie-
sum duxerunt ad
Caiphā principem
sacerdotum ubi scribæ, &
seniores conuenerant. Pe-
trus autem sequebatur eū
à lōge, vsque in atrīū prin-
cipis sacerdotū. Et ingres-
sus intro, sedebat cum mi-
nistis, vt videret finem.
Principes autem sacerdo-
tum, & omne cōcilium,
quærebant falsum testimo-
nium cōtra Iesum, vt eum
morti traderent: & non in-
uenerunt, cū multi falsi
testes accessissent. Nouissi-
mè autem venerunt duo
falsi testes: & dixerūt, Hic
dixit, possum destruere
templum Dei & post tri-
dum reedificare illud. Et
surgens princeps sacerdo-
tum, ait illi. Nihil respon-
des ad ea, quæ isti aduer-
sum te testificantur? Iesus
autè tacebat. Et princeps
sacerdotum ait illi. Aduro

te per deum vitū, vt dicas
nobis si tu es Christus fili⁹
Dei. Dicit illi Iesus, Tu di-
xisti. Veruntamen dico vo-
bis, amodo videbitis filiū
hominis, sedentem à dex-
tris virtutis dei, & venien-
tem in nubibus cæli. Tūc
princeps sacerdotum, sci-
dit vestimenta sua, dicens.
Blasphemauit: quid adhuc
egemus testibus? ecce nūc
audistis blasphemiam: quid
vobis videtur? At illi respō-
dentes, dixerunt, Reus est
mortis. Tūc expuerunt in
faciem eius, & colaphis eū
cecidissent: alij autem pal-
mas in faciem eius dede-
runt, dicentes, Prophetiza
nobis Christe, quis est qui
te percussit? Petrus verò
sedebat foris, in atrio: &
accessit ad eum vna ancil-
la: dicens, Et tu cum Iesu
Galilæo eras. At ille nega-
uit coram omnibus, dicens,
Nescio quid dicis. Exunte
autè illo ianuam, vidit eū
alia ancilla: & ait his qui e-
rant ibi: Et hic erat cum Ie-
su Nazareno. Et iterū ne-
gavit, cū iuramento, Quia
non noui hominē. Et post
pusillum accesserunt qui

Stabant: & dixerunt Petro: Verè, & tu ex illis es: nam & loquela tua, manifestù te facit. Tunc cœpit detestari, & iurare, quia nō nouisset hominem. Et continuo gallus cantauit. Et recordatus est Petrus verbi Iesu, qui dixerat illi, Prius quàm gallus cantet, ter me negabis. Et egressus foras, fleuit amarè. Mane autem facto, consiliū interunt omnes principes sacerdotū, & seniores populi, aduersus Iesum, vt eum morti traderet. Et vinctum adduxerunt eum: & tradiderunt Pontio Pilato præsidi. Tunc videns Iudas, quod eū tradidit, quod damnatus esset: pœnitētia ductus, retulit triginta argenteos principibus sacerdotū, & senioribus, dicens. Peccauit, tradens sanguinem iustum. At illi dixerunt, Quid ad nos tu videris. Et proiectis argenteis in templo, recessit: & abiens, laqueo se suspendit. Principes autem sacerdotū acceptis argenteis, dixerūt. Nō licet eos mittere in bonam: quia pretium san-

guinis est. Consilio autem iusto, emerūt ex illis agrū figuli, in sepulturam peregrinorū. Propter hoc vocatus est ager ille, Haceldema, hoc est, ager sanguinis, vsque in hodiernum diem. Tunc impletum est quod dictum est per Ieremiam prophetam, dicentem. Et acceperunt triginta argenteos pretium appretiati, quem appretiauerunt à filiis Israel: & dederunt eos in agrū figuli, sicut cōstituit mihi dominus. **Secundum Ioānem. cap. 7.**

Lectio tertia.

IN illo tempore: Ambulabat Iesus in Galilæa: non enim volebat in Iudæa ambulare, quia quærebant eum Iudæi interficere. Et reliqua.

Homilia sancti Aug. epi.

Dominus noster Iesus Christus, Deus & homo: Deus cum patre semper: homo nobiscum ex tempore. Non enim quæreret quod fecerat: nisi ipse quod fecerat, fieri voluisset. Verum hoc memento te: & de cordibus vestris nolite dimittere: si

esse Christum hominē factū, ut non destiterit deus esse. Manens Deus accepit hominem qui fecit hominem. Quando ergo latuit ut homo: non potentiam perdidisse putandus est: sed exemplum nostrę infirmitati prębuisse. Ille enim quādo voluit detētus est: quādo voluit occisus est. Sed quoniam futura erant mēbra eius, id est fideles eius, qui non habent illam potestatem, quam habebat, & ipse dominus noster: quod latebat: quod se tanquam ne occideretur occultabat: hoc iudicabat factura esse membra sua: in quibus utique membris suis, ipse erat caput. Non enim Christus in capite, & non in corpore: sed Christus totus in capite & in corpore. Quod ergo membra eius, hoc ipse quod autem ipse, non cōtinuō membra eius. Nā si ipsi non essent membra eius, non diceret Saulo, Quid me persequeris? Nō enim Saulus ipsum, sed mēbra eius: id est, fideles eius in terra psequēbatur. Noluit tamen dicere, sanctos

meos, seruos meos, postremo honorabilius fratres meos, sed me: hoc est, mēbra mea, quibus ego sum caput.

Oratio.

Nostra tibi domine, quęsumus sint accepta ieiunia: quę nos expiādo gratia tua dignos efficiāt: & ad remedia perducant æterna. Per dñm.

¶ *Feria. iij. ex Isai. cap. 57*

Lectio prima.

Iustus perit, & non est qui recogitet in corde suo, & viri misericordię colliguntur: quia, non est qui intelligat: a facie enim malitię collectus est iustus. Veniat pax, quiescat in cubili suo, qui ambulauit in directione sua. Vos autem accedite huc, filij auguratricis, semen adulteri, & fornicarię. Super quem iurastis: super quę dilatastis os, & eiecistis linguam? nunquid non vos filij scelesti, semē mēdax? qui cōsolamini in diis subter omne lignum frondosum immolantes paruulos in torrentibus subter emittentes petras? in partibus torrentis pars tua, hæc est

fors tua: & ipsis effudisti libamen, obtulisti sacrificium: nunquid super his non indignabor? Super montem excelsum, & sublimen posuisti cubile tuum, & illuc ascēdisti, vt immolares hostias. Et post ostiū & retro postem posuisti memoriale tuum: quia iuxta me discooperuisti, & suscepisti adulterum: dilatasti cubile tuum, & pepigisti eum eis. Dilexisti stratum eorum manu aperta, & ornasti te regio vnguento, & multiplicasti pigmenta tua. Misisti legatos tuos procul, & humiliata es, vsque ad inferos. In multitudine viæ tuę laborasti: nec dixisti, *Quiescam*. Vitam manus tuę inuenisti, propterea nō rogalli. Pro quo sollicita timuisti, quia mentita es, & mei nō es recordata, neq; cogitasti in corde tuo: quia ego tacens: & quasi nō vidēs, & mei oblita es. Ego annūtiabo iustitiam tuam, & opera tua nō proderūt tibi. Cū clamaueris, liberent te cōgregati tui, & omnes eos auferet vētus, tollet, aura. *Qui*

autem fiduciā habet mei, hereditabit terrā. & possidebit mortem sanctū meū.

Secundum Mattheum.

Lectio secunda.

Iesus autem stetit ante præsidem: & interrogauit eum præses, dicens. Tu es rex iudæorū? Dicit illi Iesus, Tu dicis. Et cū accusaretur à principibus sacerdotum, & senioribus, nihil respōdit. Tunc dicit illi Pilatus, Nō audis quāta aduersum te dicūt testimonia? Et non respōdit ei ad vllū verbū: ita vt miraretur præses vehementer. Per diem autē solēnem cōsueuerat præses populo dimittere vnum vincētū, quē voluissent: habebat autem tunc vincētum insignē, qui dicebatur Barabbas. Cōgregatis ergo illis, dixit Pilatus, *Quem vultis dimittam vobis: Barabbam, an Iesum, qui dicitur Christus?* Sciebat em̄, quōd per inuidiam tradidissent eum. Sedente autem illo pro tribunali, misit ad eū vxor eius, dicens. Nihil tibi & iusto illi. multa enim passa sum hodie per visum propter

eū. Principes autem sacerdotum, & seniores persuaserunt populo vt peterent Barabbā: Iesum verò perderent. Respondens autem p̄ses, ait illis, **Quē** vultis vobis de duobus dimitti? At illi dixerunt, Barabbā. Dicit illis Pilatus, **Quid** igitur faciā de Iesu, qui dicitur Christus? Dicunt omnes. Crucifigatur. Ait illis p̄ses. **Quid** enim mali fecit? At illi magis clamabant, dicentes. Crucifigatur. Vidēs autem Pilatus, quia nihil proficeret sed magis tumultus fieret: accepta aqua, lauit manus coram populo dicens, Innocēs ego sum à sanguine iusti huius: vos videritis. Et respondens vniuersus populus, dixit. Sanguis eius super nos, & super filios nostros. Tunc dimisit illis Barabbā: Iesum autem flagellatū tradidit eis vt crucifigeretur. Tunc milites p̄sidis suscipiētes Iesum in p̄torio, cōgregauerūt ad eū vniuersam cohortē, & exuētes eum, chlamydē coccineā circumdederunt ei: & plectentes coronam

de spinis, posuerunt super caput eius, & arūdinem in dextera eius, & genu flexo ante eum illudebant ei, dicentes, Ave rex Iudæorū. Et expuentes in eum, acceperunt arundinem, & percutiebant caput eius. Et postquā illuserūt ei, exuerunt eum chlamydē: & induerunt eum vestimentis eius, & duxerūt eū, vt crucifigerent. Exeuntes autē, inuenerunt hominem Cirenseum, nomine Simonē: hunc angariauerunt vt tolleret crucem eius. Et venerunt in locum, qui dicitur Golgotha, quod est Caluarie locus. Et dederunt ei vinum bibere, cum felle mixtum. Et cū gustasset, noluit bibere.

**Secundū Ioānem. cap. 10.
Lectio tertia.**

In illo tempore: Facta sunt encēnia in Ierosolymis & hyems erat. Et ambulabat Iesus in tēplo, in porticu Salomonis. Et reliqua.

Homilia sancti Aug. epi.

Encēnia, festiuitas erat dedicationis templi. Græcè enim, cæ-

Feria. v. Dominica de Passione.

non dicitur, nouum Latine. Quandoque enim nouum aliquid fuerit dedicatum: encenia vocatur. Iam & vsus habet hoc verbum. Si quis noua tunica induatur, enceniare dicitur. Illum ergo diem quo templum dedicatum est: Iudæi solènter celebrabant: Ipse dies festus agebatur, cum ea quæ electa sunt, locutus est dominus. Hyems erat & ambulabat Iesus in tēplo, in porticu Salomonis. Circumderunt ergo eum Iudæi, & dicebant ei, Quousque animam nostram tollis? Si tu es Christus, dic nobis pala. Non veritatem desyderabat: sed calumniam præparabant. Hyems erat, & ideo frigidum erant. Ad illum enim diuinum ignem accedere pigri erant. Sed accedere est credere. Qui credit accedit, qui negat, recedit. Non mouetur anima pedibus, sed affectibus. Frigidum erat, non diligendo charitate: & ardebant nocendi cupiditate. Longè agebant: & ibi erant. Nun accedebant credendo: sed premebant per-

sequendo. Quærebant autem dire à domino: ego sum Christus. Et fortasse de Christo secundum hominem sapiebant. Prædicauerunt enim prophetae Christum: sed diuinitatem Christi, & in prophetis, & in ipso Christi euangelio, nec hæretici intelligunt. Quantominus Iudæi: quando velamen est super cor eorum.

Oratio.

Sanctificato hoc ieiunio Deus, tuorum corda fidelium miserator illustra: & quibus deuotionis præstas affectum, præbe supplicatibus piis benignus audiat. Per do.

¶ Feria. v. ex Osee. Cap. 6.

Lectio prima.

In tribulatione sua, mane consurgent ad me. Venite, & reuertamur ad dominum: quia ipse cepit, & sanabit nos: percussit, & curabit nos. Viuificabit nos post duos dies: in die tertia suscitabit nos, & viuemus in conspectu eius. Sciemus, sequemurque, ut cognoscamus dominum: quasi diluculum præparat est egressus eius;

& veniet quasi imber no-
bis, temporaneus, & seroti-
nus terræ. Quid faciã tibi
Ephraim? quid faciam tibi
Iuda misericordia vestra,
quasi nubes matutina, &
quasi ros mane pertrãsiens.
Propter hoc dolui in p-
phetis, occidi eos in verbis
oris mei & iudicia tua qua
si lux egredientur. Quia
misericordiam volui, & nõ
sacrificium & scientiã dei,
plus quã holocausta. Ip-
si autem, sicut Adam tras-
gressi sunt pactum, ibi pre-
uaricati sunt in me. Galaad
ciuitas operantium idoli,
supplantata sanguine. Et
quasi fauces virorũ latro-
num, particeps sacerdotũ,
in via interficientium per-
gentes de Sichem: quia sce-
lus operati sunt in domo
Israel vidi horrendum: ibi
fornicationes Ephraim, cõ-
taminatus est Israel. Sed &
Iuda pone messem tibi, cũ
conuertero captiuitatẽ po-
puli mei. *Secundum Mat-
thæum. Lectio secunda.*
Postquã autem cruci-
fixerunt eum, diuise
runt vestimenta eius,
sortem mittẽtes: vt imple-

retur quod dictum est per
prophetam, dicentẽ. Diui-
serunt sibi vestimẽta mea:
& super vestem meã mise-
runt sortẽ. Et sedentes ser-
uabant eum. Et imposue-
runt super caput eius cau-
sam ipsius scriptã. Hic est
Iesus, rex Iudæorum. Tũc
crucifixi sunt cum eo duo
latrones: vnus à dextris, &
vnus à sinistris. Prætereu-
ntes autem blasphemabant
eum, mouentes capita sua,
& dicentes, Vah: qui de-
struis templum Dei, & in
triduo illud reedificas, sal-
ua te me ipsum. Si filius dei
es, descende de cruce. Simi-
liter, & principes sacerdo-
tum illudentes, eum scri-
bis, & senioribus, dicebãt,
Alios saluos fecit: seipsum
non potest saluum facere:
si rex Israel est, descendat
nunc de cruce, & credim⁹
ei: confidit in Deo. liberet
nunc eum si vult: dixit eni-
nim: Quia filius Dei sum.
Idipsum autẽ & latrones,
qui crucifixi erãt cum eo,
improperabant ei. A sexta
autem hora, tenebræ factę
sunt super vniuersam ter-
ram, vsque ad horã nonã.

Fer. v. Dominice de Passione.

Et circa horam nonam, clamavit Iesus voce magna, dicens, Eli, Eli, lamaſababthani? hoc eſt, Deus meus, Deus meus, vt quid dereliſti me? Quidam autem illic ſtantes & audientes, dicebant. Eliam vocat iſte. Et continuo currens vnus ex eis, acceptam ſpongiam impleuit aceto: & impoſuit arundini, & dabat ei bibere. Ceteri vero dicebant. Sine, videamus an veniat Elias liberans eum. Iesus autem, iterum clamans voce magna, emiſit ſpiritum. Et ecce, velum tēpli ſciſſum eſt in duas partes, à ſummo uſq; deorfum. & terra mota eſt, & petreæ ſciſſę ſunt, & monumēta aperta ſunt: & multa corpora ſanctorum qui dormierāt ſurrexerūt. Et exeuntes de monumētis, poſt reſurrectionem eius, venerunt in ſanctam ciuitatem: & apparuerūt multis. Centurio autē, & qui cum eo erāt, cuſtodientes Ieſum: viſo terrę motu & hiſ que fiebāt, timuerūt valdē, dicentes. Verē filius Dei erat iſte. Erāt autē ibi mulieres multę à longe, quę ſecutę erant Ieſum, à

Galilæa, miniſtrates ei: inter quas erat Maria Magdalene, & Maria Iacobi, & Ioseph mater, & mater filiorum Zebedæi. Cum autem ſero factum eſſet, venit quidam homo diues, ab Arimathea, nomine Ioseph: qui & ipſe diſcipulus erat Ieſu. hic acceſſit ad Pilatum, & petiit corpus Ieſu. Tūc Pilatus iuſſit reddi corpus. Et accepto corpore, Ioseph, inuoluit illud in ſindone munda: & poſuit illud in monumēto ſuo nouo, quod exciderat in petra. Et aduoluit ſaxum magnum, ad oſtium monumēti, & abiit. Erat autē ibi Maria Magdalene, & altera Maria, ſedentes contra ſepulchrum. Altera autem die, quę eſt poſt paſſionem, conuenerunt principes ſacerdotum, & Phariſæi, ad Pilatum, dicentes. Domine recordati ſum⁹, quia ſeductor ille dixit, adhuc uiuens. Poſt tres dies reſurgam. Iube ergo cuſtodi ſepulchrum, uſq; in diem tertium: ne forte veniant diſcipuli eius, & furentur eum: & dicant plebi, Surre-

xit à mortuis: & erit nouissimus error, peior priore. Ait illis pilat⁹. Habetis custodiã: Ite, custodite sicut scitis. Illi autè abeũtes, muerunt sepulchrum: signãtes lapidẽ cũ custodibus.

Secundum Lucam. cap. 7.
¶ Lectio tertia.

IN illo tẽpore: rogabat Iesum quidã Pharisæus, vt manducaret cum illo. Et reliqua.

Homilia sancti Greg. pap.

COgitãti mihi de Maria peccatrice, flere magis libet, quàm aliquid dicere. Cui⁹ enim vel saxeũ pectus, ille hui⁹ peccatricis lachrymæ, ad exemplum pœnitẽdi non emolliũt? Cõsiderauit nãque quod fecit: & noluit moderari quid faceret. Super cõsuãtes ingressa est: nõ iussã venit: inter epulas lachrymas obtulit. Discite quo dolore ardet, quæ flere, etiã inter epulas non erubescit. Hanc verò, quàm Lucas peccatricẽ mulierẽ Ioannes Mariã nominat: illã esse Mariã credim⁹: de qua Marcus, septem dẽmonia eiecta fuisse testa-

tur. & quid per septem dẽmones, nisi vniuersa vitia designantur? Quia enim septem diebus omne tempus cõprehenditur: rectẽ septenario numero vniuersitas figuratur. Septem ergo dẽmonia Maria habuit: quæ vniuersis vitiis plena fuit. Sed ecce, quia turpitudinis suæ maculas aspexit: lauãda, ad frontem misericordiz cucurrit: cõuiuantes non erubuit. Nam quia semetipsam grauitèr erubescibat intus: nihil esse credit quod verècundaretur foris. Quid igitur miramur fratres? Mariã venientem: an dominum suscipientem? Suscipientẽ dicam an trahentem? Sed melius dicam trahentem, & suscipientem. Quia nimirum ipse eam per misericordiam traxit intus: qui per mansuetudinem susceperat foras.

Oratio.

PRæsta quæsumus omnipotens Deus: vt dignitas conditionis humanæ, per immoderatiã sauciata: medicinalis parsimoniz studio reformetur. Per dominum.

Feria. vi. Dominice de Passione.

Feria sexta, ex Ieremia.

Cap. ii. Lectio. j.

ET dixit dominus ad me, Inuenta est cōiuratio in viris Iuda, & in habitatoribus Ierusalē. Reuersi sunt ad iniquitates patrum suorum priores, qui noluerunt audire verba mea. Et hi ergo abierunt post Deos alienos, vt seruirent eis, irritum fecerunt domus Israel, & domus Iuda pactum meū, quod pepigi cum patribus eorum. **Q**uam ob rem, hæc dicit dominus. Ecce ego inducā super eos mala, de quibus exire non poterunt: & clamabunt ad me, & non exaudiam eos. Et ibunt ciuitates Iuda, & habitatores Ierusalem, & clamabunt ad Deos, quibus libant, & nō saluabunt eos in tempore afflictionis eorum. Secundum numerum enim ciuitatum tuarum, erant Dii tui Iuda: & secundum numerum viarum Ierusalem, posuisti aras confusionis, ad libandum Baalim. Tu ergo noli orare pro populo hoc, & ne assumes pro eis laudem, & orationem,

quia non exaudiam in tempore clamoris eorum ad me, in tempore afflictionis eorum. **Q**uid est quod dilectus meus, in domo mea facit scelera multa? Nūquid carnes sanctæ auferent à te malitias tuas. In quibus gloriata es? Oliuā vberem, pulchram, fructiferam, speciosam vocauit dominus nomen tuū. Ad vocem loquelæ, grandis exarsit ignis in ea, & combusta sunt frutera eius. Et dominus exercituum, qui plantauit te, locutus est super te malū pro malis domus Israel, & domus Iuda, quæ fecerunt sibi ad irritandum me, libantes Baalim. Tu autē domine, demonstrasti mihi, & cognoui: tu ostendisti mihi studia eorum. Et ego quasi agnus mansuetus, qui portatur ad victimam: & non cognoui quia cogitauerunt super me cōsilia, dicentes. Mittamus lignū in panem eius, & eradamus eū de terra viuentium, & nomen eius non memoretur amplius. Tu autē dñs Sabaoth qui iudicas iustē, & probas renes,

renes, & corda, videam vltionem tuā ex eis: tibi enim reuelauī causam meam.

Secundum Marc. cap. 14.

Lectio secunda.

ERat autem pascha, & azyma post biduum: & quærebant summi sacerdotes, & scribæ: quomodo eum dolo tenerent & occiderēt. Dicebant autem, Non in die festo: ne forte tumultus fieret in populo. Et cum esset Bethania, in domo Simonis Leprosi, & recumberet: venit mulier habens alabastrum vnguenti, nardi pistice prætiosi & fracto alabaastro, effudit super caput eius. Erant autem quidam indigne ferentes intra semetipsos, & dicentes, Vt quid perditio ista vnguenti facta est? Poterat enim vnguentum istud venundari, plus quam trecentis denariis, & dari pauperibus. Et fremebant in eam. Iesus autem dixit, Sinite eam: quid illi molesti estis? Bonum opus operata est in me. semper enim pauperes habetis vobiscum, & cum volueritis potestis illis benefacere, me autem

B.

N.

non semper habetis. Quod habuit, hæc fecit: præuenit vngere corpus meum in sepulturam. Amen dico vobis, vbi cumque prædicatura fuerit euangelium istud, in vniuerso mundo, & quod fecit hæc narrabitur in memoriam eius. Et Iudas Iscariotes vnus de duodecim, abiit ad summos sacerdotes: vt proderet eum illis. Qui audientes gauisi sunt: & promiserunt ei pecuniam se duros. Et quærebant, quomodo illum opportunè traderet. Et primo die azymorum, quando pascha immolabant, dicunt ei discipuli, Quo vis eamus, & pa-remus tibi, vt manduces pascha? Et mittit duos ex discipulis suis: & dicit eis. Ite in ciuitatem: & occurret vobis homo lagenam aquæ hauriens, sequimini eum: & quocumque introierit, dicite domino domus: quia magister dicit. Vbi est refectio mea, vbi pascha cum discipulis meis manducem? Et ipse vobis demonstrabit cenaculum grande, stratum: & illic parate nobis. Et abiērunt discipuli eius, & vene-

I

Feria. vj. De factis de passione

runt in ciuitatem: & inuenerunt sicut dixerat illis, & parauerunt pascha. Vespere autē factō, venit cū duodecim. Et discumbentibus eis, & māducantibus, ait Iesus, Amē dico vobis, quia vnus ex vobis tradet me, qui māducat mecum, At illi cōperunt cōtristari, & dicere ei singulatim. Nunquid ego? **Q**ui ait illis, Vn⁹ ex duodecim, qui intingit mecum manū in catino. Et filius quidē hominis vadit, sicut scriptū est de eo: vā autem homini illi, per quem filius hominis tradetur: bonū erat ei, si non esset natus homo ille. Et manducātibus illis, accepit Iesus panem: & benedicēs, fregit: & dedit eis: & ait illis. Sumite, hoc est, corpus meum. Et accepto calice, gratias agens dedit eis: & biberunt ex illo oēs. Et ait illis, Hic est sanguis meus, noui testamēti, qui pro multis effundetur. Amen dico vobis, quia iam non bibam de genimine vitis, vsq; in diē illum: cū illud bibam nouum in regno dei. Et hymno dicto, exierunt in montē oliuarum. Et ait eis Iesus, Omnes scādalizabimini in me, in nocte ista: quia scriptū est. Percutiam pastorem: & d. spergentur oues. Sed postquā resurrexero, pcedam vos in Galilā. Petrus autem ait illi. Et si omnes scādalizati fuerint: sed non ego. Et ait illi Iesus, Amē dico tibi, quis tu hodie, in nocte hac, priusquā gallus vocem bis dederit, ter me es negaturus. At ille amplius loquebatur. Et si oportuerit me simul cōmori tibi, non te negabo. Similiter autem & omnes dicebant.

Secundū Iohannē. cap. ii.

Lectio tertia.

In illo tēpore. Collegērunt pontifices, & Pharisæi cōcilium aduersus Iesum: & dicebant. **Q**uid faciemus: quia hic homo multa signa facit. Et reliq.

Homilia scti Augusti. cxi.

Pontifices, & Pharisæi sibi consulebant: nec tamen dicebant credamus. Plus enim perfidi homines cogitabant, quomodo nocerent, vt perderēt,

quàm quomodo sibi con-
sulerent, ne perirent. Et ta-
men timebant, & quasi cõ-
sulebant. Dicebant enim.
Quid facim⁹? quia hic ho-
mo multa signa facit: Si di-
mittimus eum sic, omnes
credent in eum: & venient
Romani: & tollent locum
nostrum, & gentem. Tem-
poralia quidem perdere ti-
muerunt, & vitam æternã
non cogitauerunt: ac sic v-
trumque amiserunt. Nam
& Romani post Domini
passionem, & glorificatio-
nem, tulerunt eis locum, &
gentẽ expugnando, & trãs-
ferẽdo. Et illuc eos sequi-
tur, quod alibi dictum est.
Filij autẽ regni, ibunt in te-
nebras exteriores. Hoc au-
tem timuerunt: ne si omnes
in Christum crederent ne-
mo remaneret qui aduer-
sus Romanos ciuitatẽ dei,
tẽplumq; defenderet: quo-
niam contra ipsum tem-
plum: & contra suas pater-
nas leges, doctrinã Christi
esse sentiebant. Vnus autẽ
ex ipsi: Caiphas nomine:
cũ esset pontifex anni il-
lius, dixit illis. Vos nesci-
tis quicquã nec cogitatis:

quia expedit vobis vt vn⁹
moriatur homo pro popu-
lo: & nõ tota gens pereat.
Hoc autẽ à seipso non di-
xit. Sed cùm esset põtifex
anni illius, prophetauit.
Hoc docemur, etiã homi-
nes malos prophetiæ spiri-
tu, futura prædicere. Qd̃
tamen euangelista, diuino
tribuit sacramento: quia
pontifex fuit: id est, sum-
mus sacerdos. *Oratio.*

COrdibus nris, quæ-
sumus domine, gra-
tiam tuam benign⁹
infunde: vt peccata nostra
castigatione voluntaria co-
hibentes, temporaliter po-
ti⁹ maceremur, quàm sup-
plicijs deputemur æternis.
Per dñm nostrũ Iesum.

Hodie dicuntur septẽ psal.

¶ Sabbato ex Zacha. cap. 9:

Lectio prima.

Exulta satis filia Sion,
Iubila filia Ierusalem:
Ecce rex tuus veniet
tibi, iustus, & saluator: ip-
se pauper, & ascendens su-
per asinam, & super pullũ
filium asinæ. Et disperdã
quadrigam ex Ephraim,
& equum de Ierusalem, &
dissipabitur arcus belli: &

loquetur pacem gentibus,
 & potestas eius à mari vsq;
 ad mare & à fluminib⁹ vsq;
 que ad fines terre. Tu quoque
 in sanguine testamen-
 ti tui, emisisti vinctos tuos
 de lacu, in quo non est a-
 qua. Conuertimini ad mu-
 nitionē vincti spei: hodie
 quoque annuntians dupli-
 cia reddam tibi. Quoniam
 extendi mihi iudam, quasi
 arcum, impleui Ephraim:
 & suscitabo filios tuos Sio
 super filios tuos Græcia,
 & ponam te quasi gladium
 fortium. Et dominus deus
 super eos videbitur, & exi-
 bit vt fulgur iaculū eius:
 & domin⁹ deus in tuba ca-
 net, & vadet in turbine au-
 stri. Dominus exercituū
 pteget eos: & deuorabūt,
 & subiicient lapidibus fun-
 da: & bibentes mebriabun-
 tur, quasi à vino, & reple-
 buntur vt phialæ, & quasi
 cornua altaris. Et saluabit
 eos dominus deus eorum,
 in die illa vt gregem popu-
 li sui: quia lapides sancti e-
 leuabuntur super terrā ei⁹.
 Quid enim bonū eius est,
 & quid pulchrū eius, nisi
 frumentū electorum, & vi-

num germinans virgines?
Secundum Marcū. Lec. 11.

ET veniūt in prædiū,
 cui nomē Gethsema-
 ni. Et ait discipulis
 suis, Sedete hic donec orē
 Et assumit Petrum, & Iaco-
 bum, & Ioannem secum: &
 cœpit pauere, & tædere. Et
 ait illis, Tristis est anima
 mea vsque ad mortem, sus-
 stinete, hic & vigilate. Et
 cū processisset paululū,
 procidit super terrā: & ora-
 bat, vt si fieri posset, transi-
 ret ab eo hora, & dixit. Ab-
 ba pater, omnia tibi possi-
 bilia sunt, transfer calicem
 hunc à me, sed non quod
 ego volo sed quod tu. Et
 venit: & inuenit eos dor-
 mientes. Et ait Petro. Si-
 mon dormis? non potuisti
 vna hora vigilare? Vigila-
 te, & orate, vt non intretis
 in temptationē. Spiritus qui-
 dem pròptus est, caro ve-
 rò infirma. Et iterū abiens
 orauit, eundem sermonē,
 dicens. Et reuersus denuō
 inuenit eos dormientes (e-
 rant enim oculi eorū gra-
 uati) & ignorabāt quid re-
 sponderent ei. Et venit iter-
 tū, & ait illis, Dormite iā,

& requiescite. Sufficit, ve-
 nit hora, ecce filius homi-
 nis tradetur in manus pec-
 eatorum. Surgite, eamus:
 ecce, qui me tradet, prope
 est. Et adhuc eo loquente,
 venit Iudas Iscariotes, vnus
 de duodecim, & cum eo tur-
 ba multa, cum gladiis: & li-
 gnis: à summis sacerdoti-
 bus, & scribis, & seniori-
 bus. Dederat autem tradi-
 tor eius signum eis, dicens,
Quicumque osculatus fue-
 ro, ipse est tenete eum, & du-
 cite eum. Et cum venisset,
 statim accedens ad eum, ait,
 Rabbi, & osculatus est eum.
 At illi, manus iniecerunt in
 Iesum, & tenuerunt eum.
 Vnus autem, quidam de cir-
 cunstantibus, educens gla-
 dium, percussit seruum sum-
 mi sacerdotis: & amputa-
 uit illi auriculam. Et respon-
 dens Iesus, ait illis. Tanquam
 ad latronem existis cum gla-
 diis, & lignis, comprehen-
 dere me: quotidie eram apud
 vos in templo, docens,
 & non me tenuistis. Sed ut
 impleatur scriptura. Tunc
 discipuli eius relinquentes
 eum, omnes fugerunt. Ado-
 lescentem autem quidam, se-
 quebatur eum, amictus sin-
 done super nudo: & tenuerunt
 eum. At ille reiecta sin-
 done, nudus profugit ab
 eis. Et adduxerunt Iesum
 ad summum sacerdotem, &
 conuenerunt omnes sacer-
 dotes, & scribæ, & senio-
 res. Petrus autem, à longe
 sequutus est eum, vsque in-
 tro, in atrium summi sacer-
 dotis: & sedebat cum mini-
 stris ad ignem, & calefacie-
 bat se. Summi vero sacer-
 dotes, & omne concilium,
 quærebant aduersus Iesum
 testimonium, ut eum mor-
 ti traderent: nec inuenie-
 bant. Multi autem testimo-
 nium falsum dicebant ad-
 uersus eum: & conuenien-
 tia testimonia non erant.
 Et quidem surgentes, fal-
 sum testimonium ferebant
 aduersus eum dicentes. **Quo-**
 niam nos audiimus eum
 dicentem. Ego dissoluam te-
 plum hoc manufactum, &
 post triduum aliud non ma-
 nufactum ædificabo. Et non
 erat conueniens testimoni-
 um illorum. Et exurgens sum-
 mus sacerdos in medium,
 interrogauit Iesum, dicens,
 Non respondes quicquam,

Sabbato.

ad ea quæ tibi obiiciuntur ab his? Ille autem tacebat: & nihil respondit. Rursum summus sacerdos interrogabat eum: & dixit ei. Tu es Christus filius dei benedicti? Iesus autem dixit illi. Ego sum: & videbitis filium hominis sedentem à dextris virtutis dei, & venientem cum nubibus cæli. Summus autem sacerdos, scindens vestimenta sua, ait. Quid adhuc desideramus testes? Audistis blasphemiam: quid vobis videtur? Qui omnes condamnauerunt eum esse reum mortis. Et cœperunt quidam conspuere eum, & velare faciem eius: & colaphis eum cedere, & dicere ei. Prophetiza, & ministri alapis eum cedebant.

Secundum Ioannem. cap. 8.

Lectio tertia.

In illo tempore, dicebat Iesus ad eos qui crederunt ei Iudæos, Si vos maueritis in sermone meo: vere discipuli mei eritis. Et.

Homilia sancti Augustini episcopi.

Cum rex iustitiæ sederit in throno: si-

cut scriptura loquitur: quis gloriabitur castum se habere cor? Aut quis gloriabitur mundum se esse à peccato? Multum nos terruit, o fratres mei, dicendo: Seruus non manet in domo in æternum. Adiungit autem, & dicit filius manet in æternum. Ergo solus in domo sua erit Christus? Nullus ne ei populus cohærebit? Cui erit caput si non erit corpus? An forte totum hoc, filius caput & corpus? Non enim sine causa terruit, & spem dedit. Terruit, ne peccatum amaremus. Spem dedit, ne de peccati solutione diffideremus. Omnis (inquit) qui facit peccatum: seruus est peccati. Seruus autem non manet in domo in æternum. Quæ ergo nobis spes est, qui non sumus sine peccato? Audi spem tuam. Filius manet in domo in æternum. Si ergo filius vos liberauerit: tunc verè liberi eritis. Hæc spes nostra, fratres est: ut à libero liberemur. Et liberatio nos seruos facit. Serui enim eramus cupiditatis: liberati serui efficiuntur charita-

tis. Hoc & Apostol^o dicit. Vos autē fratres, in libertatem vocati estis: tantum libertatem in occasione carnis detis: sed per charitatē seruite inuicem. Nō ergo dicat Christianus, liber sum. in libertate vocatus sum: seruus eram: sed ipsa redemptione liber effectus sum, faciam quod volo.

Oratio.

Proficiat quæsumus dñe, plebs tibi dicata pie deuotionis affectu: vt sacris actionibus erudita: quanto maiestatis tuę sit gratior: tanto donis perioribus augeatur. Per.

¶ *Dominica palmarum. Ad matutinum.* Antiphona.

Confortati sunt, qui persecuti sunt me, inimici mei iniuste, quæ non rapui tunc exoluebam.

¶ *Ex Isaia. cap. 50. Lect. 1.*

Hæc dicit dominus. Quis est hic liber repudij matris vestræ, quo dimisi eam? Aut quis est creditor meus, cui vendidi vos? Ecce enim in iniquitatibus vestris venditi estis, & in sceleribus vestris dimisi matrem vestrā:

quia veni, & non erat vir. vocaui, & non erat qui audiret. Nunquid abbueniata & paruula facta est manus mea, vt non possim redimere? aut non est in me virtus ad liberandū? Ecce, in increpatione mea desertum faciā mare, ponā flumina in siccum. Cōputrescēt pisces sine aqua, & morientur in siti. Induam cælos tenebris, & saccum ponam operimentum eorum. Dominus dedit mihi linguam eruditam, vt sciā sūstētare eum, qui lassus est, verbo: Erigit mane, mane erigit mihi aurē, vt audiā quasi magistrum. Domin^o deus aperuit mihi aurem, ego autem non cōtradico, retrorsum non abij. Corpus meum dedi percutientibus, & genas meas vellentibus. Faciem meam nō auerti ab increpantibus, & conspuentibus. Dominus deus auxiliator me^o, ideo non sum cōfusus: ideo posui faciem meā: vt petram durissimā, & scio quoniā nō cōfundar. Iuxta est qui iustificat me, quis contradicet mihi? stemus simul.

quis est aduersarius meus? accedat ad me. Ecce dominus deus, auxiliator meus: quis est qui condēnet me? Ecce omnes quasi vestimētum conterentur, tinea comedet eos. Quis ex vobis timens dominum, audiens vocem serui sui, qui ambulauit in tenebris, & non est lumen ei? speret in nomine domini, & innitatur super deum suum. Ecce vos omnes accēdentes ignem accincti flammis: ambulate in lumine ignis vestri, & in flāmis quas succēdistis, de manu mea factum est hoc vobis, in doloribus dormietis.

Secundū Marcum. Lec. ij.

ET cū esset Petrus in atrio deorsum venit vna ex ancillis summi sacerdotis: & cū vidisset Petrum calefacentem se aspiciens illum, ait. Et tu cū Iesu Nazareno eras? At ille negauit, dicēs. Neque scio neque noui quid dicas. Et exiit foras ante atrium: & gallus cantauit. Rursus autem cū vidisset illum ancilla, cōepit dicere circumstātibus, Quia

hic ex illis est. At ille iterum negauit. Et post pusillum rursus qui astabant dicebant Petro: Verē ex illis es: nā & Galilæus es. Ille autē cōepit anathematizare, & iurare, Quia nescio hominē istum quē dicitis. Et statim gallus iterū cantauit. Et recordatus est Petrus verbi quod dixerat ei Iesus, Prius quam gallus cantet bis, ter me negabis. Et cōepit flere. Et confestim mane cōsiliū facientes summi sacerdotes cum seniorib⁹, & scribis, & vniuerso concilio, vincientes Iesum, duxerunt & traderunt Pilato. Et interrogauit eum Pilatus. Tu es rex Iudæorum? At ille respondens, ait illi. Tu dicis. Et accusabant eum summi sacerdotes, in multis. Pilatus autem, rursus interrogauit eum, dicens. Non respōdes quicquam? vide inquantis te accusant. Iesus autem amplius nihil respōdit, ita vt miraretur Pilatus. Per diem autem festū, solebat dimittere illis vnū ex vinctis, quemcunq; petissent. Erat autem qui di-

cebatur Barabbas, qui cū
 seditionis erat vincētus, qui
 in seditione fecerat homici-
 cidium. Et cū ascendisset
 turba cœpit rogare, sicut
 semper faciebat illis. Pila-
 tus autem respondit eis, &
 dixit. Vultis dimittam vo-
 bis regem Iudæorum? Scie-
 bat enim quōd per Inui-
 diam tradidissent eū sum-
 mi sacerdotes. Pontifices
 autē concitauerunt turbā,
 vt magis Barabban dimit-
 teret eis. Pilatus autem ite-
 rum respondens, ait illis.

Quid ergo vultis faciā re-
 gi Iudæorum? At illi iterū
 clamauerūt. Crucifige eū.
 Pilatus verō dicebat illis,
Quid enim mali fecit? At
 illi magis clamabant. Cru-
 cifige eum. Pilatus autem
 volēs populo satisfacere,
 dimisit illis Barabban: &
 tradidit Iesum, flagellis cæ-
 sum, vt crucifigeretur. Mi-
 lites autem duxerunt eum
 in atrium prætorij, & con-
 uocant totam cohortem:
 & induit eum purpura, &
 imponit ei plectentes spi-
 neam coronam. Et cœpe-
 rūt salutare eum, Ave rex
 Iudæorū. Et percutiebant

caput eius arundine: & cō-
 spuebāt eum, & ponentes
 genua, adorabant eum. Et
 postquam illuserūt ei, ex-
 uerunt illum purpura, &
 induerunt eum vestimen-
 tis suis: & educūt illum, vt
 crucifigerēt eum. Et anga-
 riauerūt prætereuntē quē-
 piam Simonem Cyrenēū
 veniētem de villa, patrem
 Alexandri, & Rufi: vt tol-
 leret crucem eius. Et per-
 ducunt illum in Golgota
 locum: quod est interpre-
 tatum, Caluariz locus. Et
 dabant ei bibere myrrha-
 tum vinū: & non accepit.

*Secundum Matæ. cap. 27.
 Lectio tertia.*

In illo tempore cū ap-
 propinquasset Iesus Ie-
 rosolymis. & venisset
 Bethphage ad montē Oli-
 ueti: tunc misit duos ex di-
 scipulis suis, dicens eis. Ite
 in castellum quod contra
 vos est. Et reliqua.

Homilia scti Ambrosii. epi.

Pluchre autē, relicto
 Iudæis habitaturus in
 affectibus gentiū tem-
 plum Dominus ascendit.
 Hoc enim templum est ve-
 rum: in quo non in litera:

sed in spiritu domin^o adoratur. Hoc dei templū est: quod fidei series, non lapidum structura fundauit. Deseruntur ergo, qui adorant: eliguntur, qui amari erant. Et ideo ad mōtem venit Oliueti: vt nouellas oliuas in sublimi virtutū plantaret: quarū mater est illa quæ sursum est Ierusalem. In hoc monte, est ille cælestis agricola: vt plantati omnes in domo domini possint in veritate dicere. Ego sicut oliua fructificauit in domo domini. Et fortasse ipse mōs est Christ^o. Quis enim alius, tales fructus ferret olearum, non conuescentiū vbertate bacarum: sed spiritus plenitudine gentium fecundarū? Ipse est per quem ascendimus, & ad quem ascendimus: ipse est ianua: ipse est via: qui aperitur, & qui aperit: qui pulsatur ab ingredientibus, & ab egressibus adoratur. Ergo in castello erat, & ligatus erat pullus cum asina, non poterat solui nisi iussu domini. Soluit eum manus apostolica. talis actus: talis vi-

ta: talis gratia. Esto talis vt possis ligatos soluere. Nūc consideremus, qui fuerūt illi, qui errore detecto, de paradiso eiekti, in castello sint religati. Et videbimus, quemadmodū quos mors expulerat, vita reuocauerit. Et ideo secundum Matthæum, & asinam, & pullū legimus: vt quia in duobus hominibus vterque fuerat sexus expulsus, duobus animalibus, vterque reuocetur. ¶ *Ad Laudes. añ.* Pueri hebræorum, tollentes ramos oliuarū, obuiauerunt domino, clamantes, & dicentes: Osanna in excelsis.

Oratio.

Omnipotens sempiternus deus: qui humano generi, ad imitandū humilitatis exemplum, Saluatorem nostrū carnem sumere, & crucem sub ire fecisti: cōcede propitiis: vt & paciētiz ipsius habere documēta: & resurrectionis consortia mereamur. Per dominum.

¶ *Ad vesperas. Antipho.* Erue à framea deus animā meam: & de manu carnis vnicam meam,

Feria. ij. Ad Matutinū.

Antiph. Extraneus factus sum fratribus meis, & peregrinus filius matris meae.

Ex Zacha. cap. ij. Lec. ij.

A Peri Libane portas tuas, & comedet ignis cedros tuas.

Vlula abies: quia cecidit cedrus, quoniam magnifici vastati sunt: vlulate quercus Basan, quoniam succisus est saltus munitus. Vox vlulatus pastorū, quia vastata est magnificentia eorum: vox rugitus leonum, quoniam vastata est superbia Iordanis. Hæc dicit dominus deus meus. Pasce pecora occisionis, quæ qui possiderent, occidebant, & non dolebant. & vendebant eas, dicentes. Benedictus dominus, diuites facti sumus, & pastores eorum non parcabant eis. Et ergo non parcam ultra super habitates terram, dicit dominus. ecce ego tradam homines, vnumquemque in manu proximi sui, & in manu regis sui, & concident terram, & non eruam de manu eorum. Et pascham pecus occisionis propter hoc, o paupe-

res gregis: & assumpsi mihi duas virgas, vnam vocaui Decoram, & alteram vocaui Funiculū: & paui gregem, Et succidi tres pastores in mensē vno, & cōfracta est anima mea in eis: siquidem, & anima eorū variavit in me. Et dixi. Non pascā vos. quod moritur, moriatur: & quod succiditur, succidatur: & reliqui deuorent vnusquisque carnem proximi sui. Et tuli virgam meam, quæ vocabatur Dec^o, & alscidi eam: vt irritum facerem fœdus meum, quod percussi eū omnibus populis. Et in irritum deductū est in die illa: & cognouerunt sic pauperes gregis, quæ custodiunt mihi: quia verbū Domini est. Et dixi ad eos, Si bonū est in oculis vestris, afferte mercedem meam, & si nō, quiescite. Et apprehenderunt mercedem meam, triginta argenteos. Et dixit dñs ad me, Pone illud ad statuariū decorum, pretiū quo appretiat^o sum ab eis. Et tuli triginta argēteos & proieci illos in domo domini, ad statuariū.

Secundum Marcū. Lec. ij.

ET cruciſigentes eum diuiſerunt veſtimēta eius, mittētes ſortem ſuper eis, quīs quid tolleret. Erat autē hora tertia: & cruciſixerunt eum. Et erat titulus cauſę eius inſcriptus, Rex Iudæorum: Et cū eo cruciſigunt duos latrones: vnum à dextris, & aliū à ſiniſtris eius. Et impleta eſt ſcriptura, quæ dicit, Et cum iniquis reputatus eſt. Et prætereūtes blaſphemabant eum mouentes capita ſua, & dicentes, Vah qui deſtruis templū dei, & in tribus diebus reedificas: ſaluū fac temet ipſum, deſcendens de cruce. Similiter & ſummi ſacerdotes illudentes, ad alterutrum eum ſcribis dicebant. Alios ſaluos fecit, ſeipſum non poteſt ſaluū facere. Chriſtus rex Iſrael, deſcendat nunc de cruce: vt videamus, & credamus. Et qui cum eo crucifixi erant, conuitiabantur ei. Et facta hora ſexta, tenebrę factę ſunt per totam terram, vſque in horam nonam. Et hora nona exclauit Ieſus voce magna,

dicens, Eloi, eloi, lamma ſabbacthani? quod eſt interpretatum, Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquiſti me? Et quidā de circumſtantibus audientes, dicebāt, Ecce, Eliam vocat. Currens autem vnus & intrepens ſpongiam aceto, circumponensq; calamo, potum dabat ei, dicens. Sinite: videam⁹ ſi veniat Elias ad deponendum eum. Ieſus autem emiſſa voce magna, expirauit. Et velum templi ſciſſum eſt in duo, à ſummo vſque deorſum. Videns autem Centurio, qui ex aduerſo ſtabat, quia ſic clamans expiraſſet, ait. Verè hic homo, filius dei erat. Erant autem & mulieres de longe aſpiciētes: inter quas erat Maria Magdalene, & Maria Iacobi minoris, & Ioseph mater, & Salome, & cū eſſet in Galilæa ſequebātur eum, & miniſtrabant ei, & alię multę, quę ſimul cum eo aſcenderāt Ieroſolymam. Et cū iam ſero eſſet factū (quia erat paraſceue, quod eſt ante ſabbatū) venit Io-

Joseph ab Arimathæa nobilis decurio, qui & ipse erat expectans regnum dei. Et audacter introiuit ad Pilatum, & petiit corpus Iesu. Pilatus autem mirabatur, si iam obiisset. Et accersito Centurione, interrogauit eum, si iam mortuus esset. Et cum cognouisset à Centurione: donauit corpus Ioseph. Ioseph autem mercatus sindonem, & deponens eum in monumento, & posuit eum in monumento, quod erat excisum de petra, & aduoluit lapidem ad ostium monumenti. Maria autem Magdalene, & Maria Ioseph aspiciant, ubi poneretur.

Secundū. Ioannē. cap. 12.

Lectio tertia.

In illo tempore: Ante sex dies paschæ, venit Iesus Bethaniam, ubi fuerat Lazarus mortuus quem suscitauit Iesus. Et reliqua.

Homilia sancti Aug. epi.

Ne putarent homines fantasma esse factum: quia mortuus resurrexit Lazarus vnus erat ex recumbentibus. Videbat, loquebatur: epula-

batur: veritas ostendebatur: infidelitas Iudeorum confundebatur. Discumbebat ergo dominus cum Lazaro, & cæteris: ministrabat Martha, vna ex sororibus Lazari. Maria altera soror Lazari accepit libram vnguenti nardi pisticeæ pretiosi & unxit pedes Iesu: & extersit capillis suis pedes eius: & domus impleta est ex odore vnguenti. Factum audiuius requiramus mysterium. Quæcunq; anima fidelis vis esse cum Maria: vnge pedes domini pretioso vnguento. vnguentum illud, iustitia fuit: ideo libra fuit. Erat autem vnguentum nardi pisticeæ pretiosi. Quod ait pisticeæ, locum aliquem credere debemus, unde hoc erat vnguentum pretiosum. Nec tamen hoc vocat: & sacramento optime consonat. Pistis Græcè, Latinè dicitur fides. Quæ rebus operari iustitiam, iustus autem ex fide viuunt. Vnge pedes Iesu bene viuendo, dominica sectare vestigia. Capillis terge: si habes superflua, da pauperibus, & do-

Feria. iij. Hebdomadze sancte.

mini pedes terfisti. Capilli enim, superflua corporis videntur esse. Habes quod agas, de superfluis tuis: tibi superflua sunt, sed domini pedibus necessaria sunt.

¶ Ad Laudes. Antiph.
Salua me ex ore leonis. & à cornibus vnicorniũ humilitatem meam. *Oratio.*

LA quæsum⁹ omnipotens deus: vt qui in tot aduersis ex nostra infirmitate deficiamus: intercedente vnigeniti filij tui passione respiciamus. Per eundem.

¶ Ad vesp. Ana. Aperuerunt super me os suũ, sicut leo rapiens, & rugiens.

¶ Feria. iij. Ad Matutinũ.
Añs Foderunt manus meas, & pedes meos dinumerauerunt omnia ossa mea.

¶ Ex Zacharia. cap. iij.
Lectio prima.

IN die illa, erit fons patens domui Dauid, & habitatibus Ierusalem: in ablutionem peccatoris, & menstruatz. Et erit in die illa, dicit dominus exercituum: Disperdam nomina idolorum de terra, & non memorabuntur vltra:

& pseudopphetas, & spiritum immudum auferam de terra. Et erit: cum prophetauerit quispiã vltra, dicent ei pater eius, & mater eius, qui genuerunt eũ. Nõ viues: quia mendaciũ locutus est in nomine domini: & configent eum pater eius, & mater eius, genitores eius, cum prophetauerit. Et erit in die illa confundentur propheta, vnusquisq; ex visione sua cum prophetauerint, ne operientur pallio sacco, vt mentiantur: sed dicet. Nõ sum propheta, homo agricola ego sum, quoniã Adam exemplum meum ab adolescentia mea. Et dicetur ei. Quid sunt plagæ istæ in medio manuum tuarum? Et dicet. His plagatus sum in domo eorũ qui diligebat me. Phramea suscitare super pastorem meũ, & super virum coherentem mihi, dicit dominus exercituum: percutere pastorem, & dispergẽtur oves: & conuertam manum meã ad paruulos. Et erunt in omni terra dicit Dominus, partes duæ in ea dispergẽ-

tur, & deficient: & tertia pars relinquetur in ea. Et ducam tertiam partem per ignem, & uram eos sicut uritur argentum: & probabo eos, sicut probatur aurum. Ipse vocabit nomen meum: & ego exaudiam eum. Dicam, Populus meus es, & ipse dicet, dominus deus meus.

Secundum Lucã. cap. 22.

Lectio secunda.

Appropinquabat autem dies festus azymorum, qui dicitur pascha: & quærebant principes sacerdotum, & scribæ quomodo eum interficerent timebant verò plebem. Intrauit autem satanas in Iudam qui cognominabatur Iscariotes, unum de duodecim: & abiit, & locutus est cum principibus sacerdotum & magistratibus, quemadmodum illum traderet eis. Et gauisi sunt: & pacti sunt pecuniam illi dare. Et spopondit. Et quærebatur oportunitatem, ut traderet illum sine turbis. Venit autem dies azymorum, in qua necessè erat occidi pascha. Et misit Pe-

trum, & Ioannem, dicens. Euntes parate nobis pascha, ut manducemus. At illi dixerunt. Vbi vis paramus? Et dixit ad eos, Ecco introeuntibus vobis in ciuitatem occurret vobis homo, amphoram aquæ portans: sequimini eum in domum, in qua intrat, & dicetis patrifamilias domus. Dicit tibi magister, Vbi est discipulorum, ubi pascha cum discipulis meis manducemus? Et ipse ostendet vobis cenaculum magnum stratum: & ibi parate. Euntes autem inuenerunt sicut dixit illis: & parauerunt pascha. Et cum facta esset hora, discubuit, & duodecim apostoli cum eo, & ait illis. Desiderio desideravi hoc pascha manducare vobiscum, ante quam patiar. Dico enim vobis, quia ex hoc non manducabo illuc donec impleatur in regno Dei. Et accepto calice, gratias egit, & dixit. Accipite, & diuidite inter vos: dico enim vobis, quod non bibam de generatione vitis, donec regnum Dei veniat. Et accepto pane, gratias egit, & fregit:

Feria. iij. Hebdomadæ sanctæ.

& dedit eis, dicens. Hoc est corpus meum, quod pro vobis datur. hoc facite in meam commemorationem. Similiter & calicem, postquam cœnavit, dicens. Hic est calix nouum testamentum in sanguine meo, qui pro vobis fundetur. Veruntamen ecce manus tradentis me, mecum est in mensa. Et quidem filius hominis, secundum quod definitum est, vadit. veruntamen vix homini illi, per quem tradetur. Et ipsi cœperunt querere inter se, quis esset ex eis qui hoc facturus esset. facta est autem & contentio inter eos, quis eorum videretur esse maior. Dixit autem eis. Reges gentium dominantur eorum: & qui potestatem habet super eos, benefici vocantur. Vos autem non sic: sed qui maior est in vobis, fiat sicut iunior: & qui precessor est, sicut ministrator. Nam quis maior est: qui recubit, an qui ministrat? nonne qui recumbit? Ego autem in medio vestrum sum, sicut qui ministrat: vos autem estis qui permansistis mecum in tentationibus meis. Et ego dispono vobis, sicut disposuit mihi pater meus, regnum: ut edatis, & bibatis super mensam meam in regno meo, & sedeat super thronos, iudicantes duodecim tribus Israel. Ait autem dominus Simoni. Simon, ecce satanas expetuit vos, ut cribaret sicut triticum: ego autem rogavi pro te, ut non deficiat fides tua: & tu aliquando conuersus, confirma fratres tuos. Qui dixit ei. Domine, tecum paratus sum & in carcerem, & in mortem ire. Et ille dixit. Dico tibi Petre, non catabit hodie gallus, donec ter abneget nosse me. Et dixit eis, Quando misi vos sine sacculo, & pera, & calceamentis: nunquid aliquid defuit vobis? At illi dixerunt. Nihil. Dixit ergo eis. Sed nunc qui habet sacculum, tollat, similiter & peram. Et qui non habet, vendat tunicam suam, & emat gladium. Dico enim vobis: quonia adhuc hoc quod scriptum est oportet impleri in me. Et cum iniquis deputatus est.

est. Etenim ea quae sunt de
me, finem habent. At illi
dixerunt, Domine, ecce
duo gladij hic. At ille dixit
eis. Satis est. Et egressus i-
bat, secundum consuetudi-
nem, in montem oliuarum.
Sequuti sunt autem illum
& discipuli. Et cum perue-
nisset ad locum, dixit illis,
Orate ne intretis in tenta-
tionem. Et ipse auulsus est
ab eis, quantum iactus est
lapidibus: & positus genibus,
orabat, dicens. Pater, si vis
transfer calicem istum a me.
Veruntamen non mea vo-
luntas, sed tua fiat. Appa-
ruit autem illi angelus de cae-
lo, confortans eum, Et factus
in agonia, prolixius ora-
bat. Et factus est sudor e-
ius, sicut guttae sanguinis,
decurreret in terram. Et cum
surrexisset ab oratione, &
venisset ad discipulos suos,
inuenit eos dormientes praeter-
tristitia. Et ait illis. Quid
dormitis? surgite, orate ne
intretis in tentationem.

*Sermo sancti Augustini
episcopi. Lectio tertia.*

DE Domino, & Sal-
uatore nostro, fra-
tres dilectissimi, an-

B.

N.

te multa tempora propheta-
tum est, Ascendit sicut vir-
gultum: & sicut radix de ter-
ra sitieta. *Quare* ut radix?
Ideo, quia non est species
illi: neque honor. Passus
est: humiliatus est: conspu-
tus est: non habebat specie:
homo apparebat cum esset
Deus. Sed quomodo ra-
dix non est pulchra: sed in-
tus habet vim pulchritudi-
nis suae. Attendite fratres
mei: videte misericordiam
Dei. attendens arborem pul-
chram, amaram foliis vi-
rentem, fructibus opulen-
tam, laudas: delectat aliquid
de fructu eius carpere: sub
umbra eius sedere: & re-
quiescere ab aestu. Laudas
totam illam pulchritudi-
nem. Si radix ostendatur
tibi: nulla pulchritudo in
ea est. Noli contemneres quod
abiectum est: inde proces-
sit quod miraris: ut radix
sit in terra sitieta. Attende
modo claritatem arboris:
creuit ecclesia: crediderunt
gentes, victi sunt terrae prin-
cipes sub nomine Christi,
ut essent victores in orbe
terrarum. Positum est col-
lum sub iugo Christi, Per-

K

sequebatur ante Christia-
nos propter idola: perse-
quitur idola ppter Chri-
stum. Omnes confugiunt
ad auxilium ecclesiae in o-
mni pressura, in omni tri-
bulatione sua. Creuit illud
granu synapis: factum est
maius super omnia olera.

¶ Ad Iudes. Antiphona.

Insurrexerunt in me testes
iniqui, & mentita est ini-
quitas sibi. *Oratio.*

Omnipotens sempiter-
ne deus da nobis ita
dominicæ passionis
sacramenta peragere, ut in-
dulgentiam percipere me-
reamus. Per eundem.

¶ Ad Vesperas an. Capta-
bunt in animã iusti: & san-
guinem innocentem con-
demnabunt.

¶ Feria. iiii. Ad matut. an.
Proprio filio suo non pe-
percit Deus: sed pro nobis
omnibus tradidit illum.

¶ Ex Isaiã. Cap. 53.
Lectio prima.

Quis credidit audi-
tui nostro? & bra-
chium Domini
cui reuelatum est? Et ascen-
det sicut virgultum coram
eo, & sicut radix de terra

sitienti. Non est species ei,
neque decor. Et vidimus
eum, & non erat aspectus, &
desyderauimus eum despe-
ctum, & nouissimũ viro-
rum, virum dolorum, &
scientem infirmitatem. Et
quasi absconditus vultus e-
ius, & despectus, vnde nec
reputauimus eum. Verè
languores nostros ipse tu-
lit, & dolores nostros ipse
portauit. Et nos reputau-
mus eum quasi leprosum,
& percussum à Deo, & hu-
miliatũ. Ipse autem vulne-
ratus est propter iniquita-
tes nostras, attrit⁹ est pro-
pter scelera nostra. Disci-
pula pacis nostræ sup eum,
& liuore eius sanati sum⁹.
Omnes nos, quasi oves er-
rauimus, vnusquisque in
viam sua declinauit: & po-
suit dominus in eo iniqui-
tatem omnium nostrum.
Oblatus est quia ipse vo-
luit, & non aperuit os suũ.
Sicut ovis ad occisionem
ducetur, & quasi agnus co-
ram tódeute se obmutescet,
& nõ aperiet os suum. De
angustia, & de iudicio sub-
latus est: generatione eius
quis enarrabit? quia ab-

scissus est de terra viuentium: propter scelus populi mei percussus eum. Et dabit impios pro sepultura, & diuitem pro morte sua: eo quod iniquitatem non fecerit, neque dolus fuerit, in ore eius: & dominus voluit coterere eum in infirmitate. Si posuerit pro peccato animam suam, videbit semen longeuum, & voluntas domini in manu eius dirigetur. Pro eo quod laborauit anima eius, videbit, & saturabitur. In scientia sua iustificabit ipse iustus seruos meos multos, & iniquitates eorum ipse portabit. Ideo dispertiam ei plurimos, & fortium diuidet spolia, pro eo quod tradidit in motem animam suam, & cum sceleratis reputatus est: & ipse peccata multorum tulit, & pro transgressoribus rogauit.

Secundum Lucam.

Lectio secunda.

ADhuc eo loquente, ecce turba, & quae uocabatur Iudas unus de duodecim antecedebat eos, & appropinquauit Iesu, ut oscularetur eum. Ie-

sus autem dixit illi. Iuda, osculo filium hominis tradis? Videntes autem hi qui circa ipsum erant, quod futurum erat, dixerunt ei. Domine, si percutimus in gladio? Et percussit unus ex illis seruum principis sacerdotum: & amputauit auriculam eius dexteram. Respondens autem Iesus, ait, Sinite usque huc. Et cum tetigisset auriculam eius, sanauit eam. Dixit autem Iesus ad eos qui uenerant ad se, principes sacerdotum, & magistratus templi, & seniores, Quasi ad latronem existis, cum gladiis, & fustibus? Cum quotidie uobiscum fuerim in templo: non extendistis manus in me: sed haec est hora uestra, & potestas tenebrarum. Comprehendentes autem eum, duxerunt ad domum principis sacerdotum: Petrus uero sequebatur eum a longe. Accenso autem igne in medio atrij, & circumsedentibus illis, erat Petrus in medio eorum. Quae cum uidisset ancilla quaedam, sedentem ad lumen, & cum fuisset, intuuta, dixit,

Feris. iij. Hebdomadæ sanctæ.

Et hic cum illo erat. At ille negauit eum, dicēs. Mulier, nō noui illum. Et post pusillum, alius uidentis eū, dixit. Et tu de illis es. Petrus uerò ait. O homo, nō sum. Et interuallo factō, quasi horæ unius, alius quidam affirmabat, dicēs. Verè & hic cum illo erat, nam & Galilæus est. Et ait Petr^o. Homo, nescio quid dicis. Et cōtinuò adhuc illo loquente, cantauit gallus. Et conuersus domin^{us}, respexit Petrum. Et recordatus est Petrus uerbi domini, sicut dixerat: **Quia** prius quàm gallus cantet, ter me negabis. Et egressus foras Petrus fleuit amarè. Et uiri qui tenebant illū, iludebant ei cædentes. Et uelauerunt eum, & percutiebant faciem eius, & interrogabant eum, dicētes. Prophetiza, quis est qui te percussit? Et alia multa blasphemantes dicebāt in eū. Et ut factus est dies, conuenerunt seniores plebis, & principes sacerdotum, & Scribæ: & duxerunt illū in concilium suum, dicentes. Si tu es Christus dic nobis. Et ait illis. Si uobis dixerō, non credetis mihi: si autem & interrogauerō, non responderitis mihi, neque dimittetis: ex hoc autem erit filius hominis dei. Dixerunt autē omnes. Tu ergo es filius dei? **Qui** ait. Vos dicitis: quia ego som. At illi dixerunt. **Quid** adhuc desyderamus testimonium? ipsi enim audiui^{mus} de ore eius. Et surgens omnis multitudo eorum duxerunt illum ad Pilatum. Cœperunt autem illum accusare, dicentes. Hunc inuenimus subuertentem gentem nostram, & prohibentem tributa dare Cæsari, & dicentem se Christum regem esse. Pilatus autem interrogauit eum, dicēs. Tu es rex Iudæorum? At ille respondens, ait. Tu dicis. Ait autem Pilatus ad principes sacerdotū, & turbas. Nihil inuenio causæ in hoc homine. At illi inualescebant, dicentes. Commouit populum, docens per uniuersam Iudæam, incipiens à Galilæa usque huc. Pilatus autem audiēs Galilæa:

interrogauit, si homo Galileus esset. Et ut cognouit quod de Herodis potestate esset, remisit eum ad Herodem, qui & ipse Ierosolymis erat illis diebus. Herodes autem viso Iesu, gauisus est valde: erat enim cupiens ex multo tempore videre eum, eo quod audiret multa de eo, & sperabat signum aliquod videre ab eo fieri. Interrogabat autem eum multis sermonibus. At ipse nihil illi respondebat. Stabant autem principes sacerdotum, & scribae, constanter accusantes eum. Spreuit autem illum Herodes, cum exercitu suo: & illudit, indutum veste alba, & remisit ad Pilatum. Et facti sunt amici Pilatus & Herodes, in ipsa die, nam antea inimici erat adinuicem.

**Sermo sancti Ambrosij
episcopi. Lectio tertia.**

Legimus, quia Christus peccata nostra portat: & pro nobis dolet. Doles ergo domine, non tua, sed nostra vulnera: non tuam mortem, sed nostram infirmitatem: &

nos existimauimus te esse in doloribus, cum tu non pro te, sed pro me doleres. Infirmatus enim es: sed propter peccata nostra. Non quia tibi illa infirmitas, erat ex patre assumpta: sed pro me suscepta: quia nil proderat, ut eruditio pacis nostrae esset in te, nisi liuore tuo vulnera nostra sanares. Sed quid mirum, si pro omnibus doluit, qui pro vno fleuit? Quid mirum, si moriturus pro omnibus redeat, qui Lazarum resuscitatur? Illachrymat? Sed & ibi pia sororis lachrymis commouetur: quia mentem humanam tangebant: & hic alto appetitur affectu: ut quia in carne sua peccata nostra pertimebat mortem quoque animae nostrae, suae animae mœror aboleret. Et fortasse ideo tristis est: quia post Adæ lapsum, tali transitu nobis erat de hoc seculo recedendum, ut mori esset necessesse. Deus enim mortem non fecit: nec lætatur in perditione viuorum: & ideo fastidit quod ipse non fecit. Denique ait. Transfer à me

Feria. v. in cena Domini.

calicē istum, quasi homo mortē recusans, quasi De⁹ sententiā suam reseruans. Oportet em̄ nos mori seculo: vt resurgamus Deo.

¶ *Ad laudes. Añā.* Omnes videntes me deriserūt me, locuti sunt labiis: & mouerunt caput.

Oratio.

Propterea quæsumus omnipotens deus: vt qui nostris excessibus incessanter affligimur: per vnigeniti filij tui passionē liberemur. Qui tecum.

¶ *Ad vesp. añ.* Sperauit in dño, eripiat eū, saluum faciat eum, quoniā vult eū,

¶ *Notandum,* quod si aliquo ex his tribus diebus sequentibus incidit aliquod festum simplex, non debet fieri officiū, nec commemoratio de eo: si autem fuerit duplex, transferēdū est post octauam Pasche.

¶ *Feria. v. in cena Dñi.*

¶ *Notandum quod hodie. Pater noster. & Ave Maria,* dicuntur in principio omnium horarum, sicut antea, sed oībus aliis pretermisiss, absolute incipitur matut. ab antiph. infra scripta Antiph. Zelus do-

mus tuus comedit me, & opprobria exprobrantium tibi, ceciderunt super me.

Deinde dñr psal. & terminantur absolute sine. Gloria patri. & sic terminatur etiam in omnibus aliis horis. Post psalmos repetitur Añā, & statim dicitur. Pater nñ. &c.

Deinde dicitur tres sequentes lectiones, sine benedictionibus, & sine, Tu autem domine.

¶ *Lamentatio ieremix proph. cap. i. Lect. 1. Aleph.*

Quomodo sedet sola ciuitas plena populo: facta est quasi vidua domina gentium. Princeps prouinciarum facta est sub tributo. Beth. Plorans plorauit in nocte, & lachrymæ eius in maxillis eius, Non est qui cōsoletur eā, ex omnibus charis eius. Omnes amici eius spreuerunt eam, & facti sunt ei inimici.

Ginei. Migravit iudas propter afflictionē, & multitudinem seruitutis. Habitauit inter gentes, nec inuenit requiē. Omnes persecutores eius apprehenderunt eam inter angustias.

Daleb. Via Sion lugent, eo quod non sint qui veniant ad solenitatem. Omnes portæ eius destructæ, & sacerdotes eius gementes. Virgines eius squalidæ, & ipsa oppressa amaritudine.

He. Facti sunt hostes eius in capite, inimici eius locupletati sunt: quia dominus locutus est super eam, propter multitudinem iniquitatum eius. Paruuli eius ducti sunt in captiuitate, ante faciem tribulantis.

Vau. Et egressus est à filia Sion omnis decor eius. Facti sunt principes eius velut arietes non inuenientes pascua: & abierunt absque fortitudine, ante faciem subsequens.

Zain. Recordata est Ierusalem dierum afflictionis suæ, & prauaricationis: omnium desiderabilium suorum, quæ habuerat à diebus antiquis. cum caderet populus eius in manu hostili, & non esset auxiliator. Viderunt eam hostes, & deriserunt sabbata eius.

Hain. Peccatum peccauit Ierusalem, propterea instabilis facta est. Omnes qui

glorificabant eam, spreuerunt illam: quia viderunt ignominiam eius. Ipsa autem gemens, & conuersa est retrorsum.

Teth. Sordes eius in pedibus eius, nec recordata est finis sui. Deposita est vehementer, non habens consolatorem. Vide domine afflictionem meam, quoniam erectus est inimicus.

Iod. Manum suam misit hostis ad omnia desiderabilia eius, quia vidit gates ingressas sanctuarium suum, de quibus præceperas ne intrarent in ecclesiam tuam.

Caph. Omnis populus eius gemens, & querens pacem. Dederunt præciosam quæque pro cibo, ad refocillandum animam. Vide domine, & considera, quoniam facta sum vllis.

Lamed. O vos omnes, qui transitis per viam, attendite, & videte, si est dolor sicut dolor meus: Quoniam vindemiauit me, ut locutus est dominus in die iræ furoris sui. Ierusalem, Ierusalem conuertere ad dominum Deum tuum.

Secundus Luca. Lectio. ij.

Feria. v. in cœna Domini.

Pilatus autem, conuocatis principibus sacerdotū, & magistratibus, & plebe, dixit ad illos. Obtulistis mihi hunc hominem, quasi auertentem populum: & ecce, ego coram vobis interrogans, nullam causam inuenio in homine isto, ex his in quibus eum accusatis. Sed neque Herodes. nam remisit vos ad illum, & ecce, nihil dignum morte actum est ei. Emendatum ergo illum dimittam. Necessarium autem habebat dimittere eis per diem festū vnū. Exclamauit autem simul vniuersa turba, dicēs, Tolle hunc, & dimitte nobis Barrabbam: Qui erat propter seditionem quandam factam in ciuitate, & homicidium missus in carcerē. Iterum autem Pilatus locutus est ad eos, volens dimittere Iesum. At illi succlamabant dicentes, crucifige, crucifige eum. Ille autem tertio dixit ad illos, quid enim mali fecit iste? nullā causam mortis inuenio in eo. Corripia ergo illum, & dimitta. At illi in-

stabāt vocibus magnis, postulātes, vt crucifigeretur: & inualecebant voces eorum. Et Pilatus adiudicauit fieri petitionem eorū. Dimisit autem illis eum, quod propter homicidiū, & seditionem, missus fuerat in carcerem, quem petebant: Iesum verō tradidit voluntati eorum. Et cum ducerent eum, apprehenderūt Simonē, quendā Cyrenēsem venientem de villa: & imposuerunt illi crucem portare post Iesum. Sequebatur autem illum multa turba populi: & mulierū: quæ plangebant, & lamentabantur eum. Conuersus autem ad illas Iesus dixit. Filix Ierusalem, nolite flere super me: sed super vos ipsas flete, & super filios vestros: quoniam ecce venient dies in quibus dicēt. Beata steriles, & ventres qui non genuerunt, & vbera quæ non lactauerunt. Tunc incipient dicere mortuibus, Cadite super nos: & collibus. Operite nos: Quia si in viridi ligno hæc faciunt: in arido quid fiet? Ducebantur autem & alij

duo nequā cum eo, vt interficerētur. Et postquam venerunt in locum qui vocatur Caluarix. ibi crucifixerunt eū: & latrones, vnū à dextris, & alterum à sinistris. Iesus autem dicebat. Pater, dimitte illis, non enim sciunt quid faciunt. Diuidentes verò vestimēta eius, miserunt sortes. Et stabat populus expectans, & deridebāt eum principes cū eis, dicentes. Alios saluos fecit se saluum faciat, si hic est Christus Dei electus. Illudebant autem ei & milites, accedentes, & acetum offerentes ei, & dicētes. Si tu es rex Iudæorum, saluū te fac. Erat autem & superscriptio, scripta super eū, litteris Græcis, & Latinis, & Hebraicis. Hic est rex Iudæorum. Vnus autē de his qui pendebant latronib⁹, blasphemabat eū, dicens. Si tu es Christus: saluū te ipsum, & nos. Respōdēs autē alter, increpabat eū, dicens. Neq; tu times deū, qui in eadem damnatione es? Et nos quidem iuste: nā digna factis recipimus: hic verò, nihil maligessit. Et dicebat ad Iesum. Domine, memento mei cū veneris in regnum tuum. Et dixit illi Iesus. Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso. Erat autem serē hora sexta: & tenebræ factæ sunt in vniuersam terram, i; vsq; in horam nonā. & obscuratus est sol: & velum templi scissum est medium. Et clamans voce magna Iesus, ait. Pater in manus tuas cōmendo spiritū meum. Et hęc dicens, expirauit. Videns autem Centurio, quod factū fuerat, glorificauit Deum, dicēs. Verē, hic homo iustus erat. Et omnis turba eorum qui simul aderant ad spectaculū istud, & videbant quæ fiebant percutientes pectora sua reuertebantur. Stabāt autem omnes, noti eius à longe: & mulieres quæ secutæ eum erant à Galilæa, hæc videntes. Et ecce vir nomine Ioseph, qui erat decurio: vir bonus & iustus: hic non consenserat consilio, & actibus eorum, ab Arimathæa ciuitate Iudææ, qui expectabat & ipse regnum Dei. hic accessit

Feria, v. in cenâ Domini.

ad Pilatum, & petiit corpus Iesu, & depositum inuoluit sindone, & posuit illud in monumento exciso quo nondum quisquâ positus fuerat. Et dies erat parasceues, & sabbatum illucescebat. Subsecutæ autem mulieres quæ cum eo venerat de Galilæa, viderunt monumentum, & quemadmodum positum erat corpus eius. Et reuertentes parauerunt aromata, & unguenta, & sabbato quidem siuerunt, secundum mandatum.

¶ Ex epistola prima Pauli ad Corinthios cap. xi. Le. iij.

Conuenientibus vobis in unum, iam non est dominicam cenam manducare. Vnusquisque enim suam cenam presumit ad manducandum. Et alius quidem esurit: alius autem ebrius est. Numquid domos non habetis ad manducandum, & bibendum? Aut ecclesiam Dei contemnitis: & confunditis eos qui non habent? Quid dicam vobis? Laudo vos: in hoc non laudo. Ego enim accipi à domino, quod & tradidi vobis, quoniam dominus Ie-

sus in qua nocte tradebatur, accepit panem: & gratias agens fregit, & dixit. Accipite, & manducate: hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur: hoc facite in meam commemorationem. Similiter & calicem, postquam cenauit dicens. Hic calix, nouum testamentum est, in meo sanguine. Hoc facite quotiescunque biberitis in meam commemorationem. Quotiescunque enim manducabitis panem hunc & calicem bibetis: mortem domini annuntiabitis donec veniat. Itaque quicumque manducauerit panem, vel biberit calicem domini indignè: reus erit corporis, & sanguinis domini. Probet autem seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat. Qui enim manducat, & bibit indignè: iudicium sibi manducat, & bibit, non diiudicans corpus domini. Ideo inter vos multi infirmi & ibecilles, & dormiunt multi. Quod si nosmetipsos diiudicaremus: non utique iudicaremur.

Finitis lectionibus non desit Deum, nec Misereor.

sed statim ad laudes dicitur.

Ant. Traditor autē dedit
eis signum, dicens, Quem
osculatus fuero, ipse est:
tenete eum. De hac quoque
psalmi est canticum. Benedi-

ctus, quo finito repetitur
ana. & statim dicitur. **Ps.**
Christus factus est pro no-

bis obediens usque ad mor-

tem, mortē autem crucis.

R. Propter quod & Deus
exaltauit illum, & dedit il-

li nomen, quod est super
omne nomen. Deinde sic

genus dicitur. Pater
noster. **Ec.** & **ps.** Miserere.

Ec. **ps.** quo finito immo-

diate sine Oremus de orō.

R. Espice quęsumus do-

mine super hanc fa-

miliam tuā pro qua
dominus noster Iesus Chri-

stus non dubitauit manibus
trahi nocentium, & crucis
subire tormentum. Deinde
dicitur sub silentio, qui
tecum uiuit. **Ec.** Et non dicitur.
Benedicamus. nec Fidelium.
Predicto modo dicitur. **Ps.**
Christus factus. **Ec.** usque
ad finem orōnis. Respice,
in omnibus horis, usque ad
vesperas sab. sancti excludit
suo. Ad primā, tertiam, sex

tam, & nonā. Ceteris omnibus
omissis absolute dicitur psalmus
quibus finitis, in qualibet die
clarum horarum dicitur statim.

Christus factus. Ec. ut supra.

Ad vesper. absolute dicitur antiphona
Cœnantibus illis, accepit
Iesus panem, benedixit ac

fregit, deditque discipulis
suis. Deinde dicitur per canticum.

Magnificat. quo finito
repetitur antiphona. & statim
dicitur. Christus factus.

Ec. ut supra. **Ad complet.** Absolute
dicitur psalmus cum canticum.

Nunc dimittis. quo finito
statim dicitur. Christus factus.

Ec. ut supra. **¶** Notandum quod
sicut in hac feria. v. ita etiam
dicendum est officium in duobus

diebus sequentibus, mutando
antiphonas & lectiones,
ut in eis videbis.

¶ Feria. vi. in pascheue ad
matutinam. Antulerunt reges
terre, & principes conuenerunt
in unum, aduersus dominum,
& aduersus Christum eius.

¶ Ex lamentatione Ieremie
cap. x. Lectio. j. Nun-

crutemur vias nostras &
squaramus, & reuertamur
ad dominum.

Nun. Leuemus corda nostra,
cum manibus ad Do-

Peria. vj. In parasceue.

minum in celos.

Nun. Nos iniquè egimus,
& ad iracundiam prouocaui-
mus: idcirco tu inexorabilis es.

Samech. Operuisti furo-
re, & percussisti nos: occi-
disti, nec pepercisti.

Samech. Opposuisti nu-
bè tibi, ne transeat oratio.

Samech. Eradicationem &
abiectionem posuisti me,
in medio populorum.

Phc. Aperuerunt super
nos os suum, omnes inimi-
ci nostri.

Phc. Formido, & laqueus
facta est nobis vaticinatio,
& contritio.

Phc. Diuisiones aquarum
deduxit oculus meus, in cõ-
tritione filiaè populi mei.

Ain. Oculus meus afflicto
est nec tacuit, eo quòd nõ
esset requies.

Ain. Donec respiceret, &
videret dominus de cælis.

Ain. Oculus meus depre-
datus est animã meam, in
cũctis filiabus verbis meg.

Sade. Venatione ceperunt
me, quasi auè inimici mei
gratis.

Sade. Lapsa est in lacũ vi-
ta mea, & posuerunt lapi-

dem super me.

Sade. Inundauerunt aquæ
super caput meum: dixi,
Perij.

Coph. Inuocaui nomen
tuum Domine, de locis no-
uissimis.

Coph. Vocem meam audi-
sti ne auertas aurem tuam
à singulto meo, & clamo-
ribus.

Coph. Appropinquasti in
die quando inuocaui te: di-
xisti, Ne timeas.

Res. Iudicasti domine cau-
sam animæ meæ, redemptor
vitæ meæ.

Res. Vidisti dñe iniquita-
tem illorũ aduersum me:
iudica iudicium meum.

Res. Vidisti omnem furo-
rem, vniuersas cogitationes
eorum aduersum me.

Sin. Audisti opprobria
eorum dñe, omnes cogita-
tiones eorũ aduersum me.

Sin. Labia insurgentium
mihi, & meditationes eorũ
aduersum me tota die.

Sin. Sescionem eorum, &
resurrectionem eorum vi-
de: ego sum psalmus eorũ.

Thau. Reddes eis vicem
Domine, iuxta opera ma-
num suarum.

Thau. Dabis eis scutum cordis, laborem tuum.

Thau. Persequeris in furore tuo, & conteres eos sub cælis dñe. Ierusalè Ierusalem, conuertere ad dominum Deum tuum.

Secundū Ioānem. Cap. 11.

Lectio secunda.

HAcc cū dixisset Iesus, egressus est cum discipulis suis, trans torrentem Cedron, vbi erat hortus in quem introiuit ipse, & discipuli eius. Sciebat autem & Iudas qui tradebat eum locū: quia frequenter Iesus conuenerat illic cū discipulis suis. Iudas ergo cū accepisset cohortem: & à pontificibus, & Phariseis ministros: venit illic cum lanternis & facibus & armis. Iesus itaque sciens omnia quæ ventura erant super se processit, & dixit eis, *Quem queritis?* Responderunt ei, Iesum Nazarenū. Dicit eis Iesus. Ego sum. Stabat autem & Iudas qui tradebat eum cū ipsis. Vt ergo dixit eis, Ego sum: abierunt retrorsū, & ceciderūt in terram. Iterū ergo interrogauit eos.

Quem queritis? Illi autem dixerūt, Iesum Nazarenū. Respondit Iesus. Dixi vobis quia ego sum: si ergo me queritis, sinite hos abire, Vt impleretur sermo quē dixit, Quia quos dedisti mihi, non perdidisti eis quenquam. Simon ergo Petrus habēs gladium eduxit eū: & percussit pontificis seruum, & abscidit auriculam eius dexteram. Erat autem, nomen seruo, Malchus, Dixit ergo Iesus Petro. Mitt e gladiū tuum in vaginā. Calicem quem dedit mihi pater, non vis vt bibam illū? Cohors autem & tribunus & ministri Iudæorum comprehenderunt Iesum, & ligauerunt eum: & adduxerunt eū ad Annam, primum: erat enim socer Caiphæ, qui erat pontifex anni illius: erat autē Caiphæ qui consilium dederat Iudæis, Quia expedit vnum hominem mori pro populo. Sequebatur autem Iesum Simon Petrus, & ali⁹ discipulus. Discipulus autē ille, erat notus pontifici, & introiuit cum Iesū, in atrium pon-

tificis: Petrus autem stabat ad ostium foris. Exiuit ergo discipulus alius q̄ erat notus pontifici, & dixit ostiariæ, & Introduxit Petrũ. Dicit ergo Petro ancilla ostiaria, Nunquid & tu ex discipulis es hominis istius? Dicit ille. Non sum. Stabãt autẽ serui & ministri ad prunas, quia frigus erat & calefaciebãt se: erat autẽ cũ eis & Petrus, stãs, & calefaciens se. Pontifex ergo interrogauit Iesum de discipulis suis, & de doctrina eius. Respõdit ei Iesus, ego palã locutus sum mundo, ego semper docui in synagoga, & in templo. quo omnes Iudæi conueniũt: & in occulto locutus sum nihil. Quid me interrogas? interroga eos qui audierũt quid locut⁹ sum ipsis: ecce, hi sciunt quæ dixerim ego. Hæc autẽ cũ dixisset: vn⁹ assistens in ministrorum dedit alapã Iesu, dicens. Sic respõdes pontifici? Respõdit ei Iesus. Si male locutus sum, testimonium perhibe de malo: si autem bene, quid me cædis? Et misit eum Annas li-

gatum ad Caiapham p̄tifficem. Erat autẽ Simon Petrus stans & calefaciens se. Dixerunt ergo ei. Nunquid & tu ex discipulis eius es? Negauit ille, & dixit: Nõ sum. Dicit ei vnus ex seruis p̄tifficis, cognatus eius, cuius abscedit Petrus auriculã. Nõne ego te vidi in horto cũ illo? Isterũ ergo negauit Petrus: & statim gallus cantauit. Adducũt ergo Iesum, à Caiapha, in pratoriũ. Erat autẽ mane: & ipsi nõ introierũt in pratoriũ, vt nõ cõtaminarentur, sed vt māducarent pascha. Exiuit ergo Pilatus ad eos foras, & dixit. Quã accusationẽ assertis aduersus hominẽ hũc? Responderunt, & dixerũt ei. Si nõ esset hic malefactor, non tibi tradidissimus eũ. Dixit ergo eis Pilatus. Accipite eũ vos, & secundum legẽ vestram iudicate eũ. Dixerunt ergo ei Iudæi. Nobis non licet interficere quemquã. Vt sermo Iesu impleretur quem dixit, significans quã morte esset moriturus. Introiuit ergo iterum in pratorium Pila-

tus: & vocauit Iesum, & dixit ei. Tu es rex Iudæorū? Respondit ei Iesus. A temet ipso hoc dicis, an alij tibi dixerunt de me? Respondit Pilatus. Nunquid ego Iudæus sum? Gēs tua, & pōtifices, tradiderūt te mihi. Quid fecisti? Respondit Iesus. Regnū meū nō est de hoc mundo: si ex hoc mūdo esset regnū meum, ministri mei utiq; decertarēt, ut nō traderer Iudæis: nūc autem regnum meum non est hinc. Dixit itaque ei Pilatus. Ergo rex es tu. Respondit Iesus. Tu dicis, quia rex sum ego. Ego in hoc natus sum. Et ad hoc veni in mūdum: ut testimoniū perhibeam veritati: omnis qui est ex veritate, audit vocem meā. Dicit ei Pilatus. Quid est veritas? Et cū hoc dixisset, iterum exiit ad Iudæos, & dicit eis. Ego nullam inuenio in eo causam. Est autem consuetudo vobis, ut vnum dimittam vobis in pascha: vultis ergo dimittam vobis regem Iudæorum? Clamauerunt rursū omnes dicentes, Non hunc, sed

Barrabam. Erat autē Barrabam latro.

Ex tractatu sancti Augustini episcopi. Lectio. iij.

Proteristi me Deus à conuentu malignantium: à multitudinē operantium iniquitatem. Iam ipsum caput nostrum intueamur. Multi martyres talia passi sunt: sed nihil sic elucet, quomodo caput martyrum. Ibi melius intuemur, quod illi experti sunt: p̄tect⁹ est à multitudinē malignantiū p̄tegente se Deo. Protegente carnem suā in ipso filio, & homine, quē gerebat, quia filius hominis est: & fili⁹ dei est. Filius Dei, propter formam Dei: filius hominis, propter formam serui: habens potestatem ponere animā suam, & recipere eam. Quid ei potuerunt facere inimici? occiderūt corpus: animam autem non occiderunt. Intendite: parum ergo erat dominū hortari martyres verbo: nisi firmaret exēplo. Nostis qui conuentus erat malignantium Iudæorū: & quæ multitudinē operantiū iniquitatem

Sabbato sancto.

Quam iniquitatem? Quia
venerunt occidere domi-
num Iesum Christum. Tã-
ta opera bona, inquit, ostē-
di vobis, propter quod
horum opus vultis me oc-
cidere? Pertulit omnes in-
firmos eorū; curavit omēs
languidos eorum, prædi-
cavit regnum cælorū: non
tacuit vitia eorum vt ipsa
potius eis displicerent: nõ
medico à quo sanabantur.
His omnibus curationib⁹
eius ingrati, tanquã multa
febri frenetici insanietes:
in medicū qui venerat cu-
rare eos excogitauerūt cõ-
siliū perdendi eum, tan-
quam ibi volētes probare,
vtrum verè homo sit qui
mori possit: an aliquid, su-
per homines sit: & mori se
non permittat. Verbū ip-
sorum agnoscamus, in sa-
pientia Salomonis. Morte
turpissima, inquirunt, con-
demnemus eum. Erit enī
respectus in sermonibus
ipsius, Si enim verè filius
Dei est liberet eum.

¶ **Ad laudes In** Diuiserūt
sibi vestimenta mea, & su-
per vestem meam miserūt
sortem. ¶ **Ad vesperas In**

Dederunt in escam meam
fel, & in siti mea potauerūt
me aceto.

¶ **Sabbato ad Matutinum**
Antiph. Posuerunt me in
lacu inferiori, in tenebro-
sis, & in vmbra mortis.

¶ **Ex lamentatione Iere-
miz. Cap. 4. Lect. 1. Ant.**

CUm adhuc subsiste-
remus, defecerūt o-
culi nostri ad auxi-
lium nostrum vanū, cum
respiceremus attēti ad gen-
tem, quæ saluare nos non
poterat.

Zade. Lubricauerunt ve-
stigia nostra, in itinere pla-
tearum nostrarum, appo-
pinquavit finis noster, cõ-
pleti sunt dies nostri, quia
venit finis noster.

Coph. Velociores fuerūt
persecutores nostri aqui-
lis cæli: super montes per-
secuti sunt nos, in deserto
incidiati sunt nobis.

Res. Spiritus oris nostri
Christus dominus, captus
est in peccatis nostris: cui
diximus, In vmbra tua vi-
uemus in gentibus.

Sim. Gaude & lætare filia
Edom, quæ habitas in ter-
ra Hus: ad te quoque per-
ueniet

ueniet calix, inebriaberis,
atque nudaberis.

Thau. Cōpleta est iniquitas tua filia Sion, nō addet ultra vt transmigred te, Vifitauit iniquitatem tuam filia. Edō discooperuit peccata tua. *Oratio Ieremię*

Recordare domine, quid acciderit nobis: intuere, & respice opprobriū nostrū. Hereditas nostra versa est ad alienos: domus nostrę ad extraneos, Pupilli facti sumus, absq; patre, matres nostrę, quasi viduę. Aquā nostram pecunia bibim⁹. Ligna nostra precio comparauimus. Cerui cibus nostris minabamur, lassus nō dabatur requies. Aegypto didimus manū, & Assyriis vt saturaremur pane. Patres nostri peccauerunt, & nō sunt: & nos iniquitates eorum portauimus. Serui dominati sunt nostri non fuit qui redimeret de manu eorū. In animabus nostris afferebamus panē nobis, à facie gladij in deserto. Pellis nostra, quasi cibus exusta est à facie tēpestatum famis. Ierusalem Ierusalem. Conuertere ad

B.

N.

dominum deum tuum.

Secundū. Iōannē. cap. 19.

Lectio secunda.

TVnc ergo apprehendit Pilatus Iesum, & flagellauit. Et milites plectentes coronam de spinis, imposuerunt capiti eius, & veste purpurea circumdederunt eum. Et veniebant ad eū, & dicebant. Ave rex Iudæorum: & dabant ei alapas. Exiit iterum Pilatus, & dicit eis. Ecce adduco vobis eū foras, vt cognoscatis, quia in eo nullā inuenio causam. Exiit ergo Iesus foras, portans coronā spineā, & purpureum vestimentū. Et dicit eis. Ecce homo. Cū ergo vidissent eum pōtiffices & ministri, clamabant dicentes. Crucifige, crucifige eum. Dicit eis Pilatus, Accipite eū vos: & crucifigite: ego enim nō inuenio in eo causam. Responderunt ei Iudæi. Nos legē habemus: & secundū legem debet mori, quia filiū dei se fecit. Cū ergo audisset Pilatus hūc sermonē, magis timuit. Et ingressus est prætoriū iterū: & dicit ad

L

Iesum, unde es tu? Iesus autem responsum non dedit ei. Dicit ergo ei Pilatus, Mihi non loqueris? nescis quia potestatem habeo crucifigere te, & potestatem habeo dimittere te? Respondit Iesus. Non haberes potestatem aduersum me ullam, nisi tibi datum esset desuper. Propterea, qui me tradidit tibi, maius peccatum habet. Et exinde quare rebat Pilatus dimittere eum. Iudaei autem clamabant, dicentes. Si hunc dimittis, non es amicus Caesaris: omnis enim qui se regem facit, contradicit Caesari. Pilatus autem cum audisset hos sermones, adduxit foras Iesum: & sedit pro tribunali, in loco qui dicitur Lithostratos, Hebraice autem parascue paschae hora quasi sexta: & dicit Iudaeis: Ecce rex vester. Illi autem clamabant. Tolle, tolle, crucifige eum. Dicit ei Pilatus, Regem vestrum crucifigam? Responderunt pontifices. Non habemus regem, nisi Caesarem. Tunc ergo tradidit eis illum, ut

crucifigeretur. Susceperunt autem Iesum & adduxerunt eum. Et baiulans sibi crucem, exiit in eum qui dicitur Caluariae locus, Hebraice autem Golgotha: ubi crucifixerunt eum, & cum eo alios duos hinc & hinc, medium autem Iesum. Scripsit autem & titulum Pilatus, & posuit super crucem. Erat autem scriptum. Iesus Nazarenus Rex Iudaeorum. Hunc ergo titulum multi Iudaeorum legerunt: quia prope ciuitatem erat locus, ubi crucifixus est Iesus. Et erat scriptum Hebraice, Graece, & Latine. Dicebat ergo Pilato pontifices Iudaeorum. Noli scribere rex Iudaeorum, sed quia ipse dixit, Rex sum Iudaeorum. Respondit Pilatus, Quod scripsi, scripsi. Milites ergo, cum crucifixissent eum acceperunt vestimenta eius (& fecerunt quatuor partes: unicuique militi partem) & tunicam. Erat autem tunica, in consutulis, desuper contexta per totum. Dixerunt ergo adinuicem, Non scindamus eam, sed fortiamur de illa

cuius sit, Vt scriptura im-
 pleretur, dicens. Partiti
 sunt vestimenta mea tibi:
 & in vestem meam miserunt
 sortem. Et milites quidem
 hæc fecerunt. Stabant au-
 tem iuxta crucem Iesu, ma-
 ter eius, & soror matris e-
 ius, Maria Cleophe, & Ma-
 ria Magdalene. Cùm vidis-
 set ergo Iesus matrem, & di-
 scipulum statem quem di-
 ligebat dicit matri suæ.
 Mulier, ecce filius tuus. De-
 inde dicit discipulo, Ecce
 mater tua, Et ex illa hora
 accepit eam discipulus in
 suam. Postea sciens Iesus
 quia omnia consummata
 sunt, vt cõsummaretur scri-
 ptura, dicit. Sitio. Vas aut
 erat positum, aceto plenum, il-
 li aut spongiam plenam ace-
 to, hyssopo circumponentes,
 obtulerunt ori eius. Cùm er-
 go accepisset Iesus acetum,
 dixit. Consummatum est. Et
 inclinato capite, tradidit
 spiritum. Iudæi ergo (quonia
 parasceue erat) vt non re-
 manerent in cruce corpora
 sabbato (erat enim magnus
 dies ille sabbati) rogauerunt
 Pilatum, vt frangerentur
 eorum crura, & tol-

lerentur. Venerunt ergo
 milites: & primi quidem
 fregerunt crura, & alterius
 qui crucifixus est cum eo.
 Ad Iesum autem cùm ve-
 nissent, vt viderunt eum
 iam mortuum, non frege-
 runt eius crura, sed vnus
 militum lancea latus eius
 aperuit, & continuo exi-
 uit sanguis, & aqua. Et qui
 vidit, testimonium perhi-
 buit, & verum est testimoni-
 um eius. Et ille scit quia ve-
 ra dicit: vt & vos credatis.
 Facta sunt enim hæc, vt
 scriptura impleretur. Os
 non comminuetis ex eo.
 Et iterum alia scriptura di-
 cit, Videbunt in quem trans-
 fixerunt, post hæc autem
 rogauit Pilatum Ioseph ab
 Arimathæa (eo quod es-
 set discipulus Iesu, occultus
 autem, propter metum Iu-
 dæorum) vt tolleretur cor-
 pus Iesu. Et permisit Pila-
 tus. Venit ergo, & tulit
 corpus Iesu. Venit autem &
 Nicodemus, qui venerat
 ad Iesum nocte primam, fe-
 rens mixturam myrrhæ, &
 aloes, quasi libras centum.
 Acceperunt autem corpus
 Iesu, & ligauerunt illud

dinteis cum aromatibus, sicut mos est Iudæis sepelire. Erat autē in loco ubi crucifixus est hortus. & in horto monumentū nouū, in quo nondum quisquam positus erat. Ibi ergo propter parasceuem Iudæorū: quia iuxta erat monumentum, posuerunt Iesum.

Ex tractatu scti Augustini super Psal. Lect. iij.

Accedet homo ad cor altum: & exaltabitur deus. Illi dixerūt. Quis nos videbit. Defecerunt scrutantes scrutatio, cōsilia mala. Accessit homo ad ipsa consilia passus est se teneri homo. Nō enī teneretur, nisi homo: aut videretur, nisi homo: aut caderetur, nisi homo: aut crucifigeretur, & moreretur, nisi homo. Accessit ergo homo, ad omnes illas passiones, quæ in illo nihil valerent, nisi esset homo. Sed si ille nō esset homo: nō liberaretur homo. Accessit homo ad cor altum, id est, cor secretū obiciens aspectibus humanis hominem servas intus deum: celans formam dei:

in qua æqualis est patri, & offerēs formam serui, qua minor est patre. Ipse enim dixit vtrumque: sed aliud ex forma dei, aliud ex forma serui: dixit ex forma dei: ego & pater vnum sumus. Dixit ex forma serui: quoniam pater maior me est. Vnde ex forma dei: ego & pater vnum sumus: Quia cū in forma dei esset, nō rapinam arbitratus est esse se æquale deo. Vnde ex forma serui: quoniam pater maior me est. quia se metipsum exinaniuit, formam serui accipiens. Accessit ergo ad cor altum: & exaltatus est deus. Occiditur hō: & exaltatur Deus. Quod enim occisus est: ex infirmitate humana fuit. Quod resurrexit, & ascendit, ex potestate diuina. Accedet homo ad cor altum: cor secretum: cor absconditum: non ostendens quid nosset: non ostendens quid esset.

Ad laudes. Antiphona.
O mors, ero mors tua, morsus tuus ero, inferne.

Ad vesperas absolute dicitur. Antiph. Alleluia: al-

alleluia: alleluia. Vespere autem sabbati: quæ luceſcit in prima ſabbati: venit Maria Magdalene: & altera Maria videre ſepulchrū, alleluia.

¶ Deinde pſalmi vt ſi pſalterio: & in ſine cuiuſlibet dicitur Gloria patri, more ſolito, quibus ſinitis cū cantico Magnificat. repetitur. Antiph. Deinde dicitur Domine exaudi. Et clamo meus. **Oratio.**

Spiritum nobis domine tuæ charitatis infunde: vt quos ſacramentis paſchalibus ſatiaſti: tua facias pietate concordet: Per in unitate eiꝯ ſp̄rituſ ſancti deus.

Benedicamus domino. Alleluia, alleluia. Deo gratias, Alleluia, alleluia. Fidelium animę. **Predictio modo dicitur.** Benedicamus. **cum duplici Alleluia. in ſine omniũ horarũ per totã hebdomadã ſequentẽ.**

¶ Ad cõpletorium Cõuerſe nos. Deus in adiutoriũ meum. &c. Alleluia, omnia vt ſupra ante ſeptuagſimam. Et in ſine. Antiph. Salua nos, additur. Alleluia. vsq; ad Aſcenſionẽ,

DOMINICA RE
ſurrectionis duplex maiꝯ.

¶ Si hodie inciderit aliqđ feſtum ſimplex omittitur omnino, ſi aut venerit infra octauã, fiet cõmemoratio de eo ſinita prima ante

Pretioſa. vt dicitũ ſunt. Si verò fuerit feſtum dupliciter transferendũ eſt poſt octauam. **Ad Matut. Inuita. Surrexiſ Dominus verò Alleluia. Hymnuſ.**

AVrora lucis rutilat
Cælum laudibꝯ in-
tonat,

Mundus exultans iubilat:
Gemens infernuſ vlulat.

Cũ rex ille fortiſſimꝯ,
Mortis contractiſ viribuſ,
Pede conculcans tartara,
Soluit à pœna miſerõſ.

Iſte qui clauſuſ lapide,
Custoditur ſub milite:
Triumphãſ p̄ opa nobili,
Victor ſurgit de funere,
Solutiſ iam gemitibuſ,
Et inferni doloribuſ.

Quia ſurrexiſ domine,
Reſplẽdẽſ clamat angelꝯ.

Gloria tibi domine,
Qui ſurrexiſti à mortuõſ,
Cum patre, & ſancto ſp̄ũ,
In ſempiterna ſecula. Am̄.

¶ **Notandum, quòd in ſ-**

Domini Resurrectionis

**De omnium hymnorum,
tam festiuorum, quam fe-
stiuorum in omnibus horis
vsq; ad ascensionē dicitur.**

**Gloria tibi domine, Qui
surrexisti à mortuis, Cum
patre, &c. Antiph. Ego
dormiui: & somnum cepi,
& exurrexi quoniam Do-
minus suscepit me. Alle-
luia, alleluia.**

**¶ Ex Iona prophe. cap. 1.
Lectio prima.**

ET præparauit domi-
nus piscem grandem:
vt deglutiret Ionam:
& erat Ionas in ventre pi-
scis tribus diebus, & tribus
noctibus. Et orauit Ionas
ad dominū deum suum de
vtero piscis. Et dixit. Cla-
maui de tribulatione mea
ad dominum, & exaudiuit
me: de ventre inferi clama-
ui, & exaudisti vocē meā.
Et proiecisti me in profun-
dum in corde maris, & flu-
men circumdedit me: om-
nes gurgites tui, & fluctus
tui, super me trāserūt. Et
ego dixi. Abiectus sum à
cōspectu oculorum tuo-
rum: veruntamen rursus
videbo templum sanctum
tuum. Circūdederūt me

aque, vsque ad animam,
abyssus vallauit me, pela-
gus operuit caput meum.
Ad extrema montium de-
scendi, terræ vectes cōclu-
serunt me, in æternum: &
subleuabis de corruptione
vitam meam: dominus deus
meus. Cū angustiareretur
in me anima mea, Dñi re-
cordatus sum: vt veniat ad
te oratio mea, ad templum
sanctum tuum. Qui custo-
diunt vanitates frustra mi-
sericordiam suam derelin-
quunt. Ego autem in voce
laudis immolabo tibi: quæ-
cunque voui reddam pro
salute Domino. Et dixit
dominus pisci: & euomuit
Ionam in aridam.

Secundum Matth. cap. 22.

Lectio secunda.

Vespere autem sabba-
ti quæ lucefecit in pri-
ma sabbati, venit Ma-
ria Magdalene, & altera
Maria, videre sepulchrū.
Et ecce terremotus factus
est magnus. Angelus enim
Domini descendit de ex-
lo: & accedens, reuoluit la-
pidē, & sedebat super eū,
erat autem aspectus eius,
sicut fulgur, & vestimen-

tum eius, sicut nix. Præ timore autem eius, exterriti sunt custodes, & facti sunt velut mortui. Respondens autem Angelus, dixit mulieribus. Nolite timere vos, scio enim quod Iesum qui crucifixus est, quaeritis: non est hic surrexit enim, sicut dixit, venite, & videte locum, vbi positus erat dominus. Et citò euntes, dicite discipulis eius, quia surrexit: & ecce præcedit vos in Galilæam, ibi eum videbitis: ecce prædixi vobis. Et exierunt citò de monumento cum timore, & gaudio magno currētes nuntiare discipulis eius. Et ecce Iesus occurrit illis, dicens. Aue. Illæ autem accesserunt, & tenuerunt pedes eius, & adorauerunt eum. Tunc ait illis Iesus. Nolite timere: ite, nuntiate fratribus meis, vt eant in Galilæam, ibi me videbunt. Quæ cum abiissent, ecce quidam de custodibus venerunt in ciuitatem, & nuntiauerunt principibus sacerdotum omnia quæ facta fuerant. Et congregati cum senio-

ribus, consilio accepto, pecuniam copiosam dederunt militibus dicētes. Dicite: Quia discipuli eius nocte venerunt, & furati sunt eum, nobis dormientibus. Et si hoc auditum fuerit à præside, nos suadebimus ei, & securos vos faciemus. At illi accepta pecunia, fecerunt sicut erant edocti. Et diuulgatum est verbum istud apud Iudæos, vsque in hodiernum diem. Undecim autem discipuli abierunt in Galilæam, in montem vbi constituerat illis Iesus. Et videntes eum adorauerunt, quidam autem dubitauerunt. Et accedens Iesus locutus est eis, dicens. Data est mihi omnis potestas, in celo, & in terra: euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos, in nomine patris, & filij, & spiritus sancti: docentes eos seruire omnia quæcumque mandauimus vobis, & ecce ego vobiscum sum, omnibus diebus, vsque ad consummationem seculi.

*Secundum Marcū. cap. 16.
Lectio tertia.*

In illo tempore. Maria Magdalene, & Maria lacobi, & Salome, abeuntes emerunt aromata: vt venientes vngerent Iesum. Et reliqua.

Homilia beati Greg. pap.

Multis vobis lectionibus fratres charissimi, per dictatum loqui consuevi: sed quia lacescente stomacho ea quæ dictaueram, legere ipse nō possum, quosdam vestrum minus libèter audientes intueor. vnde nūc à memetipso exigere contra morem volo: vt inter sacra missarum solennia lectionem sancti euangelij: non dictando, sed colloquendo edisseram: sicque excipiat: vt loquimur, Quia collocutionis vox, corda torpētia: plus quàm lectionis sermo excitat: & quasi quadam manu sollicitudinis, vt euigilet pulsat. Et quidē ad hoc opus me sufficere posse non video, sed tamen vires quas imperitia denegat, charitas ministrat. Scio namque qui dixit, Aperi os tuū, & adimplebo illud. Bonum ex-

go opus nobis in voluntate sit: nam ex diuino adiutorio erit in perfectione. Dat loquendi ausum, etiā resurrectionis dominicæ tanta solennitas. Quia & indignum valdè est, vt eodie laudes debitas taceat lingua carnis, quo videlicet die caro resurrexit auctoris. Audistis fratres charissimi, quòd sanctæ mulieres, quæ dominum fuerant sequutæ, cum aromatibus ad monumentum venerunt, & ei quem viuentem dilexerant, etiā mortuo studio humanitatis obsequuntur. Sed res gesta aliquid in sancta ecclesia significat gerendum. Sic quippe necesse est, vt audiamus quæ facta sunt quatenus cogitemus, etiā quæ nobis sunt ex eorum imitatione facienda. Et nos ergo, in eum qui est mortuus credentes, si odore virtutum resecti cum opinione bonorum operum dominum querimus: ad monumentum profecto, illius cum aromatibus venimus.

Post tertiam lectionem dicitur.
Te deum laudamus, *terti-*

per vsque ad aduentum,
 ¶ Ad Laudes. Antiph.
 Alleluia, exurrexi, & ad-
 huc tecum sum: alleluia.

¶ Deinde dicitur psalmi,
 & repetitur antiph. more
 solito, & post ana dicitur.

Hæc est dies quâ fecit do-
 minus: exulemus, & late-
 mur in ea alleluia.

Et sic fieri debet in oibus.
 horis per totam octauam.

Dñe exaudi. Et csa. Ofo.

Deus, qui hodierna
 die per vnigenitum
 tuū æternitatis. no-
 bis aditum, deuicta morte
 reserasti: vota nra quæ præ
 ueniendo aspiras: etiã adiu-
 uando prosequere. Per.

¶ Ad prima, tertis, sexta,
 & nonã. Antiph. Alleluia
 alleluia, alleluia.

¶ Ad vesp̄as. Hymnus.

Ad cœnam agni pro-
 uidi, Et stolis albis
 candidi. Post trans-
 itum maris rubri Christo
 canamus principi.

Quis corp⁹ sanctissimū,
 In ara crucis torridum.

Cruore eius roseo.

Gustando viuimus Deo.

Profecti paschæ vespere,
 A deuastante angelo;

Erepti de durissimo
 Pharaonis imperio.

Iam pascha nostrum Chri-
 stus est, Qui immolatus
 agnus est: Synceritatis ary-
 ma, Caro eius oblata est.

O verè digna hostia.

Per quam fracta sunt tarta-
 ra: Redèpta plebs captiua-
 ta: Reddita vitæ præmia.

Cùm surgit Christus tu-
 mulo: Victor redit de ba-
 rathro: Tyrannum tradens
 vinculo, Et reserans para-
 disum.

Gloria tibi domine, Qui
 surrexisti. &c. An̄s. Alle-
 luia: gauisi sũnt discipuli
 viso domino: Alleluia.

¶ Notandum, q̄ inuitato,
 hymni, & An̄x huius diei
 dicuntur per totã octauã,
 & deinde vsq; ad ascensio-
 quando fit officiu de dñi-
 ca vel de feria. Item notan-
 dum q̄ in antiph. de cõmu-
 ni sanctorum & in antiph.
 completorii adiungitur
 Alleluia. in hinc vsq; ad a-
 scensionem, & in prædicto
 tẽpore omittuntur antip.
 assignatæ i psalterio ad pri-
 mã, tertis, sextã, & nonã.

¶ Feria. ij. de octaua du-
 pliciter Genesi. Lectio. j.

Hæc quoque sunt generationes Isaac filij Abraham. Abraham genuit Isaac: qui cum quadraginta esset annorum, duxit uxorem Rebecca, filiam Bathuelis Syri, de Mesopotamia, sororem Laban. Deprecatusque est Isaac Dominum pro uxore sua, eo quod esset sterilis: qui exaudiuit eum, & dedit conceptum Rebecca. Sed collidebantur in utero eius paruuli, quæ ait. Si sic mihi futurum erat, qui necesse fuit me concipere? Perrexitque Rebecca ut consuleret dominum. Qui respondens, ait. Dux gentes sunt in utero tuo, & duo populi ex ventre tuo diuidentur, populusque populum superabit, & maior seruiet minori. Iam tempus partu adueniat, & ecce gemini in utero eius reperti sunt: qui primus egressus est, rufus erat, & totus in morem pellis hispida: vocatumque est nomen eius Esau. Protinus alter egrediens, plattam fratris tenebat manu: & idcirco appallauit

eum Jacob. Sexagenarius erat Isaac, quando nati sunt ei paruuli. Quibus adultis factus est Esau vir gnarus venandi, & homo agricola: Jacob autem vir simplex habitabat in tabernaculis. Isaac amabat Esau, eo quod de venationibus illius vesceretur: & Rebecca diligebat Jacob. Coxis autem Jacob pulmentum, ad quem cum venisset Esau de agro lassus, ait. Da mihi de coctione hac rufa, quia oppido lassus sum. Quam ob causam vocatum est nomen eius Edon. Cui dixit Jacob. Vende mihi primogenita tua. Ille respondit. En morior, quid mihi proderunt primogenita? Ait Jacob. Iura ergo mihi. Iurauit ei Esau, & vendidit primogenita. Et sic accepto pane & lentis edulio comedit, & bibit, & abiit, paruipédens, quod primogenita vendidisset.

Secundum Marcu. cap. 10.

Lectio secunda.

ET cum transisset subatum, Maria Magda & Maria Jacobi & Salome emerunt aroma-

ta, vt venientes vngerent Iesum. Et valde mane vna sabbatoru, veniunt ad monumentum, orto iam sole. Et dicebant adinuicem, Quis reuoluet nobis lapidem, ab ostio monumenti? Et respicientes: viderunt reuolutum lapidem. Erat quippe magnus valde. Et introeuntes in monumentum, viderunt iuuenem, sedentem in dextris, cooperitum stola candida: & obstupuerunt. **Q**ui dicit illis, Nolite expauescere: Iesum quæritis Nazarenum, crucifixum: surrexit, non est hic: ecce locus vbi posuerunt eum. Sed ite, dicite discipulis eius & Petro, quod præcedet vos in Galilæam. ibi eum videbis, sicut dixit vobis. At illæ exeuntes, fugerunt de monumento, inuaserat enim eas tremor, & pavor: & nemini quicquam dixerunt, timebant enim. Surgens autem Iesus mane prima sabbati, apparuit primò Mariæ Magdalene de qua eiecerat septem dæmonia. Illa vadens, nuntiavit his qui cum eo fuerant, lugentibus, & flentibus, Et il-

li audientes, quia viveret, & visus esset ab ea, non crediderunt. Post hæc autem duobus ex his ambulantibus, ostensus est in alia effigie, euntibus in villam, & illi euntes nuntiauerunt cæteris: nec illis crediderunt. Nouissimè autem, recumbentibus illis vdecim apparuit: & exprobrauit incredulitatem eorum, & duritiam cordis: quia his qui viderant eum resurrexisse, non crediderunt. Et dixit eis, Euntes in mundum vniuersum, prædicante euangelium omni creaturæ. **Q**ui crediderit, & baptizatus fuerit saluus erit, qui verò non crediderit: condemnabitur. Signa autem eos qui crediderint, hæc sequentur. In nomine meo dæmonia eiiciet. Linguis loquentur nouis, Serpentes tollent. Et si mortiferum quid biberint, non eis nocebit. Super ægros manus imponet, & bene habebunt. Et dominus quidè Iesus, postquam locutus est eis, assumptus est in cælum: & sedet à dextris Dei. Illi autem profecti, prædicauit-

runt ubiq; domino coope-
rante, & sermonem confir-
mante sequentibus signis.

Secundum Lucā. cap. 24.

Lectio tertia.

In illo tēpore: Duo ex
discipulis Iesuribant ip-
sa die, in castellū quod
erat in spacio stadiorū se-
xaginta ab Ierusalem. no-
mine Emaus. Et reliqua.

Homilia sancti Greg. pa.

In quotidiana nobis so-
lennitate laborantibus,
pauca loquenda sunt,
& fortasse hæc utilius pro-
derunt: quia sæpe & alimē-
ta quæ minus sufficiunt,
avidius sumuntur. Lectio-
nis ergo euangelicæ sum-
matim sensum, statui non
per singula verba discute-
re, ne dilectionē vestram
valeat sermo prolixior ex-
positionis onerare. Ecce
audistis, fratres charissimi,
quia duob; discipulis am-
bulantibus in via: nō qui-
dem credentibus: sed tamē
de se loquentibus, dominus
apparuit: sed eis speciem
quam rectē cognoscerent
non ostendit. Hoc ergo e-
git foris dominus in ocu-
lis corporis: quod apud ip-

sos agebatur intus, in ocli-
lis cordis. Ipsi nanq; apud
semetipsos intus, & ama-
bant, & dubitabant. Eis au-
tem dominus foris, & præ-
sens aderat, & quis esset nō
ostendebat. De se ergo lo-
quentibus præsentiam ex-
hibuit: sed de se dubitanti-
bus cognitionis suæ speciem
occultavit. Verba quidem
contulit, duritiā intellectus
increpauit scripturæ sacræ
mysteria, quæ de ipso erāt
aperuit: & tamen quia ad-
huc in corū cordibus pere-
grinus erat à fide, ire se lō-
gius sinxit. Fingere nanq;
componere dicimus. Vn-
de, & compositores luti fi-
gulos vocamus. *Oratio.*

Deus, qui solennita-
te paschali, mundo
remedia contulisti,
populum tuum quæsum;
domine cælesti dono pro-
sequere, vt & perfectam li-
bertatem consequi merca-
tur: & ad vitam proficiat
sempiternam. Per dñm.

*Feria. iij. de octaua dup.
ex Geneti. cap. 2. Lect. 1.*

Octa autem fame su-
per terrā, post eam
sterilitatem quæ ac-

ciderat in diebus Abraham, abiit Isaac ad Abimelech regē Palestinorum in Gerara: Apparuitque ei dominus, & ait, Ne descendas in Aegyptum, sed quiesce in terra quam dixerō tibi. Et peregrinare in ea, erōq; tecum, & benedicam tibi: tibi enim, & semini tuo dabo vniuersas regiones has cōplens iuramentum quod sponendi Abraham patri tuo. Et multiplicabo semētum, sicut stellas celi: daboque posteris tuis vniuersas regiones has: & benedicentur in semine tuo oēs gentes terræ, eo quod obediit Abraham voci meæ, & custodierit præcepta, & mandata mea, & ceremonias, legesque seruauerit. Mansit itaq; Isaac in Gerara. Qui cum interrogaretur à viris loci illius super vxore sua, respondit. Soror mea est, timuerat enim confiteri quod sibi esset sociata cōiugio: reputans ne forte interficerēt eū, propter illius pulchritudinē. Cumq; pertransissent dies plurimi, & ibidē moraretur, prospiciens Abimelech

rex Palestinorū per fenestram, vidit eum iocantem cū Rebecca vxore sua. Et accessito eo ait, Perpicuus est, quod vxor tua sit: cur mentitus es eam sororem tuam esse? Respondit: Timui ne morerer propter eam. Dixitq; Abimelech, Quare imposuisti nobis? potuit coire quispiā de populo cum vxore tua, & induxeras super nos grande peccatum. Præcepitq; omni populo, dicens, Qui te tegerit hominis huius vxorem, morte morietur.

Secundum Lucā. cap. 14.

Lectio secunda.

VNa autē sabbati valde diluculo venerunt ad monumentum, portantes quæ parauerant aromata & inueverunt lapidem reuolutum à monumento. Et ingressæ, nō inueverunt corpus domini Iesu. Et factum est, dum mente consternatæ essent de isto, ecce duo viri steterunt secus illas in veste fulgenti. Cū timerent autem, & declinarent vultum in terram, dixerunt ad illas. Quid queritis viventem

cum mortuis? non est hic sed surrexit, recordamini qualiter locutus est vobis, cum adhuc in Galilæa esset, dicens. Quia oportet filium hominis tradi in manus hominum peccatorum, & crucifigi: & die tertia resurgere, & recordata sunt verborum eius. Et regressæ à monumento, nuntiauerunt hæc omnia illis undecim, & cæteris omnibus. Erat autem Maria Magdalenz, & Ioanna, & Maria Iocobi, & ceteræ, quæ cum eis erant, quæ dicebant ad apostolos hæc. Et visa sunt ante illos sicut deliramentum verba ista, & nõ crediderunt illis. Petrus autem surgens cucurrit ad monumentum: & procumbens vidit lintamina sola posita, & abiit, secum mirans, quod factum fuerat. Et ecce duo ex illis ibant ipsa die in castellum, quod erat in spatio stadiorum sexaginta ab Ierusalem, nomine Emmaus: & ipsi loquebantur adinuicem de his omnibus, quæ acciderant. Et factum est: dum fabularentur, & secum

quererent, & ipse Iesus appropinquas ibat cum illis: oculi autem illorum tenebantur, ne eum agnoscerent. Et ait ad illos, Qui sunt hi sermones, quos conferis adinuicem, ambulantes, & estis tristes? Et respondens vnus cui nomen Cleophas dixit ei. Tu solus peregrinus es in Ierusalem, & non cognouisti quæ facta sunt in illa, his diebus? Quibus ille dixit Quæ? Et dixerunt, De Iesu Nazareno qui fuit vir propheta, potens in opere, & sermone coram deo, & omni populo. Et quomodo eum tradiderunt summi sacerdotes, & principes nostri, in damnationem mortis, & crucifixerunt eum. nos autem sperabam⁹, quia ipse esset redempturus Israel. & nunc super hæc omnia, tertia dies est hodie quod hæc facta sunt. Sed & mulieres quædam ex nostris, terruerunt nos: quæ ante lucem fuerunt ad monumentum, & non inuenito corpore eius, venerunt, dicentes se etiam visionem angelorum vidisse, qui di-

cunt cum viuere. Et abierunt quidam ex nostris ad monumentum: & ita inuenerunt, sicut mulieres dixerunt, ipsum uero non inuenerunt. Et ipse dixit ad eos, O stulti, & tardi corde ad credendum, in omnibus quæ locuti sunt prophetæ, nonne hæc oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suam?

Sermo sancti Augustini episcopi. Lectio tertia.

Pascha Christi fratres charissimi, regnū est calorum salus mundi, occasus inferni, gloria supernorum, uita credentium, resurrectio mortuorum, testimonium miserationis diuinæ, precium redemptionis humanæ, conuictio mortis abolute. Quæ festiuitas Dei, sacra mysteria, & incognita sacramenta, uirtutem dominicæ resurrectionis per angelos indicat, per populos manifestat. Hæc ergo est dies dilectissimi quæ fecit dñs, ut audistis, excelsior cunctis, dulcior uniuersis: in qua dominus resurrexit in qua nouā sibi plebē, ut

ipsi uidetis, generationis spiritu conquisiuit: in qua singulorum mentes, gaudio, & exultatione perfudit: sic ergo dies resurrectionis Christi: defunctis uita: peccatoribus uenia: sanctis est gloria. Siquidem operatione uirtutum, eleuat de imis, suscitatur de terrenis, collocat in excelsis: confirmat iustos, firmat dubios, damnat incredulos. Ad hoc enim dominus resurrexit, ut imaginem futuræ resurrectionis ostenderet. Et ideo, hodie ad vitale lauachrum resurgens dei populus, instat resurrectionis, ecclesiam nostrā splendore nīueo illuminat. Gratias deo nostro agere debemus quod dum sancti Pasche solennitate colimus, futuræ resurrectionis specie, iam uidemus. Resurrecturus est enim genus humanum, in seculi consummatione, post mortem: nunc resurgit in baptismo. **Oratio.**

Deus, qui ecclesiam tuam nouo semper festu multiplicas: concede famulis tuis, ut sacramentum uiuendo teneant: quod fide perceperunt.

runt. Per dominum.

**¶ Peria quarta, de octauis,
ex Genesi. Lectio prima.**

Seuit autē Isaac in terra illa, & inuenit in ipso anno centuplū benedixitque ei dominus. Et locupletatus est homo, & ibat proficiens, atque succrescens donec magnus uel hementer effectus est, habuitque possessiones ouium, & armentorum, & familiae plurimum. Ob hoc inuidetes ei Pa'zith ni, oēs putros quos foderant serui patris illius Abraham, illo tēpore obstruxerunt, implentes humo: in tantum ut ipse Abimelech diceret ad Isaac, Recede à nobis, quoniam potentior nobis factus est valdè. Et ille discedens, ut uenirēt ad torrentem Geraræ, habitaret que ibi. rursus fodit alios puteos, quos foderant serui patris sui Abraham, & quos illo mortuo olim obstruxerant Philisthim: appellauitque eos eisdem nominibus, quib⁹ antè pater uocauerat. Foderūtque in torrente, & reperierunt aquam uiuā. Sed & ibi iur-

gium fuit pastorum Geraræ, aduersus pastores Isaac dicentiū. Nostra est aqua, quam ob rem, nomē putei ex eo quod acciderat, uocauit Calumniā. Foderūt autera & alium: & pro illo quoque rixati sunt, appellauitque eū inimicitias. Profectus inde fodit alium puteum, pro quo nō cōtenderunt itaque uocauit nomen eius, Latitudo: dicens, Nūc dilatauit nos Dominus, & fecit crescere super terrā.

Secundum Lucā. Lectio ij.

ET incipiens à Moſe, & omnibus prophetis, interpretabatur illis in omnibus scripturis, quæ de ipso erant. Et appropinquauerunt castello quo ibant: & ipse se finxit longius ire. Et coegerunt illum, dicentes. Mane nobiscum, quoniā aduerspera scit, & inclinata est iā dies. Et intrauit cum illis. Et factum est: dum recumberet cum eis, accepit panē, & benedixit ac fregit, & porrigebat illis. Et aperti sunt oculi eorū & cognouerūt eum: & ipse euauit ex oculis eorum. Et dixerunt

runt adiuuicem, Nōne cor
 nostrum ardens erat in vo-
 bis, dū loqueretur in via,
 & aperiret nobis scriptu-
 ras? Et surgentes, eadē ho-
 ra, regressi sunt in Ierusa-
 lem: & inuenerunt congre-
 gatos vndecim, & eos qui
 cum illis erant, dicentes:
Quod surrexit dominus
 verē, & apparuit Simoni.
 Et ipsi narrabant quæ ge-
 sta erant in via: & quomo-
 do cognouerunt eū in fra-
 ctione panis. Dum autem
 hæc loquuntur, stetit Iesus
 in medio illorum, & dicit
 eis. Pax vobis: ego sum, no-
 lite timere. Conturbati ve-
 rō, & conterriti, existima-
 bant se spiritum videre. Et
 dixit eis, **Q**uid turbati es-
 tis, & cogitationes ascen-
 dit in corda vestra? Vide-
 te manus meas, & pedes,
 quia ego ipse sum, palpa-
 te, & videte: quia spiritus,
 carnem & ossa non habet,
 sicut me videtis habere. Et
 cum hoc dixisset, ostendit
 eis manus, & pedes. Adhuc
 autē illis non credentibus,
 & mirantibus præ gaudio,
 dixit, Habetis hic aliquid
 quod manducetur? At illi

B. N.

obtulerūt ei partem piscis
 assi, & fauim mellis. Et cū
 manducasset coram eis, su-
 mens reliquias dedit eis. Et
 dicit ad eos. Hæc sunt ver-
 ba quæ locut⁹ sum ad vos,
 cū adhuc essem vobiscū,
 quoniā necesse est impleri
 omnia, quæ scripta sunt in
 lege Mosi, & prophetis &
 psalmis de me. Tunc ape-
 ruit illis sensum, vt intelli-
 gerent scripturas, & dixit
 eis, **Q**uoniam sic scriptū
 est, & sic oportebat Chri-
 stū pati, & resurgere à mor-
 tuis tertia die: & prædicari
 in nomine eius per omniā,
 & remissionem peccatorū
 in omnes gentes, incipien-
 tibus ab Ierosolyma. Vos
 autem testes estis horum:
 Et ego mittam promissum
 patris mei in vos: vos autē
 sedete in ciuitate, quo ad-
 usque induamini virtute
 ex alto. Eduxit autem eos
 foras in Bethaniam: & ele-
 uatis manibus suis, benedi-
 xit eis. Et factum est, dum
 benediceret illis, recessit
 ab eis, & ferebatur in cælū.
 Et ipsi adorantes regressi
 sunt in Ierusalem cum gau-
 dio magno: & erat semper

M

in tēplo laudantes, & bene dicentes Deum. Amen.

Secundū Ioānnem. ca. 21.

Lectio tertia.

In illo tempore. Manifestauit se iterum Iesus discipulis suis ad mare tyberiadis, manifestauit autē sic. Erant simul Simon Petrus, & Thomas, q̄ dicitur Didymus. Et reliqua.

Homilia sancti Greg. pap.

Lectio sancti euāgelij quæ modo in vestris auribus lecta est, fratres charissimi, quæstione animum pulsat: sed pulsatione sua vim discretionis indicat. **Q**uari etenim potest cur Petrus qui piscator ante cōuersionē fuit, post cōuersionē ad piscationē rediit? Et cū veritas dicat: nemo mittēs manū suā ad aratrum, & aspiciēs retro, aptus est regno Dei, cur re petiit quod reliquid? Sed si virtus discretionis inspicitur: citius videtur, quia nimirū negotiū quod ante cōuersionem sine peccato extitit, hoc etiam post cōuersionem repetere, culpa non fuit. Nam piscatorem Petrum, Mathæum

verò theloneariū scimus. Et post cōuersionem suā, ad piscationem Petrus rediit. Mathæus verò ad thelonei negotiū non resedit, **Q**uia aliud est victū, per piscationē quærere: aliud thelonei lucris, pecunias augere. Sunt enim pleraq; negotia quæ sine peccatis exhiberi aut vix, aut nullatenus possunt. **Q**uæ ergo ad peccatum implicat, ad hæc necesse est, vt post cōuersionem animus non recurat. **Q**uari etiam potest: cur discipulis in mari laborantibus, post resurrectionē suā dominus in litore stetit, qui ante resurrectionem suā, corā discipulis suis, in fluctibus maris ambulauit? Cuius rei ratio festine cognoscitur, si ipsa quæ tunc inerat causa persetur. **Q**uid enim mare nisi præsens seculū designat: quod se causarum tumultibus, & vndis vitæ corruptibilis illidit? **Oratio.**

Deus qui nos resurrectionis Dominiæ annua solēnitate lætificas, concede propitius: vt per tēporalia festa quæ

agimus, peruenire ad gaudia æterna mereamus. Per eundem Christum dñm.

Feria quinta de octauis, ex Genesi. Lectio prima.

Ascendit autem Isaac ex illo loco in Bersebee, vbi apparuit ei dominus in ipsa nocte, dicens. Ego sum Deus Abraham patris tui, noli timere, quia ego tecum sum: & benedicam tibi: & multiplicabo semen tuum, propter seruum meum Abraham. Itaque ædificauit ibi altare: & inuocato nomine domini, extendi tabernaculum, præcepitque seruis suis, vt foderent puteum. Ad quem locum cum venissent de Geraris Abimelech, & Ochozath amicus illius, & Phicol dux militum, locutus est eis Isaac, **Q**uid venistis ad me hominem quem odistis, & expulistis à vobis? **Q**ui responderunt, Vidimus tecum esse dominum, & idcirco nunc diximus. Sit iuramentum inter nos, & ineamus fœdus: vt non facias nobis quicquam mali, sicut & nos nihil tuorum attigimus, nec fecimus

quod te læderet, sed cum pace dimissus auctum benedictione domini. Fecit ergo eis conuiuium, & post cibum, & potum, surgentes mane, iurauerunt sibi mutuo, dimisitque eos Isaac pacifice in locum suum. Ecce autem venerunt in ipso die serui Isaac annuntiantes ei de puteo quem foderant, atque dicentes. Inuenimus aquam. Vnde appellauit eum, Abundantiam: & nomen vrbi positum est Bersebee vsque in presentem diem. Esau vero quadragenarius, duxit uxores, Judith filiam Beeri Hethæi, & Basemath filiam Elon eiusdem loci: quæ ambæ offenderat animum Isaac, & Rebecce.

Secundum Ioanem. cap. 23.

Lectio secunda.

Vna autem sabbati, Maria Magdalene venit mane, cum adhuc tenebræ essent ad monumentum: & vidit lapidem sublatum à monumento. Cucurrit ergo & venit ad Simonem Petrum, & ad alium discipulum quem amabat Iesus: & dicit illis, Tulerunt dominum de

Feria quinta Pasche.

monumento, & nescimus ubi posuerunt eum. Exiit ergo Petrus, & ille alius discipulus, & venerunt ad monumentum. Currebant autem duo simul. & ille alius discipulus præcucurrit citi⁹ Petro, & venit primus ad monumentum. Et cum se inclinasset, vidit posita linteamina: non tamen introiuit. Venit ergo Simon Petrus sequens eum, & introiuit in monumentum, & vidit linteamina posita, & sudarium, quod fuerat super caput eius, non cum linteaminibus positum, sed separatim inuolutum in vnum locum. Tunc ergo introiuit & ille discipulus, qui venerat primus ad monumentum: & vidit, & credidit, nondum enim sciebant scripturam, quia oportebat eum à mortuis resurgere. Abierunt ergo iterum discipuli ad semetipsos. Maria autem stabat ad monumentum, foris plorans. Dum ergo fleret, inclinavit se, & prospexit in monumentum: & vidit duos angelos in albis sedentes, vnum ad caput, & vnum ad

pedes ubi positum fuerat corpus Iesu, dicunt ei illi, Mulier: quid ploras. Dicit eis. Quia tulerunt dominum meum, & nescio ubi posuerunt eum. Hæc cum dixisset, conuersa est retrorsum: & vidit Iesum stantem: & non sciebat, quia Iesus est. Dicit ei Iesus. Mulier, quid ploras? Quem queris? Illa existimans, quia ortulanus esset, dicit ei. Domine, si tu sustulisti eum, dicito mihi ubi posuisti eum: & ego eum tollam. Dicit ei Iesus Maria. Conuersa illa dicit ei. Rabboni, quod dicitur magister. Dicit ei Iesus. Noli me tangere, nondum enim ascendi ad patrem meum: Vade autem ad fratres meos & dic eis. Ascendo ad patrem meum, & patrem vestrum, Deum meum, & Deum vestrum. Venit Maria Magdalene annuntians discipulis, quia vidi dominum, & hæc dixit mihi.

Secundū Iohānem. cap. 30.

Lectio tertia.

In illo tempore: Maria stabat ad monumentum foris plorans. Et reliqua. Homilia sancti Greg. pap.

Maria Magdalene, q̄ fuerat in ciuitate peccatrix: amando veritatem, lauit lachrymis maculas criminis: & vox veritatis impletur, qua dicitur, Dimissa sunt ei peccata multa. quoniam dilexit multum. Quæ enim frigida prius peccando remanserat: postmodum amando fortiter ardebat. Nam postquam venit ad monumentum, ibique corpus dominicum non inuenit, sublatum credidit atque discipulis nuntiauit. Qui venientes viderunt, atque ita esse vt mulier dixerat, crediderunt. Et de eis protinus scriptum est. Abierunt ergo discipuli ad semetipsos. Ac deinde subiungitur, Maria stabat ad monumentum foris, plorans: qua in re pensandum est huius mulieris mentem: quanta vis amoris accenderat, quæ à monumento domini etiam discipulis recedentibus, non recedebat. Exquirebat quem non inueniebat. Flebat inquirèdo: & amoris sui igne succensa: eius quem ablatum credidit: ardebat de-

syderio. Vnde contingit: vt tunc cum sola videres quæ remansit: vt quæreret. Quia nimirum virtus boni operis, perseuerantia est: & voce veritatis dicitur. Qui autem perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit.

Oratio.

Deus qui diuersitate gentium, in confessione tui nominis ad unasti: da, vt renatis fonte baptismatis, vna sit fides mentium, & pietas actio- num. Per dominum.

¶ Feria sexta de octaua, ex Genesi. Cap. 27. Lect. 1.

Senuit autem Isaac, & caligauerunt oculi eius, & videre non poterat: vocauitq; Esau filium suum maiorem, & dixit ei. Fili mi: Qui respondit. Adsum. Cui pater. Vides, inquit, quod senuerim, & ignore die mortis meæ. Sume arma tua, pharetram, & arcum, & egredere foras. Cumque venatu aliquid apprehederis, fac mihi inde pulmentum, sicut velle me nosti, & affer, vt comedam: & benedicat tibi anima mea, antequam moriar. Quod

cum audisset Rebecca, & ille abiisset in agrum, ut iussionem patris impleret, dixit filio suo Iacob, Audiui patrem tuum loquentem cum Esau fratre tuo, & dicentem ei. Affer mihi de venatione tua, & fac cibos, ut comedam, & benedicam tibi coram domino, antequam moriar. Nunc ergo fili mi, acquiesce consiliis meis: & pergens ad gregem, affer mihi duos hædos optimos, ut faciam ex eis escas patri tuo, quibus libenter vescitur. quas cum intuleris, & comederit, benedicat tibi priusquam moriatur. Cui ille respondit. Nosti quod Esau frater meus homo pilosus sit, & ego lanis. si atrectauerit me pater meus, & senserit, timeo ne putet me sibi voluisse illudere: & inducat super me maledictionem pro benedictione. Ad quem mater, In me sit, ait, ista maledictio, fili mi: tantum audi vocem meam, & pergens affer quæ dixi.

Secundum Iohannem. Lect. ij.

Cum ergo sero esset, die illo, una sabbatorum, & fores essent

clausæ, ubi erant discipuli congregati propter metum Iudæorum: venit Iesus, & stetit in medio, & dicit eis. Pax vobis. Et cum hæc dixisset, ostendit eis manus, & latus. Gavisi sunt ergo discipuli, viso domino. Dixit ergo eis iterum, Pax vobis. sicut misit me pater, & ego mitto vos. Hæc cum dixisset insufflauit: & dicit eis, Accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata remittantur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt. Thomas autem, vnus ex duodecim, qui dicitur Didymus, non erat cum eis, quando venit Iesus. Dixerunt ergo ei alij discipuli, Vidimus dominum. Ille autem dixit eis. Nisi videro in manibus eius fixuram clavorum, & mittam digitum meum in locum clavorum, & mittam manum meam in latus eius: non credam. Et post dies octo, iterum erant discipuli eius intus: & Thomas cum eis. Venit Iesus ianuis clausis, & stetit in medio, & dixit eis. Pax vobis. Deinde dicit Thomas, infer digitum tuum hæc,

& vide manus meas, & affer manū tuā, & mitte in la-
tus meū: & noli esse incre-
dulus, sed fidelis. Respon-
dit Thomas, & dixit ei, do-
minus meus, & Deus meus.
Dicit ei Iesus. Quia vidisti
me Thoma, credidisti: bea-
ti qui non viderūt, & credi-
derunt. Multa quidem &
alia signa fecit Iesus in cō-
spectu discipulorum suo-
rum, quæ non sunt scripta
in libro hoc. Hæc autem
scripta sunt, vt credatis, quia
Iesus est Christus fili⁹ dei:
& vt credentes, vitam ha-
beatis in nomine eius.

¶ *Sermo sancti Ambrosij
episcopi. Lectio tertia.*

Avidistis fratres cha-
risimi quod sanctæ
mulieres, quæ cum
aromatibus ad monumen-
tum venerunt angelos vi-
derunt: & Maria Magdale-
ne, quæ arctius Iesum di-
ligeat: apostolis ad do-
mum, de qua cucurrerant
reuerentibus: quia erga
sepulchrum perseveravit:
Deum prima omnium co-
gnovit. Nos per hoc mo-
nemur: vt cum aromati-
bus, id est, cum odore bo-

norum operum: & pleni
virtutibus Deum quæra-
mus. Sunt qui videntur
deum quærere: sed otiosi
sunt, & à virtutibus alieni:
ideo illum videre non me-
rentur. Quid quærebāt il-
læ sanctæ mulieres in mo-
numento, nisi corpus do-
mini Iesu? Et vos quæ-
ritis in ecclesia, nisi Iesum:
id est, Salvatorem? Sed si
cupitis illum inuenire: or-
to sole venite: id est, non
sint in cordibus vestris te-
nebræ vitiorum. Carnalia
verò desyderia, & opera
mala, tenebræ sunt. In quo-
rum cordibus tales tenebræ
sunt: non vident lucem: &
non intelligūt Christum,
quia Christus lux est. Re-
pellitè à vobis fratres tene-
bras: id est, omnes delecta-
tiones, & omnia opera ma-
la: & curate habere aroma-
ta: hoc est orationem mun-
dā dicētes cum psalmista,
Dirigatur oratio mea, si-
cut incensum in conspectu
tuo: ecce Maria perseverā-
do ad monumētum quem
quærebāt inuenit, quia qui
perseverauerit vsque in fi-
nem, saluus erit. *Oratio.*

OMnipotēs sempiternē Deus, qui paschale sacramentū in reconciliationis humanę fœdere contulisti: da mētibus nostris: vt quod professione celebramus: imitemur effectu. Per dominum.

Sabbato de octaua, ex Genesi. Lectio prima.

Abiit, & attulit, deditque matri: parauit illa cibos sicut velle nouerat patrē illius. Et vestibus Esau valdē bonis, quas apud se habebat domi, induit eum: pelliculasque hœdorum circundedit manibus, & colli nuda protexit. Deditque pulmentum, & panes quos coxerat, tradidit. Quib⁹ illatis dixit, Pater mi? At ille respondit, Audio, quis es tu fili mi? Dixitque Iacob, Ego sum primogenitus tuus Esau feci sicut præcepisti mihi: surge, sedē, & comede de venatione mea vt benedicat mihi anima tua. Rursumque Isaac ad filiū suū, Quomodo inquit tā citō inuenire potuisti fili mi? Qui respondit, Voluntas Dei fuit vt citō occurreret

mihi quod volebā. Dixitque Isaac, Accede huc vt tangā te fili mi, & probem vtrum sis filius meus Esau, an non. Accessit ille ad patrem: & palpato eo, dixit Isaac, Vox quidē, vox Iacob est, sed manus, manus Esau sunt. Et nō cognouit eū, quia pilosæ manus similitudinem maioris expresserant. Benedicens ergo illi ait, Tu es filius me⁹ Esau? Respondit, Ego sum. At ille, affer mihi, inquit, cibos de venatione tua fili mi, vt benedicat tibi anima mea. Quos cū oblatos comedisset, obtulit ei etiam vinum, quo hausto, dixit ad eū, Accede ad me, & da mihi osculum fili mi. Accessit, & osculatus est eum. Statimque vt sensit vestimentorum illius fragrantiam, benedicens illi, ait, Ecce odor filij mei sicut odor agri pleni, cui benedixit dominus. Det tibi deus de rore cæli, & de pinguedine terræ, abundantia frumētī, & vini. Et seruiāt tibi populi, & adorent te tribus: esto dominus fratrum tuorum, & incuruē-

tur ante te filij matris tuæ, qui maledixerit tibi, sit ille maledictus, & qui benedixerit tibi, benedictionibus repleatur.

Secundum Ioanem. cap. 22.

Lectio secunda.

Postea manifestauit se iterum Iesus ad mare Tyberiadis. Manifestauit autem sic, Erant simul Simo Petrus, & Thomas qui dicitur Didymus, & Nathanael qui erat à Cana Galileæ, & filij Zebedæi & alij ex discipulis ei⁹ duo. Dicit eis Simon Petrus, Vado piscari. Dicunt ei. Venimus & nos tecum. Et exierunt & ascenderunt in nauim: & illa nocte nihil prædiderunt. Mane autem facto, stetit Iesus in littore, non tamen cognouerunt discipuli, quia Iesus est. Dicit ergo eis Iesus. Pueri, nūquid pulmentariū habetis? Responderunt ei, Non. Dixit eis, Mittite in dextrā nauigij rote & inuentis. Miserunt ergo: & iam non valebant illud trahere præ multitudine piscium. Dicit ergo discipulus ille, quem diligebat Iesus, Pe-

tro. Dominus est, Simon Petrus cum audisset, quia dominus est tunica succinxit se (erat enim nudus) & misit se in mare. Alij autem discipuli nauigio uenerunt (non enim longè erant à terra, sed quasi cubitis ductis) trahentes rete piscium. Ut ergo descenderunt in terram, uiderunt prunas positas, & piscem superpositum & panem. Dicit eis Iesus. Asserte de piscibus quos prendidistis nunc. Ascendit Simon Petrus, & traxit rete in terram, plenum magnis piscibus, centum quinquaginta tribus. Et cum tot essent, non est scissum rete. Dicit eis Iesus. Venite, prandete. Et nemo audebat discumbentium interrogare eum, Tu quis es? scientes quia dominus est. Et uenit Iesus, & accepit panem, & dabat eis: & piscem similiter. Hoc iam tertio manifestatus est Iesus discipulis suis cum surrexisset à mortuis. Cum ergo prandissent, dicit Simoni petro Iesus, Simon Iona diligis me plus his? Dicit ei. Etiam domine, tu scis

Sabbato in albis.

quia amo te. Dicit ei. Pasce agnos meos. Dicit ei iterū, Simō Iona, diligis me? Ait illi. Etiam domine: tu scis quia amo te. Dicit ei iterū. Pasce agnos meos. Dicit ei tertio. Simon Iona, amas me? Cōtristatus est Petrus quia dixit ei tertio, amas me: & dixit ei. Domine, tu omnia nosti: tu scis quia amo te. Dicit ei. Pasce oves meas. Amen amen dico tibi, cūm esēs iunior cingebas te, & ambulabas vbi volebas: cūm autē scrueris, extendes manus tuas, & alius te cinget, & ducet quo tu non vis. Hoc autem dixit significans qua morte clarificaturus esēt Deum. Et cūm hoc dixisset, dicit ei. Sequere me. Conuersus petrus vidit illum discipulum quem diligebat Iesus, sequētem, qui & recubuit in cœna super pectus ei⁹, & dixit. Dñe, quis est qui tradet te? Hunc ergo cūm vidisset Petrus, dicit Iesu. Domine, hic autem quid? Dicit ei Iesus, Si eum volo manere donec veniā, quid ad te? tu me sequere. Exiuit ergo sermo iste inter

fratres, quia discipulus ille nō moritur. Et nō dixit ei Iesus, Non moritur: sed, Si eū volo manere donec veniā, quid ad te? Hic est discipul⁹ ille qui testimoniū perhibet de his, & scripsit hæc: & scim⁹, quia verū est testimoniū eius. Sunt autē & alia multa, quæ fecit Iesus: quæ si scribātur p singula, nec ipsum arbitror mūdum capere posse, eos qui scribendi sunt libros.

Secundū Ioānem. cap. 20.

I lectio tertia.

In illo tēpore: Vna sabbati: Maria Magdalene venit mane: cūm adhuc tenebræ essent ad monumentum. Et reliqua.

Homilia sancti Greg. pap.

Ractus lōga molestia stomach⁹: diu me charitati vestrę de lectionis euāgelicę loqui expositione phibuit. Vox nāque ipsa à clamoris virtute succumbit: & quia à multis audiri non valeo loqui (fateor) inter multos erubescō. Sed hanc in me verecundiam: & ipse reprehendo. Quid enim? Nunquid si multis prodesse nequeo,

nec paucis curabo? Et si ex messe portare manipulos multos non possum: nunquid nã debeo ad arẽa vacuus redire? Quãuis enim quantos debeo ferre nõ va leo: certẽ vel paucos, certẽ vel duos, certẽ vel vnũ ferã. Habet nãque ipsa infirmitatis intentio, mercedis suã certitudinem: quia supernus arbiter noster, & si pondus considerat in retributione: tamen vires p̄fat in pondere. Lectio sancti euangelij, quam modo fratres audistis: valdẽ in superficie historica est aperta: sed eius nobis sunt mysteria sub breuitate requirenda. Maria Magdalene, cũ adhuc tenebræ essent, venit ad monumentum. Iuxta historiã notatur hora: iuxta intellectum verò mysticum requirentis signatur intelligentia. Maria enim auctorem omnium: quem carne viderat mortuum quærebat in monumento: & quia hunc minime inuenit: furatum credit. Adhuc ergo erant tenebræ, cũ venit ad monumentum. Cucurrit ergo citius:

discipulis nuntiauit. Sed illi præ cæteris cucurrerunt, qui præ cæteris amauerunt: videlicet, Petrus, & Ioannes.

Oratio.

Concede quæsumus omnipotens Deus, vt qui festa paschalia venerando egimus, per hæc contingere ad gaudia æterna mereamur. Per dominum nostrum Iesum.

¶ **Dominica in albis octaua paschæ, duplex minor, ex Genesi. Lectio prima.**

Vixit Isaac sermonem impleuerat: & egresso Iacob foras, venit Esau, coctõsque de venatione cibos intulit patri, dicens, Surge pater mi, & comedere de venatione filij tui: vt benedicat mihi anima tua. Dixitq; illi Isaac, **Quis** enim es tu? **Qui** respondit, Ego sum filius tuus primogenitus Esau. Expauit Isaac stupore vehementi, & ultra quã credi potest admirans, ait, **Quis** igitur ille est, qui dudum captã venationem attulit mihi, & comedi ex omnibus prius quã tu venires? benedixiq; ei, & erit benedictus.

Auditis Esau sermonibus patris, irrugit clamore magno: & cōsternatus ait. Benedic etiā & mihi, p̄r mi. Qui ait, Venit germanus tuus fraudulenter, & accepit benedictionem tuam. At ille subiunxit. Iuste vocatum est nomen eius Iacob: sup̄plāuit enim me, in altera vice, primogenita mea ante tulit, & nunc secundo surripuit b̄ndictionem meā. Rursumque ad patrem, Nunquid non reseruasti, ait, & mihi benedictionē? Respondit Isaac, Dominum tuum illum cōstitui, & omnes fratres ei⁹ seruituti illius subiugauit: frumento, & vino stabiliui eum: & tibi post hęc fili mi ultra quid faciā? Cui Esau: Num vnam, inquit, tātum benedictionem habes pater? mihi quoque obsecro vt benedicas. Cūque euiatu magno fleret: motus Isaac, dixit ad eum, In pinguedine terræ, & in rore cæli desuper, erit benedictio tua. Viues in gladio, & fratri tuo seruiēs: tempusque veniet cūm excutias, & soluas iugum eius

de ceruicibus tuis.
Epistola Pauli ad Romæ nos. cap. 1. Lectio secūda.

PAulus seruus Iesu Christi, vocatus apostolus, segregatus in euangelium dei, quod ante promiserat per prophetas suos, in scripturis sanctis, de filio suo, qui fact⁹ est ei ex semine Dauid, secundum carnem: qui predestinatus est filius Dei, in virtute, secundum spiritum sanctificationis ex resurrectione mortuorum Iesu Christi domini nostri: per quem accipimus gratiam, & apostolatam, ad obediēdum fidei, in omnibus gentibus pro nomine eius: in quibus estis & vos vocati Iesu Christi omnibus qui sunt Romæ, dilectis Dei, vocatis sanctis, gratia vobis, & pax, à Deo patre, & domino nostro Iesu Christo. Primum quidem gratias ago Deo meo, per Iesum Christum pro omnibus vobis: quia fides vestra annuntiatur in vniuerso mundo. Testis enim mihi est Deus, cui seruiō in spiritu meo, in euangelio filij

eius : quod sine intermissione memoriam vestri facio semper, in orationibus meis: obsecrans, si quomodo tandem aliquando prosperum iter habeam in voluntate Dei, veniendi ad vos. Desydero enim videre vos, vt aliquid impertiar vobis gratiæ spiritualis, ad confirmandos vos : id est, simul consolari in vobis p eam quæ inuicem est, fidē vestram atque meam. Nolo autem vos ignorare fratres : quia sæpe proposui venire, ad vos, & prohibitus sum vsque adhuc, vt aliquid fructum habeā in vobis, sicut & i cæteris gentibus. Cæcis, ac barbaris, sapientibus, & insipientibus debitor sum: ita quod in me præptum est, & vobis qui Romæ estis, euangelizare. Non enim erubescō euangelium. Virtus enim Dei est, in salutem omni credenti, Iudæo primum & Græco. Iustitia enim Dei in eo reuelatur ex fide in fidem: sicut scriptum est, Iustus autem ex fide viuit. Reuelatur enim ira Dei de cælo, super om-

nem impietate, & iniustitiam hominum, eorū qui veritatem Dei in iniustitia detinent : quia quod notū est dei : manifestū est in illis. Deus enim illis manifestauit. Inuisibilia enim ipsius, à creatura mundi, per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur: sempiterna quoque eius virtus, & diuinitas: ita vt sint inexcusabiles: Quia cū cognouissent Deum, non sicut Deum glorificauerūt, aut gratias egerūt, sed euanuerunt in cogitationib⁹ suis, & obscuratum est inspicēs cor eorum. dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt. Et mutarunt gloriam incorruptibilis Dei, in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, & vultus lucrum, & quadrupedum, & serpentium. Propter quod tradidit illos Deus in desyderia cordis eorum, in immunditiam: vt cōtumentis afficiant corpora sua, in semetipsis. qui commutauerunt veritatem Dei in mendacium, & coluerunt, & seruiuerunt creaturæ, potius quàm creatori, qui est

Dominica. i. post Paschs.

benedict⁹ in secula. Amē.

Secundū Ioānem, cap. 10.

Lectio tertia.

In illo tēpore: Cū esset sero die illo vna sabbatorum: & fores essent clausæ vbi erant discipuli cōgregati propter metum Iudeorum, venit Iesus: & stetit in medio: & dixit eis, Pax vobis. Et reliqua.

Homilia sancti Greg. pap.

Prima lectionis huius euāgelicę quęstio an mū pulsat: quomodo post resurrectionē corpus dominicū verū fuit: quod clausis ianuis, ad discipulos igre li potuit. Sed sciēdū nobis est, quod diuina operatio, si ratione cōprehenditur nō est admirabilis: nec fides habet meritū, cui humana ratio probet experimentū. Sed hæc ipsa redēptoris nostri opera, quę ex semetipsis cōprehēdi nequaquā possūt: ex alia eius operatione pēsan da sunt, vt reb⁹ mirabilib⁹, fidē præbeāt facta mirabiliora. Illud enī corpus dñi intrauit ad discipulos, ianuis clausis: quod videlicet humanos oculos p̄ na-

tiuitatē suam, clauso exitū vtero virginis. **Q**uid ergo mirū, si clausis ianuis post resurrectionē suā in æternū iam victurus intrauit: qui moriturus veniēs, non apto vtero virginis exitū? Sed quia illud corp⁹ quod videri poterat: fide intuentium dubitabat, ostēdit eis protinus manus, & latus. **P**alpādam carnē præbuit: quē clausis ianuis introduxit. **Q**ua in re duo mira, & iuxta humanam rationem sibi valde cōtraria ostēdit: dum post resurrectionem suam, & corpus suū incorruptibile, & tamē palpabile demonstrauit. Nā & cor-rūpi necesse est, quod palpatur: & palpari non potest, quod non corrumpitur. Sed miro modo, atq; inæstimabili redēptor noster, & incorruptibile post resurrectionē, & palpabile corpus exhibuit, vt mōstrādo incorruptibile, inuitaret ad præmium: præbendo palpabile firmaret ad fidem. **Oratio.**

Prestā quęsumus omnipotēs Deus: vt qui paschalia festa pere-

gimus: hæc te largiēte moribus, & vita teneam⁹. Per dominum nostrū Iesum.

¶ *Feria secūda ex Genesi.*

Lectio prima.

O Derat ergo semper Esau Iacob, pro benedictione qua benedixerat ei pater, dixitq; in corde suo, Venient dies luctus patris mei, & occidam Iacob fratrem meum. Nuntiata sunt hæc Rebecce: quæ mittens, & vocans Iacob filiū suum, dixit ad eū. Ecce Esau frater tuus minatur, vt occidat te. Nunc ergo filii mi, audi vocem meam, & consurgens fuge ad Laban, fratrem meum in Haran: habitabisque cū eo dies paucos, donec quietescat furor fratris tui, & cesset indignatio eius, & obliuiscaturq; eorum quæ fecisti in eum: postea mitam, & adducā te inde huc. Cur vtroque orbabor filio in vno die? Dixitque Rebecca ad Isaac, Te det me vitæ meæ propter filias Heth: si acceperit Iacob vxorē de stirpe huius terræ: nolo viuere. Vocauit itaq; Isaac Iacob, & benedi-

xit eum, præcepitq; ei, dicens, Noli accipere coniugem de genere Chanaam: sed vade, & proficiscere in Mesopotamiam Syriæ, ad domum Bathuel patris matris tuæ, & accipe tibi inde vxorem de filiabus Laban auunculi tui. Deus autē omnipotens bñdicat tibi, & crescere te faciat atq; multiplicet: vt sis in turbas populorū. Et det tibi benedictiones Abrahæ, & semini tuo post te: vt possideas terrā peregrinationis tuæ, quā pollicitus est auo tuo. Cūque dimisisset eū Isaac, profectus peruenit in Mesopotamiā Syriæ ad Labā filium Bathuel Syri, fratrem Rebecce matris suæ.

¶ *Ex epistola Pauli ad Romanos. Lectio secūda.*

Propterea tradidit illos Deus in passionem ignominie. Nam scemina eorum immutauerunt naturalem usum, in eum usum qui est cōtra naturam. Similiter autem, & masculini, relicto naturali vsu sceminae, exarserunt in desiderijs suis in inuicem, masculi in masculos

turpitudinem operātes, & mercedem (quā oportuit) erroris sui, in semetipsis recipientes. Et sicut nō probauerunt Deum habere in notitia tradidit illos Deus in reprobum sensum. vt faciant ea, quæ non conueniunt, repletos omni iniquitate, malitia, fornicatione, auaritia, nequitia, plenos inuidia, homicidio, cōtentione, dolo, malignitate, susurriones, detractores, deo odibiles, contumeliosos, superbos, elatos, inuētores malorum, parētibus non obedientes, insipientes, incompósitos, sine affectione, absq; fœdere. sine misericordia. Qui cū iustitiā Dei cognouissent non intellexerunt: quoniā qui talia agunt, digni sunt morte: non solū qui ea faciunt, sed etiam qui cōsentiant facientibus. Propter quod inexcusabilis es o homo omnis qui iudicas. In quo enim iudicas alterum, te ipsum condemnas, eadem enim agis quæ iudicas. Scimus enim, quoniā iudicium Dei est secundū veritatem, in eos qui talia agunt Existimas autē hoc o homo qui iudicas eos quæ talia agunt, & facis ea: quia tu effugies iudicium Dei? An diuitias bonitatis eius & patientiæ & longanimitatis contemnis? ignorans, quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit? Secundum autem duritiam tuam, & impœnitentem cor, thesaurisas tibi irā, in die iræ, & reuelationis iusti iudicij Dei, qui reddet unicuique secundum opera eius, iis quidem, qui secundum patientiam boni operis, gloriam, & honorem, & incorruptionem quærunt: vitam æternam, iis autem qui sunt ex contentione, & qui non acquiescunt veritati, credū autem iniquitati: ira, & indignatio, tribulatio, & angustia in omnem animam hominis operantis malū, Iudæi primum, & Græci: gloria autem & honor & pax, omni operanti bonū, Iudæo primum, & Græco, nō enim est acceptio personarum apud Deū, Quicumque enim sine lege peccauerunt, sine lege & peribunt

bunt, & quicumque in lege peccauerunt: per legem iudicabuntur, Non enim auditorores legis iusti sunt apud deum: sed factores legis iustificabuntur.

¶ Fes. iij. ex Genesi. Le. j.

Videns autem Esau, quod bñdixisset pater suus Iacob: & misisset eum in Mesopotamiam Syriæ, vt inde vxorem duceret: & quod post benedictionem præcepisset ei, dicens. Nō accipies vxorem de filiabus Chanaã: quodque obediens Iacob parentibus suis isset in Syriam: probans quoque, quod non libèter aspiceret filias Chanaan pater suus: iuit ad Ismahelem, & duxit vxorē absque iis quas prius habebat, Maheleth filiam Ismael filij Abraham, sororē Nabaioth. Igitur egressus Iacob de Bersabee, pergebat Haran, Cumque venisset ad quandam locum, & vellet in eo reposescere post solis occubitū, tussit de lapidibus qui iacebant, & supponens capiti suo dormiuit in eodem loco. Viditque in somnis scalam stan-

tem super terram, & cacumen illius tangens cælum: angelos quoque dei, ascendentes & descendentes per eam: & Dominū innixum scalæ, dicentem sibi. Ego sum dominus Deus Abrahamæ patris tui, & deus Isaac. Terram in qua dormis, tibi dabo, & semini tuo. Eritque semē tuum quasi puluis terræ: dilataberis ad orientem, & occidentem, & septentrionem, & meridie: & benedicentur in te, & in semine tuo cunctæ tribus terræ. Et ero custos tuus quocumque perrexeris, & reducam te in terram hæc: nec dimittā nisi compleuero vniuersā quæ dixi. Cūque euigilasset Iacob de somno, ait. Verè dominus est in loco isto, & ego nesciebā. Pavēsque, *Q*uam terribilis est, inquit, locus iste: non est hic aliud, nisi domus dei, & porta cæli. Surgens ergo Iacob mane, tulit lapidē, quē supposuerat capiti suo, & erexit in titulū, fundēs oleum desuper. Appellauitque nomē vrbis, Bethel: quæ prius Luza vocabatur. Vouit etiā votum,

B.

N.

N

dicens. Si fuerit Deus me-
cū, & custodierit me in via
per quā ego ambulo, & de-
derit mihi panē ad vescen-
dum, & vestimentū ad in-
duendū, reuersusq; fuero
prosperē ad domū patris
mei: erit mihi dñs in deū,
& lapis iste, quē erexi in ti-
tulū, vocabitur dom^o dei:
cunctorūq; quę dederis
mihi, decimas offerā ubi.

*Ex epistola Pauli ad Ro-
manos. Lectio secunda.*

Cum enim gētes quę
legem non habent
naturaliter ea quę
legis sunt faciunt: eiusmo-
di legem nō habentes, ipsi
sibi sunt lex qui ostēdunt
opus legis scriptum in cor-
dibus suis testimoniū red-
dente illis cōscientia ipso-
rum, & inter se inuicē co-
gitationib⁹ accusantibus,
aut etiam defendentibus,
in die cū iudicabit Deus
occulta hominum, secun-
dum euangelium meū, per
Iesum Christum. Si autem
tu Iudæus cognominaris,
& requiescis in lege, & glo-
riaris in deo, & nosti volū-
tatē eius, & probas utillo-
ra, instructus per legem,

confidis te ipsum esse duces
cæcorum, lumen eorū qui
in tenebris sunt, eruditore
insipientium, magistrū in-
fantium, habentem formā
sciētīæ, & veritatis in lege.
Qui ergo alium doces, te-
ipsum nō doces? qui prædi-
cas non furandū: furaris?
qui dicis non mœchandū,
mœcharis? qui abominaris
idola: sacrilegiū facis? qui
in lege gloriaris, per præ-
uaricationē legis, Deum
inhonoras. Nomen enim
dei per vos blasphematur
inter gētes: sicut scriptum
est. Circūcisio quidē pro-
dest: si legē obserues, si au-
tem præuaricator legis sis:
circūcisio tua præputium
facta est. Si igitur præpu-
tium iustitias legis custo-
diat: nōne præputiū illius
in circuncisionem reputa-
bitur? & iudicabit id quod
ex natura est præputiū, le-
gem consummans te, qui
per literā & circuncisionē
præuaricator legis es? Nō
enim qui in manifesto, Iu-
dæus est: neq; in manifesto
in carne est circūcisio: sed
qui in abscondito Iudæus
est, & circūcisio, cordis in

spiritu, non litera, cuius laus nō ex hominibus, sed ex deo est. Quid ergo amplius Iudæo est? aut quæ utilitas circumcisionis? Multum per omnem modum, Primum quidem: quia credata sunt illis eloquia dei. Quid enim, si quidam illorum nō crediderunt? Nunquid incredulitas illorū, si dem dei euacuauit? Absit. Est autem deus verax. omnis autem homo mendax, sicut scriptū est, Vt iustificeris in sermonibus tuis: & vincas cū iudicaris. Si autem iniquitas nostra, iustitiam dei commendat: quid dicemus? Nūquid iniquus est deus qui infert iram? sicut dū hominē dico. Absit. Alioquin, quomodo iudicabit deus hūc mūdum? Si enim veritas dei in meo mēdacio abundauit in gloriam ipsius: quid adhuc & ego, tanquā peccator iudicor & non (sicut blasphemamur, & sicut aiunt quidam nos dicere) faciamus mala, vt veniāt bona? quorum damnatio iusta est.

feria quarta, ex Genesi. cap. 29.

Lectio prima.

Profectus ergo Iacob venit in terram orientalem. Et vidit puteū in agro, tres quoque greges ouium accubantes iuxta eum: nam ex illo adaquabantur pecora, & os eius gradilapide claudebatur: morisque erat vt cunctis ouibus cōgregatis deuoluerunt lapidē, & refectis gregibus rursus super os putei ponerent, Dixitque ad pastores. Fratres, vnde estis? **Q**ui responderunt, De Haran. **Q**uos interrogas, Nunquid ait, nostis Labā filium Nachor? **D**ixerūt, Nouimus. **S**an^o ne est, inquit? **V**alet, inquit: & ecce Rachel filia eius venit cum grege suo. **D**ixitque Iacob adhuc multum dissi perest, neque est tēpus vt reducatur ad caulas greges: date ante potum ouibus, & sic eas ad pastum reducite. **Q**ui responderunt, **N**ō possumus, donec oīa pecora cōgregentur, & amoueamus lapidē de ore putei, vt adaquemus greges. **A**d huc loq̄bantur, & ecce Rachel veniebat cū ouib⁹ patris sui: nā gregē ipa pasce-

bat. **Q**uam eum vidisset Iacob, & sciret consobrinam suam, ouesq; Laban auunculi sui: amouit lapidem, quo puteus claudebatur. Et adaquato grege osculatus est eam: & eleuata voce fleuit. Et indicauit ei quod frater esset patris sui, & filij⁹ Rebeckæ: at illa festinans nuntiavit patri suo. **Q**ui est audisset venisse Iacob, filium sororis suæ occurrit obuiam ei: complexusque eum, & in oscula ruens, duxit in domum suam. Auditis autem causis itineris, respondit: **Q**s meum es, & caro mea.

¶ Ex epistola Pauli ad Romanos. Lectio secunda.

Quid ergo præcellimus eos? Nequaquam. **C**ausati enim sumus Iudæos & Græcos: omnes sub peccato esse: sicut scriptum est, **Q**uia non est iustus quisquam, non est intelligens non est requirens deum. Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt: non est qui faciat bonum, non est usque ad unum. Sepulchrum patens est guttur eorum, linguæ suis dolose agebant: Venenum aspidum sub labiis

Quorum os maledictione, & amaritudine plenum est. Veloces pedes eorum, ad effundendum sanguinem, Contritio & infelicitas in visceribus eorum, & viam pacis non cognouerunt: non est timor Dei ante oculos eorum. Scimus autem quoniam quæcumque lex loquitur: iis qui in lege sunt, loquitur: ut omne os astruatur, & subditus fiat omnis mundus deo: quia ex operibus legis non iustificabitur omnis caro coram illo. Per legem enim cognitio peccati. Nunc autem sine lege iustitia dei manifestata est: testificata à lege, & prophetis. Iustitia autem dei, per fidem Iesu Christi in omnes, & super omnes, qui credunt in eum. non enim est distinctio. Omnes enim peccauerunt: & egent gloria dei iustificati gratis per gratiam ipsius per redemptionem quæ est in Christo Iesu, quæ proposuit Deus propitiatorum, per fidem in sanguine ipsius, ad ostensionem iustitiæ suæ, propter remissionem præcedentium delictorum, in sustentatione dei, ad ostensionem iustitiæ eius,

in hoc tempore: vt sit ipse iustus, & iustificans eum qui est ex fide Iesu Christi. Vbi est ergo gloriatio tua? Exclusa est per quam legem Factorum? Non: sed per legem fidei. Arbitramur enim iustificari hominem, per fidem, sine operibus legis. An Iudæorum deus tantum? Nonne & gentium? Imo & gentium. quoniam quidem vnus est Deus qui, iustificat circumcisionem ex fide: & præputium per fidem. Legem ergo destrumus per fidem? Absit. sed legem statuimus.

¶ *Feria. v. ex Genesi. Le. j.*

ET postquam impleti sunt dies mensis vni⁹, dixit ei. Nū quia frater meus es, gratis seruias mihi? dic quid mercedis accipias. Habebat verò duas filias, nomen maioris, Lia: minor verò appellabatur Rachel. Sed Lia lippis erat oculis: Rachel decora facie, & venusto aspectu. Quam diligens Iacob, ait. Seruiam tibi pro Rachel filia tua minore septem annis. Respondit Laban, Melius est, vt tibi eam dem, quam alteri viro, mane apud me.

Seruiuit ergo Iacob, pro Rachel septem annis: & videbantur illi pauci dies præ amoris magnitudine. Dixitque ad Laban, Da mihi vxorem meam: quia iam tempus impletum est, vt ingrediar ad illam. **Q**ui vocatis multis amicorum turbis ad conuiuium, fecit nuptias. Et vespere Liam filiam suam introduxit ad eum, dans ancillam filiam, Zelpham nomine. Ad quam cum ex more, Iacob fuisset ingressus, facto mane vidit Liam, & dixit ad socerum suum. **Q**uid est quod facere voluisti? nonne pro Rachel seruiui tibi? quare imposuisti mihi? Respondit Laban, Non est in loco nostro consuetudinis, vt minores ante tradamus ad nuptias. Imple hebdomadam dierum huius copulæ, & hanc quoque dabo tibi, pro opere quo seruiturus es mihi, septem annis altis. Acquieuit placito: & hebdomada transacta. Rachel duxit vxorem: cui pater seruam Balan tradiderat. Tandemque potius optatis nuptiis, amorem sequentis prioris prætulit, seruiens

apud eū septē annis aliis,
 Ex epistola Pauli ad Ro-
 manos. cap. 4. Lectio. ij.

Quid ergo dicemus
 inuenisse Abraham
 patrem nostrū
 secundū carnem? Si enim
 Abraham ex operibus iu-
 stificatus est: habet gloriā,
 sed nō apud Deum. Quid
 enim dicit scriptura? Cre-
 didit Abraham deo: & repu-
 tatum est illi ad iustitiam.
 Ei autē qui operatur mer-
 ces non imputatur secun-
 dum gratiam, sed secundū
 debitum. Ei verō, qui non
 operatur, credēti autem in
 eum qui iustificat impiū:
 reputatur fides eius ad iu-
 stitiam, secundū proposi-
 tū gratiæ dei. Sicut & Da-
 uid dicit beatitudinem ho-
 minis cui de^o accepto fert
 iustitiā sine operibus. Bea-
 ti quorum remissę sunt ini-
 quitates: & quorum tecta
 sunt peccata. Beatus vir,
 cui non imputauit domi-
 nus peccatum. Beatitudo
 ergo hæc in circuncisione
 tantum manet, an etiam in
 præputio? Dicimus enim
 quia reputata est Abrahę
 fides, ad iustitiā. Quid homo-

do ergo reputata est in cir-
 cuncisione, an in præpu-
 tio? Non in circuncisione:
 sed in præputio. Et signū
 accepit circuncisionis, si-
 gnaculū iustitię fidei, quę
 est in præputio: vt sit pater
 omnium credentiū per præ-
 putium, vt reputetur & il-
 lis ad iustitiam: & sit pater
 circuncisionis, non iis tan-
 tum qui sunt ex circunci-
 sione, sed iis qui sectantur
 vestigia fidei, quę est in præ-
 putio patris nostri Abra-
 hę. Non enim per legem,
 promissio Abrahę, aut fe-
 mini ei⁹, vt hæres esset mū-
 di: sed per iustitiā fidei. Si
 enim qui ex lege, hæredes
 sunt: exinata est fides,
 abolita est promissio. Lex
 enim iram operatur. Vbi
 enim nō est lex. nec præua-
 ricatio. Ideo ex fide: vt se-
 cundum gratiam firma sit
 promissio omni semini, non
 ei qui ex lege est solū, sed
 & ei qui ex fide est Abra-
 hę, qui pater est omnium
 nostrorū, sicut scriptū est.
 Quia patrem multarum
 gentium posui te, ante deū,
 cui credidisti, qui viuifi-
 cat mortuos: & vocat ea

que non sunt, tanquam ea que sunt, qui contra spem in spem credidit: ut fieret pater multarum gentium secundum quod dictum est ei, Sic erit semen tuum sicut stellæ cæli, & arena maris. Et non infirmatus est, in fide: nec consideravit corpus suum emortuum, cum iam ferè centum esset annorum, & emortuam vuluam Saræ. In repromissione etiam dei non hæsitauit diffidentia: sed confortatus est fide dâs gloriâ deo: plenissimè sciens, quia quecunque promisit deus potens est & facere. Ideo & reputatum est illi ad iustitiâ. Non est autè scriptum tantum propter ipsum, Quia reputatum est illi ad iustitiâ: sed & propter nos, quibus reputabitur, credentibus in eum, qui suscitauit Iesum Christum Dominum nostrum à mortuis, qui traditus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificatiuem nostram.

¶ Feria .vj. ex Geu. Lec. .j.

Videns autem Dominus quod despiceret Liam, aperuit vuluam

eius, sorore sterili permanente. **Q**ue conceptum genuit filium, vocauitq; nomen eius Ruben, dicens, Vidit domus humilitatem meam, nunc amabit me vir meus. Rursumque concepit, & peperit filium, & ait. Quoniam audiuit me dominus haberi contemptui, dedit etiam istum mihi, vocauitq; nomen eius Symeon. Concepitq; tertio, & genuit alium filium dixitq;. Nunc quoq; copulabitur mihi maritus meus, eo quod pepererim ei tres filios, & idcirco appellauit nomen eius Leui. **Q**uarto concepit, & peperit aliam, & ait, Modo confitebor domino, & ob hoc vocauit eum Iudam: cessauitque parere. Cernens autè Rachel quod infœcunda esset, inuidit sorori suæ, & ait marito suo, Da mihi liberos, alioquin moriar. Cui iratus respondit Iacob, Nam pro deo ego sum, qui priuauit te fructu venteris tui? At illa, Habeo, inquit, famulam Balan: ingredere ad illam, ut pariat super genua mea, & habeam ex illa.

la filios. Deditq; illi Balan in cōiugium, quæ ingresso ad se viro, concepit, & peperit filium. Dixitque Rachel, Iudicauit mihi dominus, & exaudiuit vocem meam, dans mihi filium, & appellauit idcirco nomen eius Dan. Rursumq; Bala cōcipiens, peperit alteri: pro quo ait Rachel, Comparauit me dominus cū sorore mea, & inualui: uocauitque eum Nephtholim. Sentiens Lia, quod parere desisset, Zelphā ancillam suā marito tradidit. **Qua** post conceptum edente filium, dixit. Feliciter: & idcirco uocauit nomen eius Gad. Peperit quoque Zelpha alterum. Dixitq; Lia, hoc pro beatitudine mea: beatam quippe me dicent omnes mulieres. propterea appellauit eum Aser.

Ex epistola Pauli ad Romanos. cap. 5. Lectio. ij.

Iustificati ergo ex fide, pacē habeamus ad Deū per dominum nostrum Iesum Christum: per quē habemus accessum per fidem in gratiā istam, in qua stam⁹, & gloriamur in spe

gloriæ filiorum Dei. Non solum autem sed & gloriamur in tribulationib⁹ sciētes: quōd tribulatio, patientiam operatur, patientia autem probationem: probatio uerō, spem: spes autem non confundit: quia charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritū sanctum qui datus est nobis. Ut quid enim Christus: cū adhuc infirmi essem⁹ secundum tempus, pro impiis mortuus est? Vix em̄ pro iusto quis moritur: nā pro bono forsitan quis audeat mori. Commendat autem charitatem suam deus in nobis quoniam cū adhuc peccatores essemus, secundum tempus Christus pro nobis mortuus est. Multō igitur magis, nunc iustificati in sanguine ipsius, salui erimus ab ira per ipsum. Si enim cū inimici essem⁹ reconciliati sum⁹ deo per mortem filij eius: multō magis reconciliati, salui erimus i vita ipsius. Nō solum autem, sed & gloriamur in deo, per dominum nostrum Iesum Christum, per quem nunc reconcilia-

tionem accepimus. Propterea, sicut per vnum hominem, peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatum mors: & ita in omnes homines pertrāsit, in quo omnes peccauerūt. Usque ad legem enim, peccatum erat in mundo. peccatum autem non imputabatur, cum lex non esset. Sed regnauit mors ab Adam, usque ad Moysen, etiam in eos qui non peccauerūt in similitudinem prauaricationis Adæ, qui est forma futuri. Sed non sicut delictum, ita & donum. si enim vnus delicto, multi mortui sunt multo magis gratia Dei & donum, in gratia vnus hominis Iesu Christi in plures abundauit. Et non sicut per vnum peccatum: ita & donum. nam iudicium quidem ex vno, in condemnatione: gratia autem ex multis delictis, in iustificationem. Si enim vnus delicto, mors regnauit per vnum, multo magis abundantiam gratiæ, & donationis, & iustitiæ accipientes, in vita regnabunt per vnum Iesum Christum, Igi-

tur sicut per vnus delictum in omnes homines in condemnationem: sic & per vnus iustitiæ, in omnes homines in iustificatione vitæ. Sicut enim per inobedientiam vnus hominis, peccatores constituti sunt multi: ita & per vnus obedientiam, multi constituentur multi. Lex autem subintrauit, vt abundaret delictum. Vbi autem abundauit delictum, superabundauit & gratia, vt sicut regnauit peccatum in mortem: ita & gratia regnet per iustitiam, in vitam æternam, per Iesum Christum Dominum nostrum.

¶ *Sabbato, ex Gen. Lec. j.*

Egressus autem Ruben tempore messis triticeæ in agrum, reperit mandragoras: quas matri Liæ detulit. Dixit iue Rachel. Da mihi partem de mandragoris filij tui. Illa respondit, Parum ne tibi videtur, quod præripueris maritum mihi, nisi etiam mandragoras filij mei tuleris? At Rachel, Dormiat tecum hac nocte pro mandragoris filij tui. Redeun-

tiq; ad vesperam Iacob de agro, egressa est in occursum eius Lia, & ait, Ad me, inquit, intrabis: quia mercede conduxisti te pro mandragoris filij mei: dormiuitque cum ea, nocte illa. Et exaudiuit Deus preces eius: concepitq; & peperit filium quintum, & ait. Dedit Deus mercedem mihi: quia dedi ancillam meam viro meo, appellauitque nomen eius Issachar. Rursum Lia concipiens peperit sextum filium, & ait. Dotauit me Deus, dote bona: etiam hac vice mecum erit maritus meus, eo quod genuerim ei sex filios: & idcirco appellauit nomen eius Zabulon. Post que peperit filiam nomine Dinam. Recordatus quoque dominus Rachelis, exaudiuit eam, & aperuit vuluam eius. Quae concepit & peperit filium, dicens, Abstulit deus opprobrium meum. Et vocauit nomen eius Ioseph, dicens, Addat mihi dominus filium alterum. Nato autem Ioseph, dixit Iacob focero suo. Dimitte me, vt reuertar in patriam meam,

& ad terram meam. Da mihi vxores, & liberos meos, pro quibus seruiui tibi: vt abeam: tu vero nosti seruitutem qua seruiui tibi. Ait illi Laban, Inueniam gratiam in conspectu tuo: experimento didici quia benedixerit mihi Deus propter te: constitue mercedem tuam quae tibi. At ille respondit, Tu nosti quomodo seruiuerim tibi, & quanta in manibus meis fuerit possessio tua. Modicum habuisti antequam venirem ad te: & nunc diues effectus es: benedixitq; tibi Deus ad introitum meum: iustum est igitur, vt aliquando prouideam etiam domui meae.

¶ Ex epistola Pauli ad Romanos. cap. 6. Lectio. ij.

Quid ergo dicemus? Manebimus in peccato, vt gratia abundet? Absit. Qui enim mortui sumus peccato, quomodo adhuc viuemus in illo? An ignoratis fratres, quia quicumque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus? Consepulti enim sumus cum illo per baptismum

in mortem : vt quo modo Christus surrexit à mortuis, per gloriã patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. Si enim cõplantati facti sumus similitudini mortis eius: simul & resurrectionis eximus. hoc scientes, quia verus homo noster simul crucifixus est, vt destruat corpus peccati, vt ultra nõ seruiamus peccato. Qui enim mortuus est: iustificatus est à peccato. Si autem mortui sumus cum Christo: credimus, quia simul etiam viuemus eũ Christo, sciẽtes, quòd Christus resurgens ex mortuis, iam nõ moritur, mors illi ultra non dominabitur. Quod eũ mortuus est peccato, mortuus est semel: quod autem viuit, viuit Deo. Ita & vos, existimate vos mortuos quidẽ esse peccato: viuente autem Deo, in Christo Iesu. Non ergo regnet peccatũ in vestro mortali corpore vt obediatis concupiscentiis eius. Sed neq; exhibeatis membra vestra, arma iniquitatis peccato, sed exhibete vos deo, tãquam

ex mortuis viuente: & membra vestra, arma iustitiæ deo. Peccatum enim vobis non dominabitur. non eũ sub lege estis, sed sub gratia. Quid ergo? Peccabimus. quoniam non sumus sub lege, sed sub grã? Absit. An nescitis, quoniã cui exhibetis vos seruos ad obediendum: serui estis eius cui obeditis: siue peccati, ad mortem: siue obedientiis, ad iustitiã? Gratias autem deo, quòd fuistis serui peccati, obedistis autẽ ex corde, in eam formam doctrinæ in quã traditi estis. Liberati autem à peccato, serui facti estis iustitiæ. Humanum dico, propter infirmitatẽ carnis vestræ. Sicut enim exhibuistis membra vestra seruire immunditiæ, & iniquitati, ad iniquitatem: ita nunc exhibete membra vestra seruire iustitiæ, in sanctificationem. Cũ enim serui essetis peccati, liberi fuistis iustitiæ. Quem ergo fructum habuistis tunc in illis, in quibus nunc erubescitis? Nam finis illorum, mors est. Nunc verò

Dominica. ij. post Pascha.

liberati à peccato serui autem facti deo: habetis fructum vestrum in sanctificationem, finem verò, vità æternam. Stipendia enim peccati, mors: gratia autè dei: vita æterna in Christo Iesu domino nostro.

¶ Dñica. ij. post Pascha, ex Genesi. Lectio. j.

Dixitq; Laban, Quid tibi dabo? At ille ait. Nihil volo: sed si feceris quod postulo. iterum pascham, & custodiã pecora tua. Gyra omnes greges tuos, & separa cunctas oves varias, & sparso vellere: & quodcumq; fuluum & maculosum, variũque fuerit, tam in ouibus quàm in capris, erit merces mea. Respondebitq; mihi cras iustitia mea, quando placiti tempus aduenit coram te: & omnia quæ non fuerint varia, & maculosa, & fulua, tam in ouib⁹ quàm in capris, furti me argues. Dixitq; Laban, Gratum habeo q̄ petis. Et separauit in die illa capras, & oves, & hircos, & arietes varios, atque maculosos. Cunctum autè gregè vni-

colorem, id est, albi aut nigri velleris, tradidit in manu filiorũ suorũ. Et posuit spacium itineris trium dierum inter se, & generum, qui pascebat reliquos greges ei⁹. Tollens ergo Iacob virgas populeas virides, & amygdalinas, & ex platanis, ex parte decorticauit eas: detractisq; corticibus in his quæ spoliata fuerat, candor apparuit: illa verò quæ integra fuerant, viridia permanserunt, atq; in hunc modũ color effect⁹ est varius. Posuitq; eas in canalibus, vbi effundebatur aqua: vt cum venissent greges ad bibendũ, ante oculos haberent virgas: & in aspectu earũ conciperent. Factumq; est vt in ipso calore coitus oves intuerentur virgas, & parerent maculosa, & varia, & diuerso colore respecta. Diuisitq; gregè Iacob, & posuit virgas in canalibus ante oculos arietum. erant autem alba, & nigra quæq;, Laban: cætera verò, Iacob, separatim inter se gregibus. Igitur quando primo tempore ascendebatur oves, pone-

bat Jacob virgas in canali-
bus aquarum, ante oculos
arietum & ouium, vt in ea-
rum contemplatione con-
ciperent. Quando verò se-
rotina admissura erat, & cõ-
ceptus extremus, non po-
nebat eas: factaque sunt ea
quæ erant serotina, Labã:
& quæ primi temporis, Ia-
cob. Ditatusque est homo
vltra modũ, & habuit gre-
ges multos, ancillas, & ser-
uos, camelos, & asinos.

¶ Ex epistola Pauli ad Ro-
manos, cap. 7. Lectio. ij.

A N ignoratis fratres
(scientibus enim le-
gem loquor) quia
lex in homine damnatur
quanto tempore viuit? Nã
quæ sub viro est mulier: vi-
uente viro alligata est legi.
Si autem mortuus fuerit
vir eius, soluta est à lege vi-
ri. Igitur viuente viro, vo-
cabitur adultera si fuerit
cum alio viro: si autem mor-
tuus fuerit vir eius: libera-
ta à lege viri, vt non sit ad-
ultera, si fuerit cum alio vi-
ro. Itaq; fratres mei, & vos
mortificati estis legi per
corpus Christi: vt sitis al-
terius qui ex mortuis re-

surrexit, vt fructificetis
deo. Cũ enim essemus in
carne passionibus peccato-
rum, quæ per legem erant,
operabantur in mēbris no-
stris, vt fructificarent mor-
ti: nunc autem soluti sum⁹
à lege mortis in qua deti-
nebamur: ita vt seruiamus
in nouitate spiritus, & nõ
in vetustate literæ. Quid
ergo dicemus? Lex pecca-
tum est? Absit. Sed pecca-
tum non cognoui, nisi per
legem: nam concupiscen-
tiam nesciebam, nisi lex di-
ceret, non concupisces. Occa-
sione autē accepta: pec-
catum per mandatum ope-
ratum est in me omnē con-
cupiscentiam. Sine lege e-
nim peccatũ mortuũ erat.
Ego autem vivebam sine
lege aliquando. Sed cũ
venisset mandatum: pecca-
tum reuixit. Ego autem mor-
tuus sum: & inuentum est
mihi mādatum, quod erat
ad vitam, hoc esse ad mor-
tem. Nam peccatum, occa-
sione accepta per mādātũ,
seduxit me: & per illud oc-
cidit. Itaq; lex quidem san-
cta, & mādatum sanctum,
& iustum, & bonũ. Quod

ergo boni est, mihi factū est mors? Absit. Sed peccatum vt appareat peccatū, per bonū operatum est mihi ad mortem: vt fiat supra modum peccās peccatum per mandatum. Scimus enim q̄a lex spiritualis est: ego autē carnalis sum, vendatus sub peccato.

Secūdum Ioannē. cap. 10.

Lectio tertia.

In illo tēpore: Dixit Iesus Phariseis: ego sum pastor bonus. Bon⁹ pastor animam suam ponit pro ouib⁹ suis. Et reliqua.

Homilia sancti Greg. pa.

Avdistis fratres charissimi, ex lectione euāgelica, eruditionem vestrā. audistis & periculum nostrū. Ecce enim, is qui non ex accidenti do no sed essentialiter bonus est dicit. Ego sum pastor bonus, atque eiusdem bonitatis formam, quam nos imitemur adiunxit, dicēs: Bonus pastor animā suam ponit pro ouibus suis. Fecit quod monuit, ostendit quod iussit. Bonus pastor pro ouibus suis animam suam posuit: vt in sacramē

to nostro corpus suum, & sanguinem veteret, & oues quas redemerat, carnis suę alimento satiaret. Ostensa nobis est igitur de contentu mortis via, quam sequamur. opposita forma cui imprimamur. Primum nobis est, exteriora nostra misericorditer ouib⁹ eius impēdere, postremum vero: si necesse est, etiam vitā nostram, pro eisdem ouibus ministrare. A primo autem hoc minimo, peruenitur ad postremū maius. Sed cū incōparabiliter lōgē sit anima melior quam viuimus, terrena substantia quam exterius possidemus qui non dat pro ouibus substantiā suam: quanto pro eis daturus est animam suam? Et sunt nō auli, qui dum plus terrenam substantiam, quam oues diligūt meritū pastoris perdunt. De quibus protinus subditur. Mercenarius autem, & qui non est pastor: curus non sunt oues propriae, videt lupum venientem: & dimittit oues, & fugit. Non pastor, sed mercenarius vocatur: qui non p

amore intimo, oues dominicas: sed ad temporales mercedes pasceit.

Oratio.

Deus, qui in filij tui humilitate iacétem mūdum erexisti: fidelibus tuis perpetuam cōcedere lētitiam: vt quos perpetuē mortis eripuisti casibus, gaudiis facias sempiternis perfrui. Per eundē.

¶ Venia. ij. ex Gen. cap. 31.

Lectio prima.

Postquam autem audiuit verba filiorum Laban, dicentium. Tulit Iacob omnia quæ fuerunt patris nostri, & de illius facultate ditatus, factus est inclytus: aīa aduertit quoque facie Laban, quod non esset erga se, sicut heri, & nudius tertius, maximē dicente sibi domino: Reuertere in terram patrum tuorum, & ad generationem tuam, eroque tecum: misit Iacob, & vocauit Rachel, & Lian in agrum, vbi pascebant greges, dixitque eis, Video faciem patris vestri, quod non sit erga me, sicut heri, & nudius tertius: Deus autem patris mei fuit mecum, Et ipse nostis, quod

totis viribus meis seruierim patri vestro. Sed & pater vester circumuenit me, & mutauit mercedem meam decē vicibus, & tamen non dimisit eum deus, vt noceret mihi. Si quando dixit, Variæ erūt mercedes tuæ: pariebant omnes oues varios fœtus, quando verò econtrario ait, Alba quæque accipies pro mercede: omnes greges alba pepererunt Tulitque Deus substantiam patris vestri, & dedit mihi. Postquam enī conceptus ouium tempus aduenerat, leuauit oculos meos, & vidi in somnis ascendētes mares super feminas: varios, & maculosos, & diuersorum colorum. Dixitque angelus Dei ad me in somnis Iacob. Et ego respondi. Adsum. Qui ait. Leua oculos tuos, & vide vniuersos masculos ascendentes super feminas, varios, maculosos, atque resperfos. Vidi enim omnia quæ fecit tibi Laban. Ego sum deus Bethel, vbi vnxiſti lapidem, & votum vouisti mihi. nunc ergo surge, & egredere de

terra hac, reuertens in terrā natiuitatis tuæ. Responderuntque Rachel, & Lia; Nūquid habemus residui quicquam in facultatibus, & hereditate dom⁹ patris nostri? Nonne quasi alienas reputauit nos, & vendidit, comeditque pretiū nostrum? Sed deus tulit opeſ patris nostri, & eas tradidit nobis, ac filiis nostris: vnde omnia quæ præcepit tibi deus, fac.

Ex epistola Pauli ad Romanos. cap. 8. Lectio. ij.

Quod enim operor, non intelligo, non enim quod volo bonum, hoc ago: sed quæ odi malum, illud facio. Si autem quod nolo, illud facio: consentio legi, quoniā bona est. Nunc autem iam non ego operor illud: sed quod habitat in me peccatum. Scio enim, quia non habitat in me, hoc est, in carne mea, bonum. Nam velle adiacet mihi: perficere autem bonum, non inuenio. Non enim quod volo bonum, hoc facio: sed quod nolo malū, hoc ago. Si autem quod holo illud

facio: iam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum. Inuenio igitur legem, volenti mihi tacere bonum: quoniam mihi malum adiacet. Condelector enim legi dei secundum interiorem hominē: video autem aliam legē in mēbris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati, quæ est in mēbris meis. Infelix ego homo, quæ me liberabit de corpore mortis huius? Gratia dei per Iesum Christum dominū nostrum. Igitur, ego ipse me te seruius legi dei: carne autem, legi peccati. Nihil ergo nūc damnationis est iis qui sunt in Christo Iesu: quæ non secundū carnē ambulat. Lex enim spirit⁹ vitæ in Christo Iesu liberauit me à lege peccati & mortis. Nā quod impossibile erat legi, in quo infirmabatur per carnē: Deus filium suum mittēs in similitudinē carnis peccati, & de peccato damnauit peccatū in carne: vt iustificatio legis impleretur in nobis, qui nō secundum carnem ambulamus,

bulamus, sed secundū spiritum. **Qui** em̄ secundum carnē sunt, quę carnīs sunt sapiūt: qui verō secundum spiritū sunt, quę sunt spiritus sentiūt. Nā prudētia carnīs mors est: prudentia autē spiritus, vita, & pax: quoniā sapiētia carnīs, inimica est Deo: legi em̄ Dei non est subiecta, nec enim potest. **Qui** autem in carne sunt: Deo placere non possunt. Vos autem in carne non estis, sed in spiritu: & tamen spiritus Dei habitat in vobis. Si quis autem spiritū Christi non habet: hic non est eius. Si autem Christus in vobis est: corpus quidem mortuum est propter peccatū, spiritus verō vivit propter iustificatiōē. **Quod** si spiritus eius qui suscitavit Iesum à mortuis, habitat in vobis: qui suscitavit Iesum Christum à mortuis vivificabit & mortalia corpora vestra propter inhabitantem spiritum eius in vobis.

¶ *fer. iij. ex Genesi. Lec. j.*

Surrexit itaque Iacob: & impositis liberis, ac coniugibus suis super

B. N.

camelos, abiit: Tulitq; omnem substantiam suam, & greges, & quicquid in Mesopotamia acquiserat: pergens ad Isaac patrem suum in terram Chanaan. Eo tempore ierat Laban ad tondēdas oves: & Rachel furata est idola patris sui. Noluistque Iacob confiteri socero suo, quod fugeret. Cumq; abiisset, tū ipse, quā omnia quę iuris sui erat: & amne transmissō pergeret cōtra montem Galaad: nuntiatus est Laban die tertio quod fugeret Iacob. **Qui** assumptis fratribus suis, persequutus est eum diebus septem, & cōprehendit eum in monte Galaad. Viditq; in somnis dicētē sibi dominum, **Caue** ne quicquā aspere loquaris contra Iacob. Iamque Iacob extenderat in monte tabernaculum, cumque ille consecutus fuisset eum cum fratribus suis, in eodem monte Galaad fixit tentorium. Et dixit ad Iacob. **Quare** ita egisti, ut clam me abigeres filias meas, quasi captivas gladio? Cur ignorante me fugere voluisti, nec in-

O

dicare mihi: ut prosequerere cum gaudio, & canticis, & tympanis, & citharis? Nō es passus, ut oscularer filios meos & filias: stultè operatus es. Et nunc quidem, valet manus mea reddere tibi malum: sed Deus patris vestri heri dixit mihi. Cave ne loquaris cōtra Jacob quicquam durius. Esto, ad tuos ire cupiebas, & desyderio erat tibi domus patris tui: cur furatus es deos meos? Respondit Jacob, **Q**uod infcio te profectus sum timui, ne violenter auferres filias tuas. **Q**uod autem furti me arguis: apud quencunque inueniris deos tuos, necetur corā fratribus nostris: scrutare, quicquid tuorū apud me inuenieris, aufer. Hęc dicens, ignorabat quod Rachel furata esset idola.

Ex epistola Pauli ad Romanos. Lectio secunda.

Ergo fratres, debito res sumus: non carni, ut secundum carnem viuamus. Si enim secundū carnē vixeritis: moriemini: si autem spiritu, facta carnis mortificaueritis: vi-

uetis. **Q**uicūque enim spiritu dei aguntur, ij sunt filij Dei. Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore: sed accepistis spiritum adoptionis filiorum: in quo clamamus, Abba, pater. Ipse enim spiritus, testimonium reddit spiritui nostro quod sumus filij Dei. Si autem filij: & heredes, heredes quidem Dei: coheredes autē Christi: si tamen compatimur: ut & conglorificemur. Existimo enim, quod nō sunt condignę passionēs huius temporis, ad futuram gloriā, quę reuelabitur in nobis. Nam expectatio creaturę, reuelationem filiorū Dei expectat. Vanitati enī creatura subiecta est, non volens: sed propter eū qui subiecit eam in spe: quia & ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis, in libertatem glorię filiorum Dei. Scimus enim, quod omnis creatura ingemescit, & parturit vsque adhuc. Non solum autem illa, sed nos ipsi, primitias spiritus habentes & ipsi intra nos gemim⁹ adoptionem filio-

rum Dei, expectantes redemptionem corporis nostri. Spe enim salui facti sumus. Spes autem quæ videtur, nõ est spes. nam quod videt quis: quid sperat? Si autem quod nõ videmus, speramus: per patientiam expectamus. Similiter autem, & spiritus adiuuat infirmitatē nostrā: nam quid orem⁹, sicut oportet, nescimus: sed ipse spiritus, postulat pro nobis, gemitib⁹ inenarrabilibus. Qui autem scrutatur corda, scit quid desideret spiritus, quæ secundum Deum postulat pro sanctis.

¶ **Feria quarta ex Genesi.**
Lectio prima.

Ingressus itaque Laban tabernaculum Iacob, & Lia, & vtriusque famulæ, non inuenit. Cumque intrasset tentorium Rachele, illa festinans abscondit idola super stramenta cameli, & sedit desuper: scrutatiq; omne tentorium, & nihil inuenienti, ait. Ne irascatur Dominus meus, quod coram te assurgere nequeo: quia iuxta consuetudinem feminarum nunc

accidit mihi, sic delusa sollicitudo quarētis est. Tu meusque Iacob, cū iurgio ait. Quā ob culpam meā, & ob quod peccatū meū, sic exarsisti post me, & scrutatus es omnem suppellectilem meā? Quid inuenisti de cuncta substantia domus tuæ? pone hic, coram fratribus meis, & fratribus tuis, & iudicent inter me, & te. Idcirco viginti annis fui tecū oues tuæ, & capræ steriles non fuerunt, arietes gregis tui nõ comedi: nec captum à bestia ostendi tibi, ego dānū omne reddebā: quicquid furto perierat à me exigebas: die noctuque æstu vergebar, & gelu: fugiebatque somnus ab oculis meis. Sic per viginti annos in domo tua seruiui tibi, quatuordecim pro filiabus, & sex pro gregibus tuis: immutasti quoque mercedē meā decem vicibus. Nisi deus patris mei Abraham, & timor Isaac affuisset mihi, forsità modo nudū me dimisisses: afflictionem meā, & laborem manū mearum respexit Deus, & arguit te heri.

Feria. iij. Dominica. ij. post Pascha.

Respondit ei Laban. Filia
mea, & filij, & greges tui,
& omnia quæ cernis, mea
sunt: quid possum facere fi-
liis, & nepotibus meis? Ve-
ni ergo, & ineamus sædus:
vt sit testimonium inter
me & te.

**¶ Ex epistola Pauli ad Ro-
manos. Lectio secunda.**

Simus autem quoniã
diligentibus Deum, o-
mnia cooperantur in
bonum, iis qui secundum
propositum vocati sunt san-
cti. Nam quos presciuit: &
prædestinavit conformes
fieri imaginis filij sui, vt sit
ipse primogenitus in mul-
tis fratribus. Quos autem
prædestinavit, hos & voca-
uit: & quos vocauit, hos &
iustificauit: quos autem iu-
stificauit, illos & glorifica-
uit. Quid ergo dicemus
ad hæc? Si deus pro nobis:
quis contra nos? Qui etiam
proprio filio suo non pe-
percit, sed pro nobis om-
nibus tradidit illum: quo-
modo nõ etiã cum illo o-
mnia nobis donauit? Quis
accusabit aduersus electos
Dei? Deus qui iustificat.
Quis est qui condemnet?

Christus Iesus qui mortu⁹
est, imo, qui & resurrexit,
qui & est ad dexteram dei,
qui etiam interpellat pro
nobis. Quis ergo nos sepa-
rabit à charitate Christi?
Tribulatio? an angustia? an
fames? an nuditas? an peri-
culum? an persecutio? an
gladius? sicut scriptum est.
Quia propter te mortifi-
camur tota die: astimati su-
mus sicut oues occisionis.
Sed in his omnib⁹ supera-
mus propter eum qui dile-
xit nos. Certus sum enim,
quia neq; mors, neque vi-
ta, neque angeli, neq; prin-
cipatus, neque virtutes, ne-
que instantia, neque futu-
ra, neque fortitudo, neque
altiludo, neq; profundum,
neque creatura alia pote-
rit nos separare à charitate
Dei, quæ est in Christo Ie-
su domino nostro. Veri-
tatem dico, in Christo Ie-
su non mentior, testimo-
nium mihi perhibente cõ-
scientia mea in spiritu san-
cto, quoniam tristitia mi-
hi magna est, & continuus
dolor cordi meo. Optabam
enim ego ipse anathema
esse à Christo, pro fratrib⁹

mels, qui sunt cognati mei secundū carnem, qui sunt Israhelita, quorum adoptio est illorum, & gloria, & testamentum, & legislatio, & obsequium, & promissa, quorum patres ex quibus est Christus secundū carnem, qui est super omnia deus benedictus in secula. Amen.

¶ *Feria quinta ex Genesi.*

Lectio prima.

TVLie itaque Iacob lapidem, & erexit illū in titulum. Dixitq; fratribus suis, Afferte lapides. Qui congregantes fecerunt tumulum, comederuntque super eū, Quem vocavit Laban. Tumulum testis: & Iacob, Aceruum testimonij, vterque iuxta proprietatem lingue sue. Dixitq; Laban, Tumulus iste erit testis inter me & te, hodie: & idcirco appellatum est nomen eius Galaad, id est, tumulus testis. Intueatur, & iudicet dominus inter nos, quando recesserimus à nobis, si affligeris filias meas, & si intro duxeris alias vxores super eas: nullus sermonis nostri

testis est absque Deo, qui præsens respicit. Dixitque rursus ad Iacob, En tumulus hic, & lapis quem erexi inter me & te, testis erit. Tumulus inquam iste, & lapis sint in testimonium, si aut ego transiero illum pergens ad te: aut tu prætuleris malum mihi cogitās. Deus Abrahā, & Deus Nachor iudicet inter nos, Deus patris eorum. Iuravit ergo Iacob per timorē patris sui Isaac: Immolatisque victimis in monte, vocavit fratres suos, vt ederēt panem. Qui cūm comedisent, manserunt ibi. Laban verò, de nocte consurgēs, osculatus est filios, & filias suas: & bñdixit illis, reuersusque est in locum suum.

¶ *Ex epistola Pauli ad Romanos. Lectio secunda.*

Non autem quod ex ciderit verbum dei. Non enim omnes qui ex Israhel sunt, ij sunt Israhelita: neque qui semen sunt Abrahæ, omnes filij: sed in Isaac vocabitur tibi semen, id est, non qui filij carnis, hi filij Dei: sed qui filij sunt p̄missionis, & illi-

mantur in semine promissionis enim verbū, hoc est secundum hoc tempus veniā: & erit Sarę filius. Non solū autem illa: sed & Rebecca ex vno cōcubitu habēs, Isaac patris nostri. Cū enim nondū nati fuissent, aut aliquid boni egissent, aut mali: vt secundum electionē propositū Dei maneret: nō ex operibus, sed ex vocante dictum est ei, **Quia maior seruiet minori**, sicut scriptum est, Iacob dilexi, Esau autē odio habui. **Quid ergo dicemus?** Nunquid iniquitas apud Deum? Absit. Mōsi enim dicit, Miserebor cuius misereor, & misericordiā præstabo, cuius miserebor. Igitur nō volētis, neq; currētis, sed miserentis est Dei. Dicit enim scriptura Pharaoni: **Quia in hoc ipsum excitavi te, vt ostendam in te virtutem meam: & vt annuntietur nomē meum in vniuersa terra.** Ergo, cuius vult miseretur: & quē vult indurat. Dicis itaque mihi, **Quid adhuc, queritur?** volūtatī enim eius quis resistit? O homo, tu quis es,

qui respōdeas Deo? Nunquid dicit figmentū ei quē se finxit, **Quid me fecisti sic?** An non habet potestatem, figulus luti, ex eadem massa, facere aliud quidem vas in honorem, aliud verō in cōtumeliā? **Quod si deus volēs ostēdere iram, & notam facere potentiam suā, sustinuit in multa patientia, vasa iræ apta in interitum, vt ostēderet diuitias gloriæ suæ, in vasa misericordiæ, quæ præparauit in gloriā.** **Quos & vocauit, nos: nō solum ex Iudæis, sed etiā ex gentibus.** sicut in Osee dicit, **Vocabo non plebem meā, plebem meā: & nō dilectā, dilectā: & non misericordiā cōsecutam, misericordiā consecutā.** Et erit, in loco vbi dictū est eis, **Nō plebs mea vos: ibi vocabūtur filij Dei viui.** Isaias autē clamat pro Israel. **Si fuerit numerus filiorum Israel tanquā arena maris, reliquæ saluæ fient.** Verbū autem consummās, & abbrevians in æquitate: quia verbum breuiatū faciet dominus super terram: Et sicut prædi-

xit Ifaias. Nisi dominus sabaoth reliquisset nobis semine: sicut Sodoma facti essemus. & sicut Gomorrha similes fuisset. **Q**uid ergo dicemus? **Q**uod gentes quæ non sectabantur iustitiam, apprehenderunt iustitiam, iustitiam autem, quæ ex fide est: Israel verò sectando legem iustitiæ, in legē iustitiæ non peruenit. **Q**uare? **Q**uia nō ex fide, sed quasi ex operibus: offenderūt enim in lapidem offensionis, sicut scriptum est: Ecce pono in Sion lapidem offensionis, & petram scandali: & omnis qui credit in eū, non confundetur.

Feria. vj. ex Gene. ca. 32.

Lectio prima.

Iacob autem abiit in itinere quod cœperat: fueruntq; ei obuiam angeli Dei. **Q**uos cū vidisset, ait, **C**astra Dei sunt hæc, & appellauit nomen loci illius Mahanaim, id est. castra. Misit autem & nuntios ante se, ad Esau fratrem suū in terra Seir regionis Edō præcepitque eis, dicēs. Sic loquimini Domino meo Esau? **H**ęc dicit frater tuus

Jacob, **A**pud Laban peregrinatus sum, & sui vsque in presentem diē. **H**abeo boues, & asinos, & oues, & seruos, & ancillas: mittoq; nunc legationem ad dominum meum, vt inueniam gratiam in conspectu tuo. **R**euerſique sunt nuntij ad Jacob, dicentes. **V**enimus ad Esau fratrem tuū, & ecce properat in occursum tibi cum quadringentis viris. **T**imuit Iacob valdè, & perterritus diuisit populū qui secum erat, greges quoque & oues, & boues, & camelos, in duas turmas, dicēs. **S**i venerit Esau ad vnā turmam, & percusserit eā, alia turma quæ reliqua est, saluabitur. **D**ixitque Iacob, **D**eus patris mei Abraham, & **D**eus patris mei Isaac. **D**omine qui dixisti mihi. **R**euertere in terram tuam, & in locū natiuitatis tuæ, & benefaciam tibi: minor sum cūctis miserationibus tuis, & veritate tuā expleuisti seruo tuo, in baculo meo transiui Iordanem istum: & nunc cum duabus turmis regredior. **E**ruē me de manu fratris

mei Eſau, quia valdè eum timeo: ne fortè veniēs percutiat matrem cū filiis. Tu locutus es, q̄ benefaceres mihi, dilatares ſemē meū, ſicut arenam maris, quæ præ multitudine numerari non poteſt. Cumq; dormiſſet ibi nocte illa, ſeparavit de his quæ habebat, munera Eſau fratri ſuo, ea pras ducetas, hircos viginti, oves ducentas, arietes viginti, camelos ſcetas cū pullis ſuis triginta, vaccas quadraginta, & tauros viginti, alinas viginti, & pullos earum decem.

Epistoſa Pauli ad Romanos. Cap. 10. Lectio. ij.

Fratres, voluntas quidem cordis mei, & obſecratio ad Deum, ſit pro illis in ſalutem. Teſtimonium enim perhibeo illis, quod emulationē quidem Dei habent, ſed non ſecundum ſcientiam. Ignorantes enim iuſtitiam dei, & ſuam quærentes ſtatuerunt: iuſtitia dei nō ſunt ſubiectionē. Finis em legis, Chriſtus: ad iuſtitiam omni credenti. Moſes enim ſcripſit, quoniam iuſtitiam quæ ex

lege eſt, quā fecerit homo, viuet in ea. **Quæ** autē ex fide eſt iuſtitia ſic dicit. Ne dixeris in corde tuo. **Quis** aſcēdet in cælū? id eſt Chriſtum deducere. Aut quis deſcendet in abyſſum? hoc eſt Chriſtum à mortuis reuocare. Sed quid dicit ſcriptura? Prope eſt verbum in ore tuo, & in corde tuo: hoc eſt verbum fidei quod prædicamus. **Quia** ſi confitearis in ore tuo dominū Ieſum, & in corde tuo credideris, quod Deus illum ſuſcitauit à mortuis: ſaluus eris. Corde enim creditur ad iuſtitiam: ore autem cōfeſſio ſit ad ſalutem. Dicit enim ſcriptura. Omnis qui credit in illum, nō confundetur. Non enim eſt diſtinctio Iudæi, & Græci: nam idem dominus omnium, diues in omnes qui inuocant illum. Omnis enim quicumque inuocauerit nomen domini: ſaluus erit. **Quomodo** ergo inuocabunt eū, in quem non crediderunt? Aut quomodo credent ei, quæ non audierunt? **Quomodo** autem audient ſine prædicatē? **Quomodo** ve-

rd prædicabūt, nisi mittā-
tur? sicut scriptū est. Quā
speciosi pedes euangelizā-
tium pacem, euangelizan-
tium bona. Sed nō omnes
obediunt euangelio. Isaias
enim dicit. Domine, quis
credidit auditui nostro? Er-
go fides ex auditu: auditus
autem, per verbum Chri-
sti. Sed dico. Nunquid nō
audierunt? Et quidem in
omnem terrā exiuit 'sonus
eorum: & in fines orbis ter-
ræ verba eorum. Sed di-
co. Nunquid Israel non
cognouit? Primus Mōses
dicit: Ego ad æmulationē
vos adducam in nōgētem:
in gentem insipientem, in
iram vos mittam. Isaias au-
tem audet, & dicit. Inuen-
tus sum à non quærenti-
bus me: palam apparui is
qui me nō interrogabant.
Ad Israel autem dicit. To-
ta die expādi manus meas
ad populum non creden-
tem, & contradicentem.

Sabbato, ex Gene. Le. j.

ET misit me manus ser-
uorum suorū singu-
los seorsum greges,
dixitque pueris suis, Ante-
cedite me, & sit spatium in-

ter gregem, & gregem. Et
præcepit priori, dicens. Si
obuium habueris fratrem
meum Esau, & interroga-
uerit te, Cui⁹ es? aut, Quo
vadis? aut, Cuius sunt ista
quæ sequeris respondebis,
Serui tui Jacob, munera
misit domino suo Esau: ip-
se quoque post nos venit.
Similiter dedit madata se-
cundo, & tertio, ac cunctis
qui sequebatur greges, di-
cens. Iisdem verbis loqui-
mini ad Esau cū inuene-
ritis eum, & addetis: Ipse
quoque seruus tuus Jacob,
iter nostrum insequitur: di-
xit enim. Placabo illū mu-
neribus, quæ præcedunt, &
postea videbo illum. For-
tan ppitiabitur mihi. Præ-
cesserunt itaque munera an-
te eum, ipse verò māsit no-
ste illa in castris. Cumque
maturè surrexisset, tulit
duas vxores suas, & totidē
famulas cū vndecim filiis
& transit vadum Iaboch.
Transductisque omnibus
quæ ad se pertinebant, mā-
sit solus: & ecce vir lucta-
batur eum eo, vsq; mane.
Qui cū videret quod eū
superare nō posset, tetigit

neruū femoris eius, & statim emarcuit. Dixitque ad eum. Dimitte me, iam enim ascendit aurora. Respondit, non dimittam te, nisi benedixeris mihi. Ait ergo. **Q**uod nomen est tibi? Respondit Iacob. At ille Nequaquam, inquit, Iacob appellabitur nomen tuū, sed Israel: quoniam si contra Deum fortis fuisti, quāto magis cōtra homines praeualebis? Interrogauit eum Iacob. Dic mihi quo appellaris nomine? Respondit. Cur quæris nomen meū, quod est mirabile? Et bene dixit ei in eodem loco. Vocauitque Iacob nomen loci illius Phaniel, dicēs. Vi di Deum facie ad faciem, & salua facta est anima mea. Ortusque est ei statim sol, postquam transgressus est Phaniel ipse verò claudicabat pede. **Q**uā ob causam nō comedunt neruum fili. Israel, qui emarcuit in femore Iacob. vsq; in presentem diem. eo quōd tetigerit neruum femoris eius & obstupuerit,

¶ Ex epistola Pauli ad Romanos, Cap. 11. Lectio. 11.

Dico ergo. Nunquid deus repulit populum suum? Absit. Nam & ego Israelita sum, ex femine Abraham: de tribu Benjamin. Non repulit deus plebem suam, quā præsciuit. An nescitis in Elia quid dicit scriptura: quemadmodum interpellat. Deū aduersum Israel? Domine prophetas tuos occiderunt, & altaria tua suffoderūt: & ego relictus sum solus, & quærent animam meā. Sed quid dicit illi diuinū responsū? Reliqui mihi septem millia virorum: quō nō curauerūt genua ante Baal. Sic ergo, & in hoc tēpore, reliquæ secundū electionē gratiæ salutis factæ sūt. Si autē gratia: iam nō ex operibus. Alioquin gratia, iam nō est gratia. **Q**uid ergo? **Q**uod quærebat Israel: hoc nō est cōsecutus. electio autē cōsecuta est, cæteri verò excæcati sunt: sicut scriptum est. Dedit illis deus spiritū compūctiōnis: oculos, ut nō videant: & aures, ut nō audiāt, vsque in hodiernū diem. Et Dauid dicit, Fiat

mēsa eorū coram ipsis in laqueū, & in captionem, & in scādalu, & in retributio nē illis. Obscūrētur oculi eorū, ne videāt: & dorsum eorū semper incurua. Dico ergo, Nūquid sic offenderunt, vt caderent? Absit. Sed illorū delicto, sal^o est gētibus: vt illos emulētur. Quod si delictū illorū, diuitiæ sunt mūdi, & diminutio eorū, diuitiæ gentium: quātō magis plenitudo eorum? Vobis enim dico gētibus. Quādiu quidē ego sum gētū apostolus, ministeriū meū honorificabo. si quomodo ad æmulandū prouocem carnem meā, & saluos faciam aliquos ex illis. Si enim amissio eorū, reconciliatio est mundi: quā assumptio, nisi vita ex mortuis. Quod si delibatio sancta est, & massa: & si radix sancta, & rami. Quod si aliquid ex ramis fracti sūt, tu autem cū oleaster es, insertus es in illis, & scius radice & pinguedinis oliuæ fact^o es, noli gloriari aduersus ramos. Quod si gloriaris: nō tu radicem portas, sed radix te,

¶ Dñica. iij. post Pascha.
cap. 33. Lectio prima.

ELeuans autem Iacob oculos suos, vidit venientem Esau, & cū eo quadringētos viros, diuisitque filios Liæ, & Rachel, ambarumq; famularū: & posuit vtrāque ancillam, & liberos earū in principio, Liam verò, & filios eius in secundo loco. Rachel autem, & Ioseph nouissimo. Et ipse progrediens adorauit pronus in terrā septies, donec appropinquaret frater eius. Currens itaq; Esau obuīā fratri suo, amplexat^o eū, stringetq; collū eius, & osculās fleuit. Leuatisque oculis, vidit mulieres, & paruulos earum: & ait, Quid sibi volūt isti? & si ad te ptineant? Respondit, Paruuli sunt: quos donauit mihi de^o seruo tuo. Et appropinquantes ancillæ, & filij earū incuruati sunt. Accessit quoq; Lia cū pueris suis: & cū similiter adorascens, extremi Ioseph, & Rachel adorauerunt. Dixitque Esau, Quenam sunt istę turmę, quas obuīā habui? Rēdit,

Dominica .iij. post Pascha.

vt inuenirẽ gratiam coram
Dño meo. At ille ait. Ha-
beo plurima frater mi, fiat
tua tibi. Dicit Iacob, Noli
ita obsecro, sed si inueni
gratiam in oculis tuis: acci-
pe munusculum de mani-
bus meis. sic enim vidi fa-
ciem tuam, quasi viderim
vultum dei: esto mihi pro-
pitius, & suscipe benedi-
ctionem quam attuli tibi,
& quã donauit mihi deus,
tribuens omnia. Vix fratre
compellente suscipiẽs ait,
Gradiamur simul, ero quẽ
socius itineris tui. Dixitq;
Iacob, Nosti domine mi qd
paruulos habeam teneros,
& oues, & boues fortas me-
cum: quas si plus in ambu-
lãdo fecero laborare, mo-
rientur vna die cuncti gre-
ges. Præcedat dominus
meus ante seruũ suum: &
ego sequar paulatim vesti-
gia eius, sicut videro par-
uulos meos possẽ, donec
veniam ad dominum meũ
in Seir. Respondit Esãu.
Oro te, vt de populo qui
mecum est, saltem socij re-
maneant viæ tuæ. Non est,
inquit, necessẽ: hoc vno
tantum indigeo, vt inue-

niam gratiam in cõspectu
tuo Domine mi.

**Ex epistola Pauli ad Ro-
manos. Lectio secunda.**

Dicis ergo. Fracti sũe
rami. vt & ego inse-
rar. Bene propter
incredulitatẽ fracti sunt,
tu autem fide stas. noli al-
tum sapere: sed time. Si enĩ
deus naturalibus ramis nõ
pepercit: ne fortẽ nec tibi
parcat. Vide ergo bonita-
tem, & seueritatem Dei in
eos quidẽ, qui ceciderunt,
seueritatem: in te autẽ bo-
nitatem Dei, si per manser-
is in bonitate: alioquin, &
tu excideris. Sed & illi si
non permanferint in incre-
dultate inferentur. Potẽs
est enim deus iterum inse-
rere illos. Nam si, & tu ex
naturali excisus es olea-
stro, & contra naturam in-
sertus es in bonam oliuã:
quantõ magis ij qui secun-
dum naturam, inferentur
sue oliuæ? Nolo enim vos
ignorare fratres mysteriũ
hoc, vt non sitis vobis ipsi
sapientes: quia cæcitas ex
parte cõtingit in Israel, do-
nec plenitudo gentiũ in-
traret: & sic omnis Israel

saluus fieret, sicut scriptum est: Veniet ex Sion, qui eripiat, & auertat impietatem a Jacob. Et hoc illis a me testamentum cum abstulero peccata eorum. Secundum euangelium quidem, inimici propter vos: secundum electionem autem, charissimi propter patres. Sine poenitentia enim sunt dona, & vocatio dei. Sicut enim aliquando & vos non credidistis deo, nunc autem misericordiam consecuti estis, propter incredulitatem illorum: ita & isti nunc non crediderunt in vestram misericordiam, ut & ipsi misericordiam consequantur. Concluserunt enim Deus omnia in incredulitate: ut omnium misereatur. O altitudo diuitiarum sapientiae, & scientiae dei: quam incomprehensibilia sunt iudicia eius & inuestigabiles viae eius. Quis enim cognouit sensum Domini? Aut quis consiliarius eius fuit? Aut quis prior dedit illi, & retribuetur ei? Quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia: ipsi gloria in secula seculorum. Amen.

Secundum Ioanem. cap. 16.

Lectio tertia.

In illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis, modicum & iam non videbitis me: & iterum modicum, & videbitis me: quia vado ad patrem. Et reliqua.

Homilia sancti Aug. epi.

Haec domini verba, ubi ait: modicum & iam non videbitis me: & iterum modicum & videbitis me quia vado ad patrem: ita obscura erant discipulis, antequam id quod dixit esset impletum, ut quaerentes inter se, quid esset, quod diceret, omnino se nescire faterentur. Sequitur enim euangelium. Dixerunt ergo ex discipulis eius adiuuicem. Quid est hoc quod dicit nobis: modicum & non videbitis me: & iterum modicum & videbitis me: quia vado ad patrem? Dicebant ergo, Quid est hoc quod dicit nobis modicum? Nescimus quid loquitur. Hoc enim est, quod eos mouebat, quod dixit modicum & non videbitis me: & iterum modicum, & videbitis me. Nam

In precedentibus: quia nō dixerat modicū: sed dixerat, ad patrem vado, & iam non videbitis me, tāquam apertē illis visus est loqui: nec inter se de hoc aliquid quæsierunt. Nunc ergo quod illis tunc obscurum fuit: & mox manifestum est: iam nobis utique manifestum est. post paululum enim passus est: & nō viderit eum. Rursus post paululum resurrexit & viderunt eum. Illud autem quod ait: & iam non videbitis me quia isto verbo, id est, iam hoc intelligi voluit quod eum ulterius nō viderent: ibi exposuimus quomodo accipiēdum sit: ubi dixit. De iustitia arguet mundum spiritus sanctus: quia ad patrem vado & iam non videbitis me: quia scilicet mortalem, Christum ulterius nō viderunt.

Oratio.

Deus qui errantibus, ut in viam possint redire iustitiæ veritatis tuæ lumen ostendis: da cunctis qui Christiana professione censentur: & illa respuere, quæ huic ini-

mica sunt homini, & ea quæ sunt apta sectari. Per dñm nostrum Iesum Christum.

¶ Feria secūda, ex Genesi.

Lectio prima.

Reuerfus est itaque illo die Esau, itinere quo venerat in Seir. Et Iacob venit in Socoth. ubi ædificata domo, & fixis tētoris, appellavit nomen loci illius Socoth, id est, tabernacula. Trāsiuitque in Salē urbem Sichimorum, quæ est in terra Chanaā, postquæ reuerfus est de Mesopotamia Syriæ: & habitauit iuxta oppidum Emiti; partem agri in qua fixerat tabernacula, à filiis Emor patris Sichem, centum agnis. Et erecto ibi altari, inuocauit super illud fortissimum Deum Israel. Egressa est autem Dina filia Liq, ut videret mulieres regionis illius. Quā cū vidisset Sichē filius Emor Heuxi, princeps terræ illius, adamauit eā. & rapuit & dormiuit eū illa, vi opprimēs virginē. Et cōglutinata est anima eius eū ea, tristēmque deliniuit blanditiis. Et pergēs ad Emor pa-

trē suum, Accipe, inquit, mihi puellā hāc coniugē. **Q**uod cū audisset Iacob, absentibus filiis, & in partu pecorū occupatis, siluit, donec redirent. Egresso autem Emor patre Sichē ut loqueretur ad Iacob, ecce filij eius veniebāt de agro: auditōq; quod acciderat, irati sunt valdē, eo quōd fedam rem operatus esset in Israel, & violata filia Iacob, rem illicitam perpetrasset, Locutus est. Itaque Emor ad eos. Sichem filij mei adhæsit anima filix vestra: date eam illi vxorem. Et iungamus vicissim conubia, filias vestras tradite nobis, & filias nostras accipite. Et habitate nobiscū: terra ī potestate vestra est, exercete, negociamini, & possidete eam.

Ex epistola Pauli ad Romanos. cap. 12. Lectio. ij.

Obesecro itaq; vos fratres, p̄ misericordiā dei, vt exhibeatis corpora vestra hostiā viuētem, sanctā, Deo placētē, rationale obsequium vestrū. Et nolite conformari huic seculo: sed reforma-

mini in nouitate sensus vestri, vt probetis quæ sit voluntas dei bona, & beneplacens, & perfecta. Dico em̄ per gratiā quæ data est mihi, oībus q̄ sunt inter vos: Nō plus sapere, quā oportet sapere: sed sapere ad sobrietatem: & vnicuique sicut deus diuisit mēsuram fidei. Sicut em̄ in vno corpore, multa membra habemus: omnia autē membra non eūdem actum habēt: ita multi vnum corpus sumus in Christo, singuli, autem, alter alterius mēbra: habentes donationes, secū dum gratiam quæ data est nobis, differētes, siue prophetiam secundum rationem fidei, siue ministeriū in ministrādo, siue qui docet in doctrina, qui exhortatur in exhortando, qui tribuit in simplicitate, qui p̄est in sollicitudine, qui miseretur, in hilaritate. Dilectio sine simulatione. odientes malū, adherentes bono charitatē fraternitatis inuicem diligentes, honore inuicem prouenientes, sollicitudine nō pigri, spiritu feruētes,

domino seruiētes, spe gau
dentes, in tribulatione pa
tientes, orationi instātes,
necessitatibus sanctorum
cōmunicantes: hospitalita
tem sectantes. Benedicite
persequentibus vos. bened
dicite, & nolite maledice
re. Gaudete cum gauden
tibus, fete cum flentibus.
Idipsum inuicem senten
tes. Non alta sapientēs, sed
humilibus consentientes.
Nolite esse prudētes apud
vosmetipsos. Nulli malū
pro malo reddentes. Pro
uidentes bona, non tātum
coram deo, sed etiam corā
omnibus hominibus. Si
fieri potest, quod in vobis
est, cū omnibus hominib⁹
pacem habentes. Non vos
metipsos defendētes cha
rissimi, sed date locū iræ,
scriptū est enim. Mihi vin
dictā, & ego retribuā, dicit
dominus. Sed si esurierit
inimicus tuus, ciba illum:
si sitit, potum da illi. hoc
enim faciēs carbones ignis
congeres super caput eius.
Noli vinci à malo: sed vin
ce in bono malum.

¶ Feria tertia, ex Genesi.
Lectio prima.

Sed & Sichem, ad pa
trem, & ad fratres ei⁹,
ait, Inueniam gratiam
coram vobis: & quæcūque
statueritis, dabo. augete
dotem, & munera postula
te, & libenter tribuā quod
petieritis. tantum date mi
hi puellam hanc vxorem.
Responderunt filij Iacob
Sichē, & patri eius, in do
lo seuiētes ob stuprū so
roris. Non possumus face
re quod petitis, nec dare
sororem nostram homini
incircunciso: quod illici
tum, & nephariū est apud
nos. Sed in hoc valebimus
fœderari, si volueritis esse
similes nostri, & circunci
datur in vobis omnis ma
sculini sexus. Tunc dabi
mus, & accipiemus mutuo
filias vestras, ac nostras: &
habitabimus vobiscum, e
rimusque vnus populus.
Si autem circuncidi nolue
ritis, tollemus filiam no
strā, & recedemus. Placuit
oblatio eorū Emor, & Si
chem filio eius. Nec distu
lit adolescens, quin statim
quod petebatur expleret:
amabat enim puellam val
dē, & ipse erat inclytus in
omni

omni domo patris sui. Ingressi q; portā vrbis, locuti sunt ad populū, Viri isti pacifici sunt, & volunt habitare nobiscū. negotiētur in terra, & exerceant eam, quæ spatiosa & lata cultoribus indiget, filias eorum accipiemus vxores, & nostras illis dabimus. Vnum est: quo differtur tantum bonum. Si circūcidamus mafculos nostros: ritum gētis imitātes, & substātia eorū, & pecora, & cūcta quæ possident, nostra erunt: tantū in hoc acquiescamus, & habitantes simul, vnū efficiamus populū, assensique sunt omnes circūcisus cunctis maribus.

¶ Ex epistola Pauli ad Romanos cap. 13. Lectio 11.

Omnis anima potestas sublimioribus subdita sit. nō est enim potestas nisi à Deo, quæ autē sunt, à deo ordinata sunt. Itaq; qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit. **Q**ui autē resistit: ipsi sibi damnationē acquirunt. nā principes nō sunt timori boni operis, sed mali. Vis autē non timere po-

B. N.

testatem? Bonum fac: & habebis laudē ex illa, dei enim minister est tibi i bonū. Si autem malū feceris, time: nō enim sine causā gladiū portat. Dei enim minister est: vindex in iram, ei qui malum agit. Ideoq; necessitat subditi estote: non solum propter iram, sed etiā propter conscientia: Ideo enim, & tributa præstatis. ministri enim dei sunt: in hoc ipsum seruiētes. Reddite ergo omnibus debita: cui tributū, tributū: cui vectigal, vectigal: cui timorem, timorē. cui honorē, honorē. Nemini quicquā debeatis: nisi vt inuicē diligatis. qui enim diligit proximum, legem impleuit: Nam, Nō adulterabis, Nō occides, Nō furaberis, Nō falsum testimonium dices. Non cōcupisces: & si quod est aliud mandatū: in hoc verbo instauratur, Diliges proximū tuum sicut teipsum. Dilectio pximi, malum nō operatur. Plenitudo ergo legis est dilectio. Et hoc sciētes tēpus, quia hora est iam nos de somno surgere. Nūc enim propior

P

est nostra salus, quam cum credidimus. Nox præcessit: dies autem appropinquauit. Abiiciamus ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis. Sicut in die, honeste ambulemus, non in comestationibus, & ebrietatibus: non in cubilibus, & impudiciis: non in contentione, & æmulatione: sed induimini dominum Iesum Christum: & carnis curam ne feceritis in desiderijs.

¶ *Ref. iij. ex Gen. Lect. j.*

ET ecce, die tertio, quando grauissimus vulnerum dolor est, arreptis duo filij Iacob, Simeon, & Leui fratres Dinæ, gladijs ingressi sunt urbem confidenter: interfeceruntque omnibus masculis Emor & Sichem pariter necauerunt, tollentes Dinam de domo Sichem sororem suam. Quibus egressis irruerunt super occisos ceteri filij Iacob: & depopulati sunt urbem, in ultionem stupri. Oves eorum, & armenta, & asinos, cum ceteraque vastantes, quæ in domibus, & in agris erant paruulos quoque eorum, & uxores duxe-

runt captiuas. Quibus perperatis audacter, Iacob dixit ad Simeon, & Leui, Turbastis me: & odiosum fecistis me Chananzis, & Pherezais habitatoribus terræ huius nos pauci sumus, illi congregati percutiet me: & delebor ego, & domus mea. Responderunt. Nunquid ut scorto abuti debeamus sorore nostra? Interea locutus est deus ad Iacob, Surge, & ascende Bethel, & habita ibi, facque altare deo quod apparuit tibi, quando fugiebas. Esau fratrem tuum. Iacob vero conuocata omni domo sua, ait, Abiicite deos alienos qui in medio vestri sunt, & mundamini, ac mutate vestimenta vestra. Surgite, & ascendamus in Bethel, & faciamus ibi altare deo, qui exaudivit me in die tribulationis meæ, & socius fuit itineris mei. Dederunt ergo ei omnes deos alienos, quos habebant: & in aures, quæ erant in auribus eorum: at ille infodit eas subter terrebinthum. quæ est post urbem Sichem. Cumque profecti essent, terror Dei inuasit omnes per-

circumitū ciuitates, & non sunt ausi psequi recedētes.

¶ *Ex epistola Pauli ad Romanos. cap. 14. Lectio. ij.*

Infirmum autem in fide assumite: non in discipulationibus cogitationum. Alius enim credit se manducare omnia: qui autem infirmus est: solus manducet. Is qui manducat non manducantē non spernat, & qui non manducat, manducantē non iudicet: deus enim illum assumpsit. Tu quis es, qui iudicas alienū seruum. Domino suo stat aut cadit: stabit autem: potens est enim Deus statuere illum. Nam alius iudicat diem inter diem, alius autē iudicat oēm diē. Vnus quisque in suo sensu abundet. **Q**ui sapit diem, Dño sapit. Et qui māducat dño manducat, gratias enim agit Deo. Et qui non manducat: dño non manducat, & gratias agit Deo. Nemo enim nostrum sibi uiuit: & nemo sibi moritur. Siue enim uiuim⁹, domino uiuimus: siue morimur, Dño morimur. Siue ergo uiuimus, siue morimur, Dñi

sumus. In hoc enim Christus mortu⁹ est, & resurrexit. ut & uiuorum, & mortuorū dominetur. Tu autē quid iudicas fratrem tuum? aut tu, quare spernis fratrem tuum? Omnes enim stabimus ante tribunal Christi. scriptū est enim, **V**iuo ego dicit dominus, quoniā mihi flectetur omne genus & omnis lingua confitebitur Deo. Itaque vnusquisque nostrum pro se rationem reddet Deo. Non ergo amplius inuicem iudicem⁹: sed hoc iudicate magis, ne ponatis offendiculum fratri, vel scandalum. Scio, & confido in Domino Iesu, quia nihil cōmune per ipsum: nisi ei q̄ existimat quid cōmune esse, illi cōmune est. Si enim propter cibum frater tuus contristatur: iam non secundū charitatem ambulas. Noli cibo tuo illū perdere, pro quo Christus mortu⁹ est. Non ergo blasphemetur bonum nostrum. Non est enim regnū dei esca & potus: sed iustitia, & pax, & gaudium, in Spiritu sancto, qui enim in hoc ser-

uit Christo, placet Deo: & probatus est hominibus.

¶ Feria. vi. ex Genesi. l. e. j.

Venit igitur Jacob Luzam, quæ est in terra Chanaan, cognomento Bethel: ipse, & omnis populus cum eo. Aedificauitque ibi altare, & appellauit nomen loci illius, domus dei: ibi enim apparuit ei deus, cum fugeret fratrem suum. Eodem tempore mortua est Debora, nutrix Rebecæ, & sepulta est ad radices Bethel, subter quæ cum vocatumque est nomen loci illius. Quercus fletus. Apparuit autem iterum Deus Jacob, postquam reuersus est de Mesopotamia Syria, benedixitque ei, dicens, Nomen vocaberis ultra Jacob, sed Israel erit nomen tuum. Et appellauit eum Israel, dixitque ei, Ego deus omnipotens, Cresce & multiplicare gentes, & populi nationum ex te erunt, reges de lumbis tuis egredientur. Terramque quam dedi Abraham, & Isaac dabo tibi, & semini tuo post te. Et recessit ab eo, ille vero erexit titulum lapideum in loco quo lo-

cutus fuerat ei deus: libans super eum libamina, & effundens oleum: vocansque nomen loci illius Bethel. Egressus autem inde, venit verno tempore ad terram quæ ducit Ephratam: in qua cum parturiret Rachel, ob difficultatem partus periclitari cepit. Dixitque ei obstetrix, Noli timere: quia & hunc habebis filium. Egrediente autem anima pro dolore, & imminente iam morte, vocauit nomen filii sui Benoni, id est, filius doloris mei: pater vero appellauit eum Beniamin, id est filius dextræ.

¶ Ex epistola Pauli ad Romanos. Lectio. ij.

Itaque quæ pacis sunt, sectemur: & quæ ædificationis sunt, inuicem custodiamus. Noli propter escam destruere opus dei, omnia quidem sunt munda: sed malum est homini, qui per offendiculum manducat. Bonum est non manducare carnem, & non bibere vinum, neque in quo frater tuus offenditur, aut scandalizatur, aut infirmatur. Tu fidem habes penes

remetipsum: habe coram deo. Beatus qui non iudicat semetipsum in eo quod probat. Qui autem discernit, si manducauerit, damnatus est: quia non ex fide. Omne autem quod non est ex fide, peccatum est. Debemus autem nos firmiores, imbecillitates infirmorum sustinere, & non nobis placere. Vnusquisque vestrum proximo suo placeat in bonum, ad ædificationem. Et enim Christus non sibi placuit: sed, sicut scriptum est, Impropria impropertium tibi, ceciderunt super me. Quæcumque enim scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt: ut per patientiam, & consolationem scripturarum, spem habeamus. Deus autem patientiæ & solatiij det vobis idipsum sapere in alterutrum, secundum Iesum Christum: ut unanimis, vno ore honorificetis deum, & patrem domini nostri Iesu Christi. Propter quod suscipite inuicem: sicut & Christus suscepit vos in honorem dei. Dico enim Christum Iesum, ministrum fuisse circumcisionis

propter veritatem dei, ad confirmandas promissiones patrum: Gentes autem super misericordia, honorare deum, sicut scriptum est. Propterea confitebor tibi in gentibus Domine, & nomini tuo cantabo. Et iterum dicit: Laeta mihi gentes cum plebe eius. Et iterum. Laudate omnes gentes dominum, & magnificate eum omnes populi. Et rursus Isaias ait. Erigetur radix Iesse: & qui exurgit regere gentes, in eo gentes sperabunt. Deus autem spei, repleat vos omni gaudio & pace in credendo: ut abundetis in spe: & victute spiritus sancti.

¶ Fer. vj. ex Genesi. l. c. j.

Mortua est ergo Rachel, & sepulta est in via quæ ducit Ephratham, hæc est Bethleem. Eruitque Iacob titulum super sepulchrum eius. hic est titulus monumenti Rachel, usque in presentem diem Egressus inde fixit tabernaculum trans turrem gregis. Cuique habitaret in illa regione, abiit Ruben, & dormiuit cum Balila concubina patris sui. quæ

illum minimè latuit. Erāt autē filij iacob duodecim. Filij Liæ primogenit⁹, Ruben, & Simeon, & Leui, & Iudas, & Issachar, & Zabulon. Filij Rachel: Ioseph, & Benjamin. Filij Balæ ancillæ Rachelis: Dan, & Nephtalim. Filij Zelphæ ancillæ: Liæ, Gad, & Aser. hi sunt filij iacob q̄ nati sunt ei in Mesopotamia Syriæ. Venit etiā ad Isaac patrē suum in mambre ciuitatē Arbez, hæc est Hebron: in qua peregrinatus est Abraham & Isaac. Et cōpleti sunt dies Isaac centum octoginta annorum. Consumptusque ætate mortu⁹ est: & appositus est populo suo, senex, & plenus dierum, & sepelierunt eū Esau, & iacob filij sui.

Ex epistola Pauli ad Romanos. Lectio secunda.

Certus sum autē fratres mei, & ego ipse de vobis: quoniā & ipsi plenī estis dilectione, repleti omni scientia: ita ut possitis alterutrum mone- re. Audacius autem scripsi vobis, fratres ex parte, tanquam in memoriā vos re-

ducēs: propter gratiā quæ data est mihi à deo, ut sim minister Christi Iesu in gē- tibus, & sanctificans euangelium Dei, ut fiat oblatio gētium accepta, & sanctificata in spiritu sancto. Habeo igitur gloriam in Christo Iesu, ad deum. Nō enim audeo aliquid loqui eorum, quæ per me non effecit Christus, in obedientiam gentium, verbo, & factis, in virtute signorum & prodigiorum, in virtute spiritus sancti: ita, ut ab Ierusalem per circumitum, vsque ad Illyricum repleuerim euāgelium Christi. Sic autem prædicavi euangelium hoc non vbi nominatus est Christus ne super alienum fundamentū ædificarē sed sicut scriptū est. Quibus non est annuntiatum de eo videbant: & qui non audierunt de eo, intel- ligēt. Propter quod, & im- pediebar plurimum veni- re ad vos: & prohibi⁹ sum, vsq; adhuc. Nunc verò, vlt- terius locum non habens, in his regionibus, cupiditatem autē habens venien- di ad vos, ex multis iam

præcedentibus annis: cum in Hispaniâ proficisci cœpero, spero quod præteriens videam vos, & à vobis deducar illuc, si vobis primû ex parte fructus fuerit. Nunc igitur proficiscor in Ierusalê, ministrare sanctis. Probauerunt enim Macedonia, & Achaia collationem aliquam facere in pauperes sanctos, qui sunt in Ierusalê. Placuit enim eis: & debitores sunt eorum. Nam si spiritualium eorum participes facti sunt gentiles: debent & in carnalibus ministrare illis. Hoc igitur cum consummauerit, & assignaui eis fructum hunc: per vos proficiscar in Hispaniam. Scio autem, quonia veniens ad vos in abundantia benedictionis euangelij Christi veniam. Obsecro ergo vos fratres per dominum nostrum Iesum Christum, & per charitatem sancti spiritus, ut adiuuetis me in orationibus pro me ad deum, ut liberer ab infidelibus, qui sunt in Iudæa, & obsequij mei oblatio accepta fiat in Ierusalem sanctis, ut veniam ad vos in

gaudio per voluntatem dei, ut refrigerer vobiscum. Deo autem pacis sit cum omnibus vobis. Amen.

¶ *Sabbato ex Gen. ca. 30.
Lectio prima.*

Hæc sunt autem generationes Esau, ipse est Edom, Esau accepit uxores de filiabus Chanaan: Ada filiam Elon Hethæi, & Oolibama filiam Anæ filij Sebeon Heuæi: Basemath quoque filiam Ismahel sororem Nabaioth. Perit autem Ada, Elipham: Basemath genuit Rahuel. Oolibama genuit Ielus, & Ihelom, & Core. hi filij Esau qui nati sunt ei in terra Chanaan. Tulit autem Esau uxores suas, & filios, & filias, & omnem animam domus suæ, & substantiam, & pecora, & cuncta quæ habere poterat in terra Chanaan: & abiit in alteram regionem, recessitque à fratre suo Iacob. Diuites enim erant valde, & simul habitare non poterat: nec sustinebat eos terra peregrinationis eorum, præ multitudine gregum. Habitauitque Esau in monte

Seir, ipse est Edom. Hęc au-
tem sunt generationes E-
sau patris Edom in monte
Seir, & hęc nomina filio-
rum eius: Elipham filius
Ada vxoris Esau: Ruhuel
quoque filius Basemath v-
xoris eius fueruntque Eli-
pham fili Themā, Omar,
Sephua, & Gathā, & Ce-
nez. Erat autē Thanna, cō-
cubina Elipham filij Esau:
quę peperit ei Amalec. hi
sunt filij Ada vxoris Esau.
Filij autē Rahuel: Nahath,
& Zara, Samma, & Meza, fi-
lij Basemath vxoris Esau.
Isti quoq; erant filij Ooli-
bama filię Anę filij Sebeō
vxoris Esau: quod genuit
ei Iehus & Ihelō & Core.

**Ex epistola Pauli ad Ro-
manos, cap. 16. Lectio. ij.**

Commendo autē vo-
bis Phæbē sororem
nostram: quę est in
ministerio ecclesię, quę
est Cenchrēis: vt eam susci-
piatis ī domino dignē san-
ctis: & assistatis ei, in quo-
cunque negotio vestri in-
dignerit. Etenim ipsa quo-
que assistit multis & mihi
ipsi. Salutate Priscā, & A-
quilam adiutores meos in

Christo Iesu (qui pro ani-
ma mea suas ceruices sup-
posuerunt, quibus non so-
lus ego gratias ago: sed &
cunctę ecclesię gentium)
& domesticam ecclesiā eo-
rum. Salutate Epenetū di-
lectum mihi qui est primi-
tius Asię in Christo Ie-
su. Salutate Mariam, quę
multū laborauit in vobis.
Salutate Andronicum, &
Iuniam cognatos & conca-
ptiuos meos, qui sunt no-
biles in apostolis, qui & an-
te me fuerunt in Christo.
Salutate Ampliatum dile-
ctissimū mihi in domino.
Salutate Vrbanum adiuto-
rem nostrum in Christo Ie-
su, & Stachim dilectū me-
um. Salutate Appellē pro-
bum in Christo. Salutate
eos qui sunt ex Aristoboli
domo. Salutate Herodio-
nem cognatum meū. Salu-
tate eos qui sunt ex Narci-
sci domo, qui sunt in do-
mino. Salutate Tryphæ-
nam, & triphosam: quę la-
borant in domino. Saluta-
te Persidem charissimam,
quę multum laborauit in
domino. Salutate Rufum
electum in domino, & Ma-

trem eius & meā. Salutate
 Asyncritum, Phlegnoem,
 Hermen, Patroban, Her-
 man: & qui cum eis sunt,
 fratres. Salutate Philolo-
 gum & Iuliam, Nereum, &
 sororem eius, & Olympia-
 dem, & omnes qui cū eis
 sunt sanctos. Salutate inui-
 cem in osculo sancto. Sa-
 lutant vos omnes ecclesie
 Christi. Rogo autem vos
 fratres vt obseruetis eos q̄
 dissensiones, & offendicu-
 la præter doctrinam quā
 vos didicistis faciūt: & de-
 clinare ab illis. Huiusmo-
 di enim Christo Domino
 nostro nō seruiūt, sed suo
 ventri: & per dulces sermo-
 nes, & benedictiones, sedu-
 cunt corda innocentium.
 Vestra enim obedientia, in
 omni loco diuulgata est.
 Gaudeo igitur in vobis:
 Sed volo vos sapientes es-
 se in bono: & simplices in
 malo. Deus autem pacis,
 conterat satanam sub pedi-
 bus vestris velociter. Gra-
 tia domini nostri Iesu chri-
 sti vobiscum. Salutat vos
 Timotheus adiutor meus:
 & Lucius, & Iason, & So-
 si pater cognati mei. Salu-

to vos ego Tertius qui scri-
 psi epistolā in domino. Sa-
 lutat vos Caius hospes meus,
 & vniuersæ ecclesie. Salu-
 tat vos Erastus Arcarius ciui-
 tatis, & Quartus frater. Gra-
 tia domini nostri Iesu chri-
 sti cum omnibus vobis. A-
 men. Ei autem, qui potens
 est vos confirmare, iuxta
 euangeliū meum, & prædi-
 cationem Iesu Christi, se-
 cundum reuelationem my-
 sterij, temporibus æternis
 taciti (quod nunc patefa-
 ctū est per scripturas pro-
 phetarum secundū præce-
 ptum æterni dei ad obedi-
 tionē fidei) in cunctis gen-
 tibus cogniti, soli sapienti
 deo per Iesum Christum,
 cui honor, & gloria, in se-
 cula seculorum. Amen.

Dominica. iij. post Pascha
 ex Genesi. **Lectio. j.**

HI duces filiorū Esau,
 filij Eliphā primoge-
 niti Esau: dux The-
 man: dux Omar, dux Se-
 phua, dux Genez, dux Co-
 re, dux Gatham, dux Ama-
 lech. hi filij Eliphā in ter-
 ra Eddō, & hi filij Adæ. Hi
 quoq; filij Rahuel filij E-
 sau: dux Nahath, dux Za-

Dominica. iij. post Pascha.

ra, dux Sama, dux Meza. hi aut duces Rahuel in terra Edom: isti filij Basemath vxoris Esau. Hi autem filij Oolibama vxoris Esau: dux Iehus, dux Ihelô, dux Core. hi duces Oolibama filie Anæ vxoris Esau. Isti sunt filij Esau, & hi duces eorum: ipse est Edom. Isti sunt filij Scir Horrhæi, habitatores terræ: Lotam, & Sohal, & Sebeom, & Ana, & Dison, & Eser, & Disan. hi duces Horrhæi, filij Scir in terra Edom. Facti sunt autem filij Lotam: Heri & Hemam. erat autem soror Lotam, Tanna. & isti filij Sobal: Aluâ, & Manahat, & Ebal, & Sepho, & Onâ. Et hi filij Sebeon: Aia & Ana. Iste est Ana: qui inuenit aquas calidas in solitudine, cum pasceret asinas Sebeô patris sui. Habuitque filium Dison, & filiam Oolibama. Et isti filij Disan: Hamdan, & Esebâ, & Iethram, & Charam. Hi quoque filij Eser. Balaan, & Zanan, & Acan. Habuit autem filios Disan Hus, & Aram. Hi duces Horrhæorum: dux Lotam, dux So-

bal, dux Sebeô, dux Ana, dux Dison, dux Eser, dux Disan. isti duces Horrhæorum qui imperauerunt in terra Scir.

Ex epistola Pauli ad Corinthios. j. cap. i.

Lectio secunda.

PAulus vocat⁹ apostolus Iesu Christi, per voluntatem dei, & Sosthenes frater ecclesie dei quæ est Corinthi, sanctificatis in Christo Iesu: vocatis sanctis: cum omnibus qui inuocant nomē domini nostri Iesu Christi in omni loco ipsorum, & nostro, gratia vobis, & pax, à deo patre nostro, & domino Iesu Christo. Gratias ago deo meo semper pro vobis, in gratia Dei quæ data est vobis in Christo Iesu, quod in omnibus diuites facti estis, in illo: in omni verbo, & in omni scientia: sicut testimonium Christi confirmatum est in vobis. ita vt nihil vobis desit in vlla gratia, expectantibus reuelationē domini nostri Iesu Christi, qui & confirmabit vos vsq; in finem sine crimine in die ad

uentus domini nostri Iesu Christi, Fidelis deus: per quem vocati estis in societate filij eius Iesu Christi domini nostri. Obsecro autem vos fratres, per nomen Domini nostri Iesu Christi: vt id ipsum dicatis omnes, & nō sint in vobis schismata: sitis autem perfecti in eodem sensu, & in eadem sententia significatum est enim mihi de vobis, fratres mei, ab iis qui sunt Chloes: quia contentiones sunt inter vos. Hoc autē dico, quod vnusquisque vestrū dicit, Ego quidem sum Pauli, ego autē Apollo, ego verō Cephæ: ego autem Christi. Diuisus est Christus? Nunquid Paulus crucifixus est pro vobis? aut in nomine Pauli baptizati estis? Gratias ago, deo meo, quod neminem vestrū baptizauī, nisi Crispū, & Caium: ne quis dicat, quod in nomine meo baptizati estis. Baptizauī autem & Stephanū domū. Cæterum, nescio si quem alium vestrum baptizauerim. Non enim misit me Christus baptizare, sed e-

uangelizare non in sapientia verbi, vt nō euacuetur crux Christi. Verbū enim crucis, pereuntibus quidē stultitia est: iis autem qui salui fiunt, id est nobis, dei virtus est. Scriptum est enim. Perdam sapientiam sapientium: & prudentiam prudētū reprobabo. Vbi sapiens? vbi scriba? vbi inquisitor huius seculi? Nōne stultam fecit deus sapientiam huius mundi? Nam quia in Dei sapientia non cognouit mundus per sapientiam Deum: placuit deo per stultitiam prædicationis, saluos facere credentes. Quoniam & Iudæi signa petunt, & Græci sapientiam quærunt: nos autem prædicamus Christū crucifixum, Iudæis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam, ipsis autem vocatis Iudæis, atque Græcis Christum dei virtutem, & dei sapientiam, quia quod stultum est dei, sapiētius est hominib⁹: & quod infirmum est dei, fortius est hominibus.

*Secūdum Ioannē, cap. 16.
Lectio tertia.*

In illo tēpore: Dixit Ie-
sus discipulis suis. Va-
do ad eū qui misit me:
& nemo ex vobis interro-
gat me, quo vadis? Et reli.

Homilia sancti Augu. epi.

Cum Dominus Iesus
prædixisset discipu-
lis suis persecutio-
nes quas passuri erant post
eius abscessum, subiunxit
atque ait. Hæc autem vo-
bis ab initio nõ dixi: quia
vobiscum eram: nunc au-
tem vado ad eum qui mi-
sit me. Vnde primum vidē-
dum est, vtrum eis futuras
non prædixerit antea pas-
siones. Sed alij tres euangeli-
stæ satis eum prædixif-
se ista demonstrant, ante-
quam ventū esset ad cœnā.
Qua peracta secundū Io-
annem ista locutus est: vbi
ait. Hæc autē vobis ab ini-
tio non dixi: quia vobiscū
erā. An fortē hinc ista sol-
uitur quæstio: quia & illi
eum narrant passioni pro-
ximum fuisse, cum hæc di-
ceret. Non ergo ab initio,
quādo cum illis erat: quia
iam discessurus: iamque ad
patrem perrecturus hæc
dixit. Et ideo etiam secun-

dum alios euangelistas ve-
rum est quod hic dictum
est. Hæc autē vobis ab ini-
tio non dixi. Sed quid agi-
mus de fide euāgelij secun-
dum Matthæum: qui hæc
eis à Domino, non solum
cum iam esset in pascha
cum discipulis cœnaturus
imminente passione: verū-
etiam ab initio denuntia-
ta esse commemorat: vbi
primum nominatim duo-
decim apostoli exprimun-
tur. & ad opera diuina mis-
tuntur. Quid sibi ergo
vult, quā hic ait? Hæc autē
vobis ab initio non dixi:
quia vobiscum eram. nisi
ea quæ Iesus hic dicit de
spiritu sancto, quod sit vē-
turus ad eos: & testimoniū
perhibiturus quando ma-
la illa passuri sunt. hoc e-
nim ab initio non dixit:
quia cum eis erat. Conso-
lator ergo ille vel aduoca-
tus (vtrumque enim inter-
pretatur: quod est Græcè
paracletus) Christo ascen-
dēte fuerat necessarius. Et
ideo de illo non dixerat in
initio quando cum illis e-
rat: quia eius presentia cō-
solabantur.

Oratio.

Deus, qui fidelium mētes vnus efficit volūtatis: da populis tuis: id amare, qđ precipis: id desiderare, quod pmittis: vt inter mundanas varietates ibi nostra fixa sint corda vbi vera sūt gaudia. Per dominū nostrum.

¶ *Feria ij. ex Gcñ. cap. 36.*

Lectio prima.

Reges autem qui regnauerunt in terra Edom, antequā haberent regē filij Israel, fuerunt hi, Bela filius Beor, nomenque vr̄bis eius Denaba. Mortuus est autē Bela, & regnauit pro eo Iobab filius Zarā de Bosra. Cumque mortuus esset Iobab regnauit, pro eo Husam de terra Themanorū. Hoc quoque mortuo, regnauit pro eo Adab filius Badad, qui percussit Madian in regione Moab, & nomen vr̄bis eius Authi. Cumque mortuus esset Adad, regnauit pro eo Sēla de Marreca. Hoc quoque mortuo regnauit pro eo Saul de fluuio Rohoboth. Cumq; & hic obiisset, successit in regnum Balanā

filius Achobor. Isto quoque mortuo regnauit pro eo Adar, nomenq; vr̄bis eius Phau: & appellabatur vxor eius Meecabel, filia Matred filij Mezaab. Hęc ergo nomina ducum Esau in cognationib⁹ & locis & vocabulis suis, dux Thāna, dux Alua, dux Iethch, dux Oolbama, dux Ela, dux Phinon, dux Cenez, dux Themā, dux Mabsar, dux Magdiel, dux Hiran, hi duces Edom habitantes in terra imperij sui, ipse est Esau pater Idumeorū. Habitat autē Iacob in terra Chanaā, in qua pater suus peregrinat⁹ est. Et hęc sūt generationes eius.

¶ *Ex epistola prima Pauli ad Corinthios cap. 37.*

Lectio secunda.

Videte enim vocatiōnem vestrā fratres, quia non multi sapientes secundum carnem, non multi potentes, non multi nobis: sed quæ stulta sunt mundi elegit deus: vt confundat sapientes: & infirma mūdi elegit deus, vt cōfundat fortia: & ignobilia mundi, & contempti-

bilia elegit deus, & ea quæ
 nõ sunt, vt ea quæ sunt de-
 strueret, vt non gloriatur
 omnis caro in conspectu
 eius. Ex ipso autem vos es-
 tis in Christo Iesu, qui factus
 est nobis sapientia à
 deo & iustitia, & sanctifica-
 tio & redemptio: vt (quæ-
 admodum scriptum est.)
 Quid gloriatur in domi-
 no gloriatur. Et ego cū ve-
 nissẽm ad vos fratres: veni
 non in sublimitate sermo-
 nis aut sapientiæ annun-
 tiãs vobis testimoniũ Chri-
 sti. Non enim iudicauĩ me
 scire aliquid inter vos: nisi
 Iesum Christum, & hũc
 crucifixum. Et ego in infir-
 mitate & timore & tremo-
 re multò fui apud vos: &
 sermo meus & prædicatio
 mea non in persuasibilib⁹
 humanæ sapientiæ verbis,
 sed in ostẽsione spiritus &
 virtutis: vt fides vestra nõ
 sit in sapientia hominum,
 sed in virtute dei. Sapien-
 tiam autem loquimur in-
 ter perfectos: sapientiã ve-
 rò, non huius seculi, neq;
 principũ huius seculi, qui
 destruũtur: sed loquimur
 dei sapiẽtiam in mysterio,
 quæ abscondita est, quam
 præ destinauit deus ante se-
 cula in gloriã nostrã, quã
 nemo principũ huius seculi
 cognouit. si enim cognou-
 uissent: nunquã dominum
 gloriæ crucifixissent. Sed
 sicut scriptũ est. Quod o-
 cul⁹ nõ vidit, nec auris au-
 diuit, nec in cor hominis
 ascenderunt quæ præpara-
 uit deus iis qui diligunt il-
 lum: nobis autẽ reuelauit
 deus per spiritum suum.
 Spiritus enim omnia scrutatur,
 etiam profunda dei.
 Quis enim hominum scit
 quæ sunt hominis: nisi spi-
 ritus hominis, qui in ipso
 est? Ita & quæ dei sunt ne-
 mo cognouit nisi spiritus
 Dei. Nos autem non spiri-
 tum huius mundi accepim⁹,
 sed spiritum qui ex
 deo est: vt sciamus quæ à
 Deo donata sunt nobis: quæ
 & loquimur non in doctis
 humanæ sapientiæ verbis:
 sed in doctrina spirit⁹, spi-
 ritualibus spiritualia com-
 parantes. Animalis autem
 homo nõ præcipit ea quæ
 sunt spiritus Dei. stultitia
 enim est illi, & non potest
 intelligere: quia spirituali-

ter examinatur. Spiritua-
lis autem iudicat omnia:
& ipse à nemine iudicatur.
Sicut scriptum est. Quis
enim cognouit sensum do-
mini? aut quis instruxit
eum? Nos autem sensum
Christi habemus.

¶ **Feria tertia, ex Genesi.**
cap. 3. Lectio prima.

Ioseph cum sedecim es-
set annorum, pascebat
gregem cum fratribus
suis, adhuc puer & erat cum
filiis Balæ, & Zelphæ vxo-
rum patris sui: accusauitq;
fratres suos apud patrem
crimine pessimo. Israel au-
tē diligebat Ioseph super
omnes filios, eo quod in se-
nectute genuisset eum: fe-
citq; ei tunicam polymita.
Videntes autē fratres eius
quod à patre plus cunctis
filiis amaretur, oderat eū,
nec poterant ei quicquid pa-
cificè loqui. Accidit quo-
que, ut visum somnium re-
ferret fratribus suis, quæ
causa maioris odij semina-
rium fuit. Dixitq; Ioseph
fratribus suis. Audite som-
nium meū quod vidi, Pu-
tabam nos ligare manipu-
los in agro: & quasi cōsur-

gere manipulum meū, &
stare vestrosq; manipulos
circunstantes adorare ma-
nipulum meū. Responde-
runt fratres eius, Nūquid
rex noster eris? aut subri-
ciemur ditioni tuæ? Hæc
ergo causa somniorū atq;
sermonum inuidiæ & odij
fomitē ministravit. Aliud
quoq; vidit somniū, quod
narrans fratribus, ait. Vidi
per somnium, quasi solē,
& lunā, & stellas vndecim,
adorare me. Quod cum pa-
tri suo, & fratribus retulis-
set increpauit eum pater
suis, & dixit. Quid sibi
vult hoc somniū quod vi-
disti? nū ego, & mater tua,
& fratres tui, adorabimus
te super terrā? Inuidebant
ei igitur fratres sui: pater
verò rē tacitè cōsiderabat.

¶ **Ex epist. j. Pauli ad Co-**
rinthios. cap. 3. Lect. ij.

Et ego, fratres nō po-
tui vobis loqui, quasi
spiritualib⁹: sed quasi
si carnalibus. Tanquam
paruulis in Christo, lac
vobis potum dedi non ef-
cam: nondum enim pote-
ratis: sed nec nūc quidem
potestis, adhuc enim car-

nales estis. Cùm enim sit inter vos zelus, & contentio, nonne carnales estis, & secundum hominẽ ambulatis? Cũ enim quis dicat, Ego quidem sum Paulus: autẽ, Ego Apollo: nõne homines estis? **Quid** igitur est Apollo? quid verò Paulus? Ministri ei⁹ cui credidistis, & vnicuique sicut Dominus dedit. Ego plantaui, Apollo rigauit: sed deus incrementũ dedit. Itaq; neq; qui plantat est aliquid, neq; qui rigat: sed qui incrementũ dat, De⁹. **Qui** autẽ plantat, & qui rigat, vnũ sunt. Vnusquisq; autem, propriam mercedẽ accipiet secundũ suum laborẽ: dei enim sumus adiutores. Dei agricultura estis: dei ædificatio estis. Secundum gratiam Dei quæ data est mihi, vt sapiens architectus fundamentũ posui: alius autem superædificat. Vnusquisq; autem videat, quomodo superædificet. Fundamentum enim aliud nemo potest ponere, præter id quod positũ est: quod est Christ⁹ Iesus. Si quis autẽ superædificat

super fundamentum hoc, aurum, argentum, lapides pretiosos, ligna, fœnũ, stipulam vniuscuiusq; opus manifestũ erit. Dies enim domini declarabit: quia in igne reuelabitur: & vniuscuiusque opus quale sit, ignis probabit si cuius operamiserit quod superædificauit mercedẽ accipiet. Si cuius opus arserit detrimentum patietur. Ipse autẽ saluus erit: sic tamẽ, quasi per ignem. Nescitis, quia templum Dei estis: & spiritus Dei habitat in vobis? Si quis autem templum Dei violauerit, disperdet illũ deus Templum enim Dei sanctũ est: quod estis vos. Nemo se seducat. Si quis videtur inter vos sapiens esse in hoc seculo: stult⁹ fiat, vt sit sapiens: sapientia enim huius mundi, stultitia est apud Deum. Scriptum est enim, Comprehen dam sapientes in astutia eorum. Et iterum, Domin⁹ nouit cogitationes sapientium, quoniã vanæ sunt. Nemo itaq; gloriatur in hominibus. Oĩa enim vestra sunt: siue Paulus, siue Apollo, siue

sue Cephas, siue mundus, siue vita, siue mors, siue p̄sentia, siue futura. omnia enim vestra sunt: vos autē Christi, Christ⁹ autē Dei.

¶ *Feria quarta, ex Genesi.*

Lectio prima.

Cumque fratres illius in pascēdis gregibus patris morarētur in Sichem, dixit ad eū Israel, Fratres tui pascūt oues in Sichimis: veni, mittam te ad eos. Quo respondente, Presto sum: ait, Vade, & vide si eūcta prospera sint erga fratres tuos, & pecora, & renuntia mihi quid agatur. Missus de valle Hebron venit in Sichem, inuenitque eum vir errātem in agro, & interrogauit qd̄ quæreret. At ille respōdit, Fratres meos quæro, indica mihi vbi pascāt greges. Dixitq; ei vir. Recesserūt de loco isto, audiui autem eos dicentes, Eamus in Dothain. Perrexit itaque Ioseph post fratres suos, & inuenit eos ī Dothain, Qui cum vidissent eū procul, antequā accederet ad eos, cogitauerunt illum occidere. Et mutuo loquebatur,

B.

N.

Ecce somniator venit, venite occidamus eū, & mittamus in cisternam veterē: dicem⁹que, Fera pessima deuorauit eum, & tunc apparebit quid illi profint omnia sua. Audiens autem hoc Ruben, nitēbatur liberare eum de manibus eorum, & dicebat, Nō interficiamus animam eius, nec effundamus sanguinē: sed proiците eum in cisternam hanc, quæ est in solitudine, manusq; vestras seruate innoxias: hoc autem dicebat, volens eripere eum de manibus eorum, & redere patri suo. Confestim igitur vt peruenit ad fratres suos, nudauerūt eum tunica talari, & polymita: miserūtque eum in cisternam veterem quæ non habebat aquam.

¶ *Ex epistola prima Pauli ad Corinthios. Cap. 4.*

Lectio secunda.

Sic nos existimet homo, vt ministros Christi, & dispēatores mysteriorū dei. Hic iam queritur inter dispēatores vt fidelis quis inueniatur. Mihi autem pro minimo est

Q

ut à vobis iudicer, aut ab humano dio: sed neq; me ipsum iudico. Nihil enim mihi conscius sum: sed nō in hoc iustificatus sum.

Qui autem iudicat me, dominus est. Itaque nolite ante tēpus iudicare: quoad usque veniat dominus, qui & illuminabit abscondita tenebrarū, & manifestabit cōsilia cordium: & tūc laus erit unicuique à deo. Hęc autem, fratres, transfiguravi in me & Apollo, propter vos: ut in vobis discatis, ne supra quam scriptū est, vnus aduersus alterum infletur pro alio. **Q**uis enim te discernit? **Q**uid autem habes, quod non accepisti? Si autem accepisti: quid gloriaris quasi nō accepisti? Iam saturati estis, iam diuites facti estis: sine nobis regnatis, & vniū regnetis: ut & nos vobiscum regnemus. Puto em̄ quōd deus nos apostolos nouissimos ostendit, tanquam morti destinatos, quia spectaculū facti sumus mundo, & angelis, & hominibus. Nos stulti ppter Christum: vos autem pruden-

tes in Christo: nos infirmi: vos autem fortes, vos nobiles: nos autē ignobiles. Usque in hanc horam & esurimus, & sitimus, & nudi sumus, & colaphis cedimur, & instabiles sumus, & laboramus operantes manibus nostris, maledicimur, & benedicimus persecutionem patimur: & sustinemus, blasphemamur & obsecramus, tanquam purgamenta huius mundi facti sumus, omnium peripsema vsque adhuc. Non ut confundam vos, hęc scribo: sed ut filios meos charissimos moneo. Nā si decem millia pēdagogorū habeatis in Christo: sed non multos patres. Nā in Christo Iesu, per euangelium ego vos genui.

Feria quinta ex Genesi.

Lectio prima.

ET sedentes ut comederent panem, viderunt Ismahelitas viatores venire de Galaad, & camelos eorum portantes aromata, & resinam, & statē in Aegyptum. Dixit ergo Iudas fratribus suis, **Q**uid vobis prodest, si oc-

eiderimus fratrem nostrum, & celauerimus sanguinem ipsius? Melius est ut vendatur Ismahelitis, & manus nostræ non polluatur: frater enim, & caro nostra est. Acquieuerunt fratres sermonibus illius. Et prætereuntibus Madianitis negotiatoribus, extrahentes eum de cisterna, vendiderunt eum Ismahelitis, viginti are gentis: qui duxerunt eum in Aegyptum. Reuersusque Ruben ad cisternam, non inuenit puerum: & scissis vestibus pergens ad fratres suos, ait: puer non comparet: & ego quo ibo? Tulerunt autem tunicam eius, & in sanguinem hœdi, quæ occiderat, tinxerunt: mittentes qui ferrent ad patrem, & dicerent, Hanc inuenimus: vide utrum tunica filij tui sit, an non. Quæ cum cognouisset pater, ait. Tunica filij mei est, fera pessima comedit eum, bestia deuorauit Ioseph. Scissisque vestibus, indutus est cilicio, lugens filium suum multo tempore. Congregatis autem cunctis liberis eius, ut lenirent dolorem

patris noluit consolationem accipere: sed ait, Descendat ad filium meum lugens in infernum. Et illo persequentes in fletu, Madianitæ vendiderunt Ioseph in Aegypto Phutiphari eunuchio Pbaraonis magistro militum.

Ex epistola prima Pauli ad Corinthios. Lectio. ii.

ROgo ergo vos, imitatores mei estote, sicut & ego Christi. Ideo misi ad vos Timotheum, qui est filius meus, & charissimus, & fidelis in domino: qui vos commonefaciet vias meas, quæ sunt in Christo Iesu, sicut ubiq; in omni ecclesia doceo. Tanquam non venturus sim ad vos, sic inflati sunt quidam. Veniam autem ad vos citò, si dominus voluerit: & cognoscam, non sermonem eorum, qui inflati sunt, sed virtutem. Non enim in sermone est regnum dei: sed in virtute. Quid vultis? In virga veniam ad vos: an in charitate, & spiritu mansuetudinis? Omne auditur inter vos fornicatio: & talis fornicatio, qualis

nec inter gētes: ita vt vxorē patris sui aliquis habeat. Et vos inflati estis: & non magis luctū habuistis vt tollatur de medio vestrum, qui hoc opus fecit. Ego quidem absens corpore, præsens autē spiritu, iā iudicauī vt præsens, eum qui sic operatus est, in nomine domini nostri Iesu Christi: cōgregatis vobis, & meo spiritu, cum virtute domini nostri Iesu, tradere huiusmodi hominem satanę in interitū carnis, vt spiritus saluus sit in die dñi nostri Iesu Christi. Nō est bona gloriatio vestra. Nescitis quia modicum fermentum, totam massam corrumpit? Expurgate vetus fermentum, vt sitis noua conspersio, sicut estis azimi. Etenim, pascha nostrū immolatus est Christus. Itaq; epulemur. non in fermento veteri, neque in fermento malitię, & nequitię, sed in azymis sinceritatis, & veritatis. Scripsi vobis in epistola, Ne commisceamini fornicariis, non vtique fornicariis huius mundi, aut auaris, aut rapacibus,

aut idolis seruientibus, alioquin debueratis de hoc mundo exiisse. Nūc autem scripsi vobis, nō commisceari. si is qui frater nominatur inter vos, est fornicator, aut auarus, aut idolis seruiens, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax: cum eiusmodi nec cibum sumere. **Q**uid enim mihi de iis quę foris sunt iudicare? Nōne de iis qui intus sunt vos iudicatis? nam eos qui foris sunt, deus iudicabit. Auferre malum ex vobis ipsi.

¶ Fer. vi. ex Genesi. ca. 38.

Lectio prima.

Eodem tēpore, descendens Iudas à fratribus suis, diuertit ad virū odollamitem, nomine Hiram, Viditque ibi filiā hominis Chananei, vocabulo Sua: & accepta vxore ingressus est ad eā. **Q**uę concepit & peperit filium, & vocauit nomen eius Her. Rursumque concepto fetu, natum filium vocauit Onam. Tertium quoque peperit: quem appellauit Sela, quo nato, parere ultra cessauit. Dedit autē Iudas vxorem primogenito

suo Her, nomine Thamar.
 Fuit quoque Her primo-
 genitus Iudæ, neque in cō-
 spectu domini: & ab eo oc-
 cisus est. Dixit ergo Iudas
 ad Onam filium suum, In-
 gredere ad uxorem fratris
 tui, & sociare illi: ut susci-
 tes semen fratri tuo. Ille
 sciens non sibi nasci filios,
 introiēs ad uxorem fratris
 sui, semen fundebat in ter-
 ram ne liberi fratris nomi-
 ne nascerentur. Et idcirco
 percussit eū dominus, eo
 quod rem detestabilem fa-
 ceret. Quam ob rem dixit
 Iudas Thamar nurui suæ.
 Esto vidua in domo patris
 tui, donec crescat Sela fili-
 meus. Timebat enim, ne &
 ipse moreretur, sicut fra-
 tres eius. Quæ abiit, & ha-
 bitavit in domo patris sui.
 Evolutis autē multis die-
 bus mortua est Saa, uxor
 Iudæ qui post luctum con-
 solatione suscepta, ascen-
 debat ad tonsorem ouium
 suarum, ipse & Hiras opi-
 lio gregis O dollamites in
 Thannas.

¶ Ex epistola prima Pauli
 ad Corinthios, Cap. 3.
 Lectio secunda.

A Vdet aliquis vēstrū
 habens negotiū ad-
 uersus alterum, iu-
 dicari apud iniquos, & nō
 apud sanctos? An nescitis,
 quoniā sancti de hoc mun-
 do iudicabunt? Et si in vo-
 bis iudicabitur mūdus, in-
 digni estis, qui de minimis
 iudicetis? Nescitis quoniā
 angelos iudicabimus? quā-
 tō magis secularia? Secula-
 ria igitur iudicia si habue-
 ritis: contemptibiles quī
 sunt in ecclesia illos cōsti-
 tuite ad iudicandam. Ad
 verecūdiam vēstram dico.
 Sic nō est inter vos sapiēs
 quisquam, qui possit iudi-
 care inter fratrem suū? Sed
 frater cum fratre, iudicio
 contendit: & hoc apud in-
 fideles? Iam quidem omni-
 nō delictum est in vobis,
 quōd iudicia habetis inter
 vos. Quare non magis in-
 iuriam accipitis? quare nō
 magis fraudem patimini?
 Sed vos iniuriam facitis, &
 fraudatis: & hoc fratribus.
 An nescitis quia iniqui re-
 gnum Dei nō possidebūt?
 Nolite errare. Neque for-
 nicarij, neque idolis serviē-
 tes, neque adulteri, neque

Sabbato.

molles, neque masculorū
cōcubitores, neque fures,
neq; auari, neque ebriosi,
neque maledici, neq; rapa-
ces regnū Dei possidebūt.
Et hæc quidem fuistis: sed
abluti estis, sed sanctificati
estis, sed iustificati estis, in
nomine Dñi nostri Iesu
Christi, & in spiritu dei no-
stri. Omnia mihi licēt: sed
nō omnia expediunt. Oīa
mihi licēt: sed ego sub nul-
li^o redigar potestate. Esca
vētri, & venter escis, Deus
aut, & hūc, & has destruet.
corpus autē non fornicati-
oni, sed domino & domi-
nus corpori. Deus verō, &
dominū suscitauit: & nos
suscitabit, per virtutē suā.
Nescitis quoniam corpora:
vestra, mēbra sunt Chri-
sti? Tollens ergo membra
Christi, faciam mēbra me-
retrici? Absit. An nescitis
quoniam qui adhæret me-
retrici, vnum corpus effi-
citur. Erunt enim (inquit)
duo in carne vna. Qui au-
tem adhæret domino: vn^o
spiritus est. Fugite fornicati-
onem. Omne enim pec-
catum quodcunque fece-
rit homo, extra corpus est,

qui autē fornicatur: in cor-
pus suum peccat. An nesci-
tis quoniam membra ve-
stra, templum est Spiritus
sancti, qui in vobis est,
quem habetis à deo, & non
estis vestri? Empti enim es-
tis precio magno. Glori-
ficate & portate Deum in
corpore vestro.

¶ Sabbato, ex Genesi. Lectio prima.

NVntiatūq; est Tha-
mar quod socrer il-
lius ascenderet in
Thannas, ad tondendas o-
ues. **Q**uæ depositis vidui-
tatis vestib^o, assumpsit the-
ristrū: & mutato habitu se-
dit in biuio itineris, quod
ducit Thānā: eo quod cre-
uisset Sela, & nō eum acce-
pisset maritū. **Q**uam cūm
vidisset Iudas, suspicatus
est esse meretricē: operue-
rat em̄ vultū suū, ne agno-
scretur. Ingressūq; ad eā
ait, Dimitte me, vt cocam
tecū, nesciebat enim quod
nurus sua esset. **Q**ua respō-
dente, **Q**uid dabis mihi vt
fruaris concubitu meo? di-
xit. Mittā tibi hædum de
gregibus. Rursumque illa
dicente, Patiar quod vis, si

dederis mihi arrabonē, do-
nec mittas quod pollice-
ris: ait Iudas. Quid vis tibi
pro arrabone dari? Respō-
dit. Annulū tuum, & armil-
lam, & baculū quem manu
tenes. Ad vnū igitur coitū
mulier cōcepit, & surgens
abiit, depositoque habitu
quē sumpserat, induta est
viduitatis vestib⁹. Misit au-
tem Iudas hœdū per pasto-
rem suū Odollamitem, vt
reciperet pignus quod de-
derat mulieri: qui cū nō
inuenisset eam, interroga-
uit homines loci illi⁹, Vbi
est mulier, quæ sedebat in
biuio? Respōdentibus cun-
ctis, Non fuit in loco isto
meretrix, reuersus est ad
Iudam: & dixit ei. Non in-
ueni eā, sed & homines lo-
ci: illius dixerunt mihi nū-
quam sedisse ibi scortum.
Ait Iudas, Habeat sibi cer-
tē mēdacij arguere nos nō
poterit: ego misi hœdum
quem promiseram, & tu
non inuenisti eam.

*¶ Ex epistola prima Pauli
ad Corinth. cap. 7. Lect. ij.*

DE quibus autē scri-
psistis mihi, Bonū
est homini mulierē

non tangere: propter for-
nicationem autem, vnus-
quisque suam vxorem ha-
beat, & vna quęq; suū virū
habeat. Vxori vir debitum
reddat: similiter autē, & v-
xor viro. Mulier, sui cor-
poris potestatē nō habet:
sed vir. Similiter autem &
vir, sui corporis potestatē
nō habet: sed mulier. Noli-
te fraudare inuicē: nisi for-
tē ex cōsensu ad tēpus: vt
vacetis orationi: & iterum
reuertimini in idipsum: ne
tentet vos satanas, propter
incōtinentiā vestram. Hoc
autem dico secundū indul-
gentiam, non secundū im-
perium. Volo autem omnes
vos esse, sicut me ipsum:
sed vnusquisque propriū
donū habet ex Deo: alius
quidem sic, alius verō sic.
Dico autē nō nuptis & vi-
duis: bonum est illis, si sic
permanerint, sicut & ego.
Quōd si non se continent
nubāt, melius est enim nu-
bere, quā vri. His autem qui
matrimonio iuncti sunt,
præcipio, non ego, sed do-
minus, vxorem à viro non
discedere, quōd si discesse-
rit: manere innuptam,

Dominica. v. post Pascha.

aut viro suo reconciliari. Et vir uxore non dimittat. Nam ceteris ego dico, non dominus. Si quis frater uxorem habet infidelē, & hæc consentit habitare cum illo: non dimittat illam. Et si qua mulier habet virum infidelē, & hic consentit habitare cum illa: non dimittat virum. sanctificatus est enim vir infidelis, per mulierem fidelem: & sanctificata est mulier infidelis, per virum fidelem: alioquin filij vestri immundi essent: nunc autem sancti sunt. Quod si infidelis discedit: discedat. non enim seruituti subiectus est frater aut soror in huiusmodi: in pace autem vocauit nos deus. Unde enim scis mulier, si virum saluum facies? aut unde scis vir, si mulierem saluam facies? nisi unicuique sicut diuinitus dominus, unum quæque sicut vocauit deus ita ambulet, & sicut in omnibus ecclesiis doceo. Circūcisus aliquis vocatus est? non adducat præputium. In præputio aliquis vocatus est, non circūcidatur. Circūcisio nihil est, & præputium

nihil est: sed observatio mandatorum Dei. Vnusquisque in qua vocatione vocatus est in ea permaneat. Seruus vocatus est? non sit tibi curæ, sed & si potes fieri liber, magis utere. **Qui** enim in domino vocatus est seruus: libertus est domini. Similiter qui liber vocatus est: seruus est Christi. Pretio empti estis: nolite fieri serui hominum. Vnusquisque ergo in quo vocatus est, fratres: in hoc maneat apud Deum.

**Dnica. v. post Pascha, ex
Generi. Lectio prima.**

Ecce autem post tres menses nuntiauerunt Iudæ dicentes, Fornicata est Thamar nuru tua, & videtur uterus illius intumescere. Dixitque Iudas, Producite eam, ut coburatur. Quæ cum duceretur ad poenam, misit ad socerum suum, dicens. De viro cuius hæc sunt, concepisti: cognosce, cuius sit annulus, & armissa, & baculus. **Qui** agnitus muneribus, ait. Iustior me est quia non tradidi eam Sela filio meo. Attamen vltra non cognouit eam. In-

stante autem partu apparuerunt gemini in utero: atque in ipsa effusione, infatium vnus protulit manū, in qua obstetrix ligauit coccinum, dicens. Ille egredietur prior. Illo verò retrahente manū egressus est alter: dixitque mulier. Quare dicitur uisa est propter te maceria? & ob hanc causam uocauit nomen eius Phares. Postea egressus est frater eius, in cuius manu erat coccinum: quē appellauit Zaran. Igitur Ioseph ductus est in Aegyptum, emitque eū Phutiphar, eunuchus Pharaonis, princeps exercitus sui, vir Aegyptius, de manu Ismahelitarū, à quibus perductus erat. Fuitque dominus cum eo, & erat vir in cunctis prospere agens: habitauitque in domo domini sui, qui optimè nouerat dominum esse cum eo, & omnia quæ gererat, & eo dirigi in manu illius. Inuenitque Ioseph gratiam corā domino suo, & ministrabat ei: à quo propositus omnibus, gubernabat creditam sibi domum, vniuersa quæ ei tradita fue-

rant: benedixitque dominus domui Aegyptij, propter Ioseph, & multiplicauit tam in arboribus quàm in agris cunctam eius substantiam. Nec quicquam aliud nouerat, nisi panem quo uescebatur.

¶ Ex epistola prima Pauli ad Corinthios. Lectio. ij.

DE uirginibus autem præceptum domini non habeo: consiliū autem do, tanquam miserī cordiā cōsecutus à domino, ut sim fidelis. Existimo enim hoc bonum esse propter instātem necessitatē: quoniā, bonū est hominī sic esse. Alligatus es uxori? noli querere solutionem. Solutus es ab uxore? noli querere uxorē. Si autem acceperis uxorem, nō peccasti. Et si nupserit uirgo, non peccauit: tribulationē tamen carnis habebunt huiusmodi. Ego autem uobis parco. Hoc itaq; dico fratres, tempus breue est: reliquum est, ut & qui habent uxores, tanquam non habentes sint, & qui flent: tanquam non flentes. & qui gaudent, tanquam nō gaudentes.

Dominica. v. post Pascha.

& qui emunt: tāquam non possidentes, & qui vřtutur hoc mřdo tanquā nō vtātur. pręterit em̄ figura huius mundi. Volo autē vos sine sollicitudine esse. Qui sine vxore est: sollicitus est quę dñi sunt, quomodo placeat deo. Qui autē cū vxore est, sollicitus est quę sunt mundi, quomodo placeat vxori: & diuisus est. Et mulier innupta & virgo, cogitat quę domini sunt: vt sit sancta, & corpore, & spiritu. Quę autem nupta est, cogitat quę sunt mřdi quomodo placeat viro.

Porro hoc ad vtilitatē vestram dico: non vt laqueū vobis iniiciam: sed ad id quod honestū est, & quod facultatē prębeat sine impedimento dominū obsecrandi. Si quis autem turpem se videri existimat super virgine sua, quodd sit superperadulta, & ita oportet fieri: quod vult faciat nō peccat, si nubat. Nam qui statuit in corde suo firmus, non habens necessitatem, potestatem autem habens suę voluntatis, & hoc iudicauit in corde suo, seruare

virginem suam: bene facit. Igitur, & qui matrimonio iungit virginē suā: bene facit: & qui nō iungit, melius facit. Mulier alligata est legi, quāto tempore vir eius viuít, quodd si dormierit vir eius, liberata est. cui autem vult nubat: tantum in Domino. Beatior autem erit, si sic permanserit, secundum meum consilium. Puto autem, quodd & ego spiritum Dei habeam.

Secundū Ioānem. cap. 1 & Lectio tertia.

In illo tpe: Dixit Iesús discipulis suis. Amen amen dico vobis, si quid petieritis patrē, in nomine meo, dabit vobis. Et reli.

Homilia sancti Aug. cępi.

Domini verba mřte dista tractanda sunt. Amē amē dico vobis: si quid petieritis patrē in nomine meo, dabit vobis. Iā dictū est in superioribus huius Dñici sermonis partibus, propter eos qui nōnulla petiit à patre in Christi nomine nec accipiūt. Non petitur in nomine saluatoris, quicquid petitur cōtra rationē salu-

eis. Nō enim sonū literarū ac syllabarū, sed quod sonus ipse significat: & quod eo sono, rectè, & veraciter intelligitur, hoc accipiendus est dicere: cū dicit, in nomine meo. Vnde q. hoc sentit de Christo, quod nō est de vnico Dei filio sentiendum: non petit in eius nomine: etiam si nō taceat literis ac syllabis Christū: quomodo in nomine eius petit: quem nō cogitat cū petit? Quid verò quod est de illo sentiendum sentit, ipse in nomine eius petit, & accepit quod petit, si nō contra salutem suam sempiternā petit. Accipit autē qñ debet accipere. Quedā autem nō negantur: sed vt congruo dentur tempore, differuntur. Ita sanè intelligendū est, quod ait: Dabit vobis, vt ea beneficia significata sciatur his verbis: quæ ad eos qui petūt propriè pertinent.

Oratio.

Deus, à quo cuncta bona procedūt, largire supplicib⁹ tuis: vt cognitemus te inspirante, quæ recta sunt: & te gubernante eadem faciamus,

Per dominum nostrum.

¶ *Feria secunda, ex Genesi.*
Lectio prima.

ERat autē Ioseph pulchra facie, & decorus aspectu. Post multos itaque dies, iniecit domina sua oculos suos in Ioseph, & ait. Dormi mecum. Qui nequaquā acquiescēs operi nephario, dixit ad eam. Ecce dominus meus, omnibus mihi traditis, ignorat quid habeat in domo sua: nec quicquā est, quod nō in mea sit potestate, vel non tradiderit mihi, præter te, quæ vxor ei⁹ es: quomodo ergo possū hoc malum facere, & peccare in deū? Huiuscemodi verbis, per singulos dies loquebatur, & mulier molesta erat adolescētī, & ille recusabat stuprū. Accidit autē quadam die, vt intraret Ioseph domū, & operis quippiā, absque arbitris faceret: & illa, apprehēsa lacinia vestimētī ei⁹ diceret dormi mecum. Qui relicto ī manu ei⁹ pallo, fugit: & egressus est foras. Cumq; vidisset mulier vestē in manib⁹ suis, & se esse contemptā, vocauit

ad se homines domus sue,
& ait ad eos. Et introduxit
virum Hebræū, vt illude-
ret nobis: ingressus est ad
me, vt coiret mecū: eū-
que ego succlamassem, &
audisset vocem meam, reli-
quit palliū quod tenebat,
& fugit foras. In argumen-
tum ergo fidei retentū pal-
liū ostendis marito reuer-
tenti domum suam, & ait.
Ingressus est ad me seruus
Hebræus, quem adduxisti,
vt illuderet mihi: eūque
audisset me clamare, reli-
quit palliū quod tenebat,
& fugit foras. His auditis
dominus, & nimium credu-
lus verbis conjugis, iratus
est valde, tradiditque Ioseph
in carcerem, vbi vin-
cti regis custodiabatur, &
erat ibi clausus. Fuit autem
dominus cū Ioseph, & mi-
sertus est illius: & dedit ei
gratiam, in cōspectu prin-
cipis carceris. Qui tradidit
in manu illius vniuersos
vinctos, qui in custodia te-
nebantur: & quicquid fie-
bat, sub ipso erat. Nec no-
uerat aliquid de cunctis ei
creditis: dominus enim e-
rat cum illo, & omnia ope-

ra eius dirigebat.

¶ *Ex epistola Pauli ad Co-
rinthios. Cap. 8. Lectio. ij.*

DE iis autē quæ ido-
lis immolantur, sci-
mus q̄ omnes scien-
tiam habemus. Sciētia in-
fiat: charitas verò ædificat.
Si quis autem se existimat
scire aliquid, nondum co-
gnouit quemadmodum o-
porteat eum scire. Si quis
autem diligit deum: hic co-
gnitus est ab eo. De esca
autem quæ idolis immolā-
tur, scimus, quia nihil est
idolum in mūdo, & quod
nullus est deus, nisi vnus.
Nam etsi sunt qui dicātur
dij, siue in cęlo, siue in ter-
ra (si quidem sunt dij) mul-
ti, & domini multi) nobis
tamē vnus Deus pater, ex
quo omnia, & nos in illū,
vt vnus dñs Iesus Christ⁹,
per quē omnia, & nos per
ipsum, sed nō in omnibus
est sciētia. Quidam autem
cū conscientia vsque nunc
idoli, quasi idolothytum
manducant: & conscientia
ipforū cū sit infirma, pol-
luitur. Esca autem nos nō
cōmendat deo. Neq; enim
si manducauerimus, abun-

dabimus: neque si nō manducauerimus, deficiemus. Videte autē, ne fortē hęc licentia vestra offendiculū fiat infirmis. Si enim quis viderit eum qui habet sciētiam, in idolio recubentem: nonne consciētia eius cū sit infirma ædificabitur ad manducandum idolithya? Et peribit infirm⁹ in tua cōsciētia frater, propter quem Christus mortuus est? Sic autem peccantes in fratres & percutientes cōscientiam eorū infirmam, in Christū peccatis. Quapropter si esca scandalizat fratrem meū: nō manducabo carnem in æternū ne fratrem meū scandalizem.

¶ *1. cor. iij. ex Gene. cap. 40.*

Lectio prima.

His itaque gestis, accidit, ut peccaret duo eunuchi, pincerna regis Aegypti, & pistor, domino suo. Iratusque contra eos Pharaon (nam alter pincernis præerat, alter pistoribus) misit eos in carcerem principis militum, in quo erat vincit⁹ & Ioseph. At custos carceris tradidit eos Ioseph, qui & ministra-

bat eis aliquātulum temporis fluxerat, & illi in custodia tenebantur. Videruntque ambo somnium nocte una iuxta interpretationē cōgruam sibi. Ad quos cū introisset Ioseph mane, & vidisset eos tristes, sciscitatus est eos, dicens, Cur tristior est hodie solito, facies vestra? Qui responderunt, Somnium vidimus, & non est qui interpretetur nobis. Dixitque ad eos Ioseph, Nunquid nō Dei est interpretatio? referte mihi quid videritis. Narrauit prior, præpositus pincernarum somniū suum. Videbam coram me vitē, in qua erant tres propagines, crescere paulatim in gēmas, & post flores vuas maturefcere, calicemque Pharaonis in manu meam. tuli ergo vuas, & expressi in calicem quem tenebam, & tradidi poculū Pharaoni. Respondit Ioseph, Hęc est interpretatio somnij. Tres propagines, tres adhuc dies sunt post quos rocordabitur Pharaon ministerij tui, & restituet te in gradum pristinum: dabit-

que ei calicē iuxta officiū tuū, sicut ante facere con-
sueueras. Tantū memento
mei, cū tibi bene fuerit : &
facies mecū misericordiā :
vt suggeras Pharaoni, vt
educat me de isto carcere :
quia furtim sublat⁹ sum de
terra Hebræorū : & hic in-
nocēs in lacū missus sum.

**Ex epistola prima Pauli
ad Corinth. cap. 9. Lect. ij.**

Non sum liber? non
sum apostolus? nō-
ne Christum Iesum
Dominum nostrum vidi?
Nōne opus meū vos estis
in dño? Etsi aliis non sum
apostolus: sed tamen vobis
sum: nā signaculū aposto-
latus mei vos estis in dño.
Mea defensio apud eos q
me interrogabāt, hæc est,
Nunquid nō habemus po-
testatem māducandi, & bi-
bendi? Nunquid nō habe-
mus potestatem mulierem
sororē circumducēdi, sicut
& ceteri apostoli, & fra-
tres Domini, & Cephas?
Aut ego solus, & Barna-
bas, non habemus potesta-
tem hoc operandi? **Quis**
militat suis stipendiis vu-
quam? **Quis** plātat vineā:

& de fructu eius non edit?
Quis pascit gregē, & de la-
cte gregis non manducat?
Nūquid secundū hominē
hęc dico? An & lex hęc nō
dicit? Scriptum est enim in
lege Mosi, Nō alligabis os
boui trituranti: Nunquid
de bobus cura est deo? An
propter nos vtiq; hoc di-
cit? Nam propter nos scri-
pta sunt: quoniā debet in
spe qui arat, arare: & q tri-
turat, in spe fructus percipi-
endi. Si nos vobis spiri-
tualia seminauimus: ma-
gnū est si nos carnalia ve-
stra metamus? Si alij pote-
statis vestrę pticipes sunt:
quare non potius nos? Sed
non vsi sumus hac potesta-
te: sed omnia sustinemus,
ne quod offendiculū dem⁹
euāgelio Christi. Nescitis
quoniā qui i sacrario ope-
rātur quæ de sacrario sunt
edunt? & qui altario deser-
uiunt: cum altario partici-
pant? ita & dominus ordi-
navit, iis qui euāgelium
annūntiant: de euāgelio vi-
uere. Ego autē nullo ho-
rum vsus sum. Non autem
scripsi hæc, vt ita fiat i me.
Bonum est enim mihi ma-

gis mori, quam ut gloriam
meam quis euacuet. Nam
& si euangelizauero: non
est mihi gloria, necessitas
enim mihi incumbit. vñ e-
nim mihi est: si non euan-
gelizauero. Si enim volēs
hoc ago: mercedē habeo: si
autem inuitus, dispensatio
mihi credita est. *Quæ* est
ergo merces mea? Ut euan-
geliū prædicans, sine sum-
ptu ponam euangelium,
ut nō abutar potestate mea
in euangelio. Nam cūm li-
ber essem ex omnibus, om-
nium me seruū feci: ut plu-
res lucrificerem.

Feria quarta ex Genesi.
Lectio prima.

Videns pistorum ma-
gister, quod pruden-
ter somnium dissol-
uisset, ait. Et ego vidi som-
nium. *Quod* tria cani-
stra farinæ haberem super
caput meum: & in vno ca-
nistro quod erat excelsius
portare me putabam om-
nes cibos, qui sunt arte pi-
storia, auēsque comedere
ex eo. Respondit Ioseph.
Hæc est interpretatio som-
nij, *Tria* canistra, tres ad-
huc dies sunt: post quos

auferet Pharaon caput tuū,
ac suspendet te in cruce, &
lacerabūt volucres carnes
tuas. Exinde dies tertius
natalitius Pharaonis erat:
qui faciens grande conui-
uium pueris suis, recorda-
tus est inter epulas magi-
stri pincernarum, & pisto-
rum principis. Restituit-
que alterum in locum suū
ut porrigeret ei poculum:
alterum suspendit in pati-
bulo, ut cōiectoris veritas
probaretur. Et tamen suc-
cedentibus prosperis, præ-
positus pincernarum obli-
tus est interpretis sui.

Ex epistola prima Pauli
ad Corinthios. Lectio. ij.

ET factus sum Iudæis
tanquam Iudæus: ut
Iudæos lucrarer, iis
qui sub lege sunt: quasi sub
lege essem (cū ipse non
essem sub lege) ut eos qui
sub lege erāt, lucrificerē.
iis qui sine lege erant, tan-
quam sine lege essem (cū
sine lege Dei nō essem: sed
in lege essem Christi) ut
lucrificerem eos qui sine
lege erant. Factus sum in-
firmis infirmus: ut infir-
mos lucrificerē. Omnibus

omnia factus sum : vt omnes facerem saluos . Omnia autem facio propter euangelium : vt particeps eius efficiar . Nescitis quodd ij q in stadio currunt , omnes quidem currunt : sed vnus accipit brauiū ? Sic currite , vt comprehendatis . Omnis autem qui in agone contendit : ab omnib⁹ se abstinēt . & illi quidem , vt corruptibilem coronam accipiant , nos autem incorruptam . Ego igitur sic curro , non quasi in incertum sic pugno , non quasi aerem verberans : sed castigo corpus meum , & in seruitutem redigo , ne cū aliis prædica uerim , ipse reptobus efficiar . Nolo enim vos ignorare fratres : quoniam patres nostri omnes sub nube fuerunt , & omnes in Mose baptizati sunt in nube , & in mari . & omnes eadem escam spiritualem manducauerunt . & omnes eūdem potum spiritualem biberunt (bibebant autem de spiritali , cōsequente eos petra : petra autē erat Christus) sed non in pluribus

eorum , beneplacitum est Deo , nā prostrati sunt in deserto . Hæc autem in figura facta sunt nostri , vt non simus concupiscentes malorum , sicut & illi concupierunt . neque idololatraz efficiamini , sicut quidam ex ipsis : quæ admodū scriptum est , Sedit populus manducare , & bibere , & surrexerunt ludere . neque fornicemur , sicut quidam ex ipsis fornicati sunt , & ceciderunt vna die viginti tria millia . neque tentemus Christū : sicut quidem eorum tentauerūt , & à serpentibus perierūt , neque murmuraueritis : sicut quidam eorum murmurauerunt , & perierunt ab exterminatore . Hæc autem omnia , in figura contingebant illis , scripta sunt autē ad correptionem nostrā , in quos fines seculorū deuenerūt . Itaque qui se existimat stare , videat ne cadat . Tentatio vos non apprehendat , nisi humana . fidelis autem Deus est , qui non patietur vos tentari , supra id quod potestis : sed faciet etiam cum tentatione

ut prouentum, ut possitis
sustinere.

¶ Si in die Ascensionis do-
mini incidere festum sim-
plex, omittitur omnino,
si aut incidere in aliis die-
bus, usque ad Pentec. sit: cō-
mēo. de eo in fine primæ,
anteq̄ dicatur. Preciosa.
Si verò festū dup. incide-
rit in die ascensio., transfer-
tur in sequentē diem, si au-
tem in aliis celebrabitur in
die qua incidere. Festum
Ascensionis dñi, dup. mai.
Ad vesp̄as. Hymnus.

Iesu nostra redemptio,
Amor & desiderium.

Deus creator omnium.

Homo in fine temporum.

Que te vicit clementia:

Ut ferres nostra crimina:

Crudelem mortē patiens,

Ut nos à morte tolleres.

Inferni claustra penetrās,

Tuos captiuos redimens:

Victor triumpho nobili:

Ad dextrā patris residens.

Ipsa te cogat pietas:

Ut mala nostra superes

Parcendo, & voti cōpotes

Nos tuo vultu facies.

Gloria tibi domine,

Qui scandis super sidera

Cum patre, & sancto spū,

B.

N.

In sempiterna secula. Am̄.

¶ Et sic terminatur hyme-
ni in om̄ib⁹ horis usq̄ ad
Pentecostē, exclusiue. Et.

Ascendens Christus in al-
tum, captiuam duxit capti-
uitatem. dedit dona homi-
nibus, Halleluia. **Oratio.**

Concede quæsumus
omnipotens Deus:
ut qui hodie ad die
vnigenitum tuum redem-
ptorem nostrum ad cælos
ascendisse credimus: ipsi
quoque mente in cælesti-
bus habitemus: Per domi-
num nostrum Iesum. &c.

¶ Ad matutinum Inuita.

Alleluia Christū do-
minum ascendentē
in cælum venite a-
doremus. **Hymnus.**

Aeterne rex altissi-
me, Redemptor &
fidelium, Quo mors
soluta deperit: Datur triū-
phus gratiæ.

Scādēs tribunal dexteræ:
Patris potestas omnium:

Collata Iesu cœlitus:
Que nō erat humanitus.

Vt teina trerum machina:
Cœlestium, terrestrium:

Et infernorum condita,
Electat genu iam subdita.

R.

In festo Ascensionis domini.

Hinc te precātes q̄sumus:
Ignosce culpis omnibus,
Et corda sursum subleua:
Ad te superna gratta.

Vt cūm repente cōperis
Clarere nube iudicis:
Pœnas repellas debitas,
Reddas coronas perditas.

Gloria tibi domine,
Qui scādis super sydera
Cum patre, & sancto sp̄u
In sempiterna secula. Am̄.

Antpho. Ascendit Deus
in iubilo: & domin⁹ in vo
ce tubæ. Alleluia.

¶ Ex Isaiā. cap. 63. Lect. 1.

Quis est iste qui ve
nit de Edō, tinctis
vestibus, de Bos
ra: iste formosus in stola
sua, gradiens in multitudi
ne fortitudinis suæ? Ego
qui loquor iustitiā, & pro
pugnator sum ad saluan
dum. **Q**uare ergo rubrū
est indumentum tuum, &
vestimenta tua sicut calcā
tium in torculari? Torcu
lar calcavi solus, & de gen
tibus non est vir mecum:
calcavi eos in furore meo,
& conculcaui eos in ira
mea, & aspersus est sanguis
eorum super vestimenta
mea, & omnia indumenta

mea inquinavi. Dies enim
ultionis in corde meo, an
nus redemptionis meæ ve
nit. Circumspexi, & non e
rat auxiliator: quæsiui, &
non fuit qui adiuuaret. Et
saluauit mihi brachiū me
um, & indignatio mea ipsa
auxiliata est mihi. Et con
culcaui populos in furore
meo, & inebriaui eos in in
dignatione mea: & detraxi
in terrā virtutem eorum.
Miserationum domini re
cordabor, laudem domini
super omnibus quæ reddi
dit nobis domin⁹, & super
multitudine bonorum do
mni Israel, quæ largitus est
eis secundum indulgentiā
suam, & secundum multi
tudinem misericordiarum
suarum. Et dixit. Veruntā
mē populus meus est filij
nō negātes, & factus est eis
saluator. In omni tribula
tione eorum non est tribu
latus, & angelus faciei eius
saluauit eos: in dilectione
sua, & in indulgentia sua ip
se redemit eos, & portauit
eos, & eleuauit eos cū ceteris
diebus seculi.

**¶ Ex epist. j. Pauli ad Co
rinthios. Lect. 1.**

Propter quod charissimi mihi, fugite ab idolorum cultura. Ut prudentibus loquor, vos ipsi iudicate quod dico. Calix benedictionis, cui benedicimus: nonne communicatio sanguinis Christi est? & panis quem frangimus, nonne participatio corporis domini est? Quoniam unus panis, & unum corpus multi sumus, omnes quidem de uno pane & de uno calice participamus. Videte Israel secundum carnem. Nonne qui edunt hostias, participes sunt altaris? Quid ergo? dico quod idolis immolatum sit aliquid? aut quod idolum sit aliquid? Sed quod quæ immolant gentes: demonis immolant, & non deo. Nolo autem vos socios fieri demoniorum. Non potestis calicem domini bibere, & calicem demoniorum. Non potestis mensam domini participes esse: & mensam demoniorum. An æmulamur dominum? Numquid fortiores illo sumus? Omnia mihi licent sed non omnia expediunt, omnia mihi li-

cent, sed non omnia ædificant. Nemo quod suum est querat, sed quod alterius. Omne quod in macello venit, māducate, nihil interrogantes propter conscientiam. Domini enim est terra, & plenitudo eius. Si quis vocat vos infidelium ad carnem, & vultis ire, omne quod vobis apponitur māducate, nihil interrogantes propter conscientiam. Si quis autem dixerit: Hoc immolatum est idolis, nolite māducare propter illum qui iudicavit, & propter conscientiam. conscientiam autem dico: non tuam, sed alterius. Ut quid enim libertas mea iudicatur ab alia conscientia? Si ego cum gratia participo: quid blasphemor, pro eo quod gratias ago? Siue ergo māducatis, siue bibitis, vel aliud quid facitis: omnia in gloriam dei facite. Sine offensione estote iudeis, & gentibus, ecclesie dei: sicut & ego per omnia vobis placeo, non querens quod mihi vile est, sed quod multis: ut salui fiant.

Secundum Marcum. cap. 16.

LECTIO TERTIA.

R 1

In festo Ascensionis domini.

In illo tempore: Recubentibus undecim discipulis, apparuit illis Iesus: & exprobrauit incredulitatem illorum & duritiam cordis: quia his qui viderant eum resurrexisse a mortuis, non crediderant. Et reliq.

Homilia sancti Greg. pa.

Quod resurrectione dominicam discipuli tardè crediderunt, non tam illorum infirmitas, quam nostra (vt ita dicam) futura firmitas fuit. Ipsa namque resurrectio, illis dubitantibus, per multa argumenta monstrata est, quæ dum non legentes agnoscimus, quod aliud quam illorum dubitatione solidamur? Minus enim mihi Maria Magdalene prestitit: quæ citius credidit: quam Thomas qui diu dubitauit. Ille etenim dubitando, vulnerum cicatrices teigit, & de nostro pectore dubitantis vulnus amputauit. Ad insinuandam quoque veritate dominicæ resurrectionis, notandum nobis quod Lucas refert dicens, Conuolvens precepit eis ab Ierosolymis ne disce-

derent: & post pauca videntibus illis eleuatus est: & nubes suscepit eum ab oculis eorum. Notate verba, signate mysteria. Conuolvens eleuatus est. Comedit, & ascendit: vt videlicet per effectum comestionis, veritas patesceret carnis. Marcus verò, priusquam eos dominus ascenderet, eum de cordis atque infidelitatis duritia increpasse discipulos memorat. Qua in re quid considerandum est: nisi quod idcirco dominus tunc discipulos increpauit: cum corporaliter reliquit: vt verba quæ recedens diceret, in corde audientium arctius impressa manerent. Increpata igitur eorum duritia: quid admonendo dicat, audiamus. Euntes in mundum vniuersum predicare euangelium omni creature. Numquid fratres mei sanctum euangelium vel insensatis rebus vel brutis animalibus fuerat predicandum: vt de eo discipulis dicatur: predicare euangelium omni creature? Sed omnis creature nomine signatur homo.

¶ Ad Laudes. Añs. Viri

Gahlzi, qd aspiciatis in cœ-
lum? hic Iesus, qui assam-
ptus est à vobis in cœlum:
sic veniet. Alleluia. **Oro.**
Concede quæsumus. &c.

¶ Ad vesperas. Hymnus.

Iesu nostra redemptio. &c.
Añsa. O rex gloriæ domi-
ne virtutū: qui triumphator
hodie super omnes cœlos
ascendisti, ne derelinquas
nos orphanos: sed mitte ꝑ
missum patris in nos, spiri-
tum vieritatis. Alleluia.

**¶ Notandum, qd inuitato-
riū, hymni, antiphonæ, &
oratio huius diei dicitur
in omnibus diebus, vsque
ad Pentecosten, quādo nō
occurrit festum duplex.**

¶ Fes. vi. ex Gen. cap. 41.

Lectio prima.

Post duos annos vidit
Pharao somnium. Pu-
tabat se stare super flu-
uium: de quo ascendebant
septem boues pulchræ, &
crassæ nimis, & pascebatur
in locis palustribus. Aliæ
quoque septē emergebant
de flumine, fœdæ, confec-
tæq; macie: & pascebatur
in ipsa amnis ripa, in locis
virentibus. Deorauerūt-
que eas: quarum mira spe-

cies, & habitudo corporū
erat. Ex pergefactus Pha-
rao, rursus dormiuit, &
vidit alterum somniū. Se-
ptem spicæ pullulabant in
culmo vno plenæ, atque
formosæ: aliæ quoque to-
tidem spicæ tenues, & per-
cussæ vredineoriebantur,
deuorantes omnem prio-
rum pulchritudinem. Eui-
gilans Pharao post quie-
tem, & facto mane, pau-
re perterritus, misit ad om-
nes coniectores Aegypti
cunctosque sapientes & ac-
cerstis narrauit somnium,
nec erat qui interpretaretur.
Tunc demum remini-
scens pincernarum magi-
ster, ait. Confiteor pecca-
tum meum: Iratus rex ser-
uis suis: me, & magistrum
pistorum retrudi iussit in
carcerem principis militū:
vbi vna nocte vterque vi-
dimus somnium, præfagiū
futurorum. Erat ibi puer
hebræus, eiusdē ducis mi-
litum famulus: cui narra-
tes somnia, audiuimus qd
quid postea rei probauit
euentus: ego enim reddi-
tus sum officio meo: & il-
le suspensus est in cruce.

Protin⁹ ad regis imperiū,
eductū de carcere Ioseph,
totonderunt, ac veste mu-
tata obtulerunt ei, Cui ille
ait, Vidi somnia, nec est q
edifferat. quæ audiui te sa-
piētissimè cōficere. Respō-
dit Ioseph, Absq; me deus
rūdedit p̄spera Pharaoni.

¶ *Ex epist. j. Pauli ad Co-
rinthios. cap. ii. Lect. ij.*

Imitatores mei estote,
sicut & ego Christi. Lau-
do autem vos fratres,
quòd per omnia mei me-
mores estis: & sicut tradidi
vobis p̄cepta mea, tene-
tis. Volo autem vos scire
quòd omnis viri caput,
Christus est, caput autem
mulieris, vir, caput verò
Christi, Deus. Omnis vir
orans, aut prophetans ve-
lato capite: deturpat caput
suum. Omnis autē mulier
orans aut prophetans, nō
velato capite: deturpat ca-
put suum: vnum enim est,
ac si decaluetur, Nam & si
non velatur mulier, ton-
deatur. Si verò turpe est
mulieri tonderi aut decal-
uari, velet caput suū. Vir
quidem non debet velare
caput suū: quoniā imago,

& gloria dei est, mulier au-
tem gloria viri est. Nō enī
vir ex muliere est, sed mu-
lier ex viro. Etenim nō est
creatus vir propter mulie-
rem: sed mulier propter vi-
rum. Ideo debet mulier ve-
lumen habere supra caput
suū, & propter angelos. Ve-
runtamē neq; vir sine mu-
liere: neq; mulier sine viro
in dño. Nam sicut mulier
de viro: ita & vir per mulie-
rem. Omnia autē ex deo.
Vos ipsi iudicate, decet mu-
lierem non velatam orare
deum? Nec ipsa natura do-
cet vos quòd vir quidē, si
comā nutriat, ignominia
est illi: mulier verò, si co-
mam nutriat, gloria est il-
li? quoniā capilli pro vela-
mine ei dati sunt. Si quis
autē videtur contentiosus
esse: nos talem consuetudi-
nem nō habemus, neq; ec-
clesia dei. Hoc autē p̄cipio
non laudans, quòd nō
in melius, sed in deterius,
cōuenitis. Primum quidē,
cōuenientibus vobis in ec-
clesiā, audio scissuras esse
inter vos, & ex parte cre-
do. Nam oportet & here-
ses esse: vt & qui probati

sunt, manifesti fiant in vobis. Conuenientibus ergo vobis in vnum: iam nō est dominicam cōnam mādu care. Vnusquisq; enim suā cōnam præsūmit ad māducandum. Et alius quidē esurit, alius autem ebrius est. Nunquid domos non habetis ad māducādum, & bibēdum? aut ecclesiam dei contemnitis: & confunditis eos qui non habent?

Quid dicam vobis? Lau do vos? In hoc non laudo.

¶ *Sermo sancti Leonis pa pz. Lectio prima.*

Post beatam, & glorio sam domini nostri Iesu Christi resurrectionem, qua verum Dei templum iudaica impietate resolutum, diuina triuo potentia suscitauit: quadragenarius hodie dilectissimi sanctorum dierum expletus est numerus: sacratissima ordinatione dispositus, & ad vtilitatem nostrę eraditionis impensus. Ut dum à domino in hoc spacio mora p̄sentis corporalis extenditur, fidelis resurrectionis documentis necessariis muniretur.

Mors enim Christi, multorum discipulorum corda turbauerat: & de supplicio crucis, de emissionē spiritus, de exanimati corporis sepultura grauatissimā mētitudine mētibus quidā diffidentię torpor obre pserat. Nam cū sanctę mulieres (sicut euangelica nobis patefecit historia) reuolutum à monumento lapidem sepulchrūque corpore vacuū, & viuētis domini testes angelos nuntiarent, verba earum apostolis aliisq; discipulis, desiderantis similia videbantur.

¶ *Sabba. ex Genesi. Lec. j.*

Narrauit ergo Pharaō quod viderat: Putabam me stare super ripā fluminis, & septem boues de amne conscendere, pulchras nimis, & obesissimas: quę in pasta paludis vireta carpe bāt: & ecce, has sequebātur alie septē boues, in tātum deformes, & macilentę, vt nunq̄ tales in terra Aegypti videri. quę deuoratis, & cōsumptis priorib⁹ nullum saturitatis dedere vestigium, sed simillimę macie,

Sabbato.

& squalore torpebāt. Eui-
gilans, rursus sopore de-
pressus, vidi somnium. Sep-
tem spicæ pullulabant in
culmo vno, plenæ, atque
pulcherrimæ, aliæ quoque
septem tenues, & percussæ
vredine, oriebantur è stipu-
la, quæ priorum pulchritu-
dinem deuorauerunt. Nar-
raui cōiectoribus somnio-
rum, & nemo est qui edisse-
rat. Respondit Ioseph. Sō-
nium regis vnum est, quæ
facturus est deus, ostendit
Pharaoni. Septem boues
pulchræ, & septem spi-
cæ plenæ: septem vberta-
tis anni sunt, eandemque
vim somnij cōprehendūt.
Septem quoque boues te-
nues atque macilētæ, quæ
ascenderunt post eas, & se-
ptem spicæ tenues, & ven-
to vrente percussæ: septem
anni venturæ sunt famis,
qui hoc ordine cōplebun-
tur. Ecce septem anni ve-
nient fertilitatis magnæ, in
vniuersa terra Aegypti:
quos sequentur septem an-
ni alij, tantæ sterilitatis, vt
obliuioni tradatur cuncta
retro abundantia: cōsum-
ptura est enim fames om-

nem terrā, & vbertatis ma-
gnitudinem perditura est
inopiæ magnitudo. Quod
autem vidisti secundò ad
eandem rem pertinēs som-
nium: firmitatis indicium
est, eo quòd fiat sermo dei,
& velocius impleatur.

**¶ Ex epistola. j. Pauli ad Co-
rinthios. cap. 12. Lectio. 1j.**

EGo enim accepi à do-
mino quod & tradidi
vobis, quoniā domi-
nus Iesus in qua nocte tra-
debatur, accepit panem, &
gratias agens fregit, & di-
xit. Accipite, & manduca-
te: hoc est corpus meum,
quod pro vobis tradetur.
Hoc facite in meam com-
memorationem. Similiter
& calicem, postquam cœ-
navit, dicens, Hic calix
nouum testamētum est in
meo sanguine. hoc facite
quotiescunque biberitis,
in meam commemoratio-
nem. Quotiescūque enim
māducabitis panem hunc,
& calicem biberitis, mortem
domini annuntiabitis, do-
nec veniat. Itaq; quicumq;
manducauerit panē hunc,
& biberit calicem domini
indignè. re⁹ erit corporis

& sanguinis domini. Probet autem seipsum homo & sic de pane illo edat, & de calice bibat. Qui enim manducat & bibit indignè, iudicium sibi manducat, & bibit, non diiudicans corpus domini. Ideo inter vos multi infirmi, & imbecilles. & dormiunt multi. Quod si nosmetipsos diiudicemus: non utique iudicemur. Dum iudicamur autem: à domino corripimur, ut non cum hoc mundo damnemur. Itaque fratres mei, cum conuenitis ad manducandum, inuicem expectate. Si quis esurit, domi manducet: ut non in iudicium conueniatis. Cetera autem, cum venero, disponam. De spiritualibus autem, nolo vos ignorare fratres. Scitis autem, quoniam cum gentes essetis, ad simu lachra muta, prout ducebamini euntes. Ideo notum vobis facio, quod nemo in spiritu dei loquens, dicit anathema Iesu. Et nemo potest dicere, dominus Iesus: nisi in spiritu sancto. Diuisiones verò gratiarum sunt: idem autem spiritus.

Et diuisiones ministratorum sunt: idem autem dominus. Et diuisiones operationum sunt: idem verò Deus, qui operatur omnia in omnibus. Vnicuique autem datur manifestatio spiritus, ad utilitatem. Alij quidem, per spiritum datur sermo sapientie, alij autem sermo scientie, secundum eundem spiritum. alteri, si des, in eodem spiritu. alij, gratia sanctorum, in vno spiritu, alij, operatio virtutum, alij, prophetia, alij, discretio spirituum, alij, generalium linguarum, alij, interpretatio sermonum. Hæc autem omnia operatur vnus, atque idem spiritus, diuidens singulis, prout vult.

¶ **Ex sermone sancti Leonis pape. Lectio tertia.**

Quam utique hesitationem humana infirmitate nutantem: nequaquam permisisset spiritus veritatis, prædicatorum suorum inesse peccatoribus: nisi illa trepida sollicitudo, & curiosa cunctatio, nostræ fidei fundamenta iecissent. Nostris igitur perturbationibus: no-

Dominica. vj. post Pascha.

stris periculis, in apostolis
cōsulebatur nos in illis vi-
ris contra calūnias impio-
rum & contra terrenæ ar-
gumenta sapientiæ doce-
batur. Nos illorū instrui-
xit aspectus, nos erudiuit
auditus, nos cōfirmavit at-
tactus. Gratiā igitur aga-
mus diuini dispensationi,
& sanctorum patrum ne-
cessariæ tarditati. Dubita-
tum est ab illis: ne dubita-
retur à nobis. Non ergo hi
dies dilectissimi, qui inter
resurrectionem dñi, ascen-
sionemq; fluxerunt, ocio-
so trāsire decursu, sed ma-
gna in eis confirmata sacra-
menta, magna sunt reuela-
ta mysteria. In his met^o di-
ræ mortis aufertur: & non
solum animæ, sed etiā car-
nis immortalitas declara-
tur. In his per insufflationē
domini infunditur aposto-
lis spiritus sanctus: & bea-
to apostolo Petro, supra
ceteros, post regni clauēs,
ouilis dominici cura man-
datur. In his diebus duob^o
discipulis tertius in via do-
minus iungitur comes: &
ad omnē nostræ ambigui-
tatis caliginem detergen-

dam, pauentiū ac trepidā-
tium tarditas increpatur.

**¶ Dñica infra octa. Ascē-
sionis, ex Genesi. Lect. j.**

Nunc ergo pvideat
rex virū sapiētem,
& industriū & prae-
ficiat eum terræ Aegypti.
Qui constituat prae-
positos per cunctas regiones:
& quintā partem fructuū
per septem annos fertilita-
tis, qui iam nunc futuri
sunt, congreget in horrea:
& omne frumentum sub
Pharaonis potestate cōda-
tur, serueturq; in vrbibus.
Et prepararetur futurę se-
ptem annorum fami, quæ
oppressura est Aegyptum,
& nō consumetur terra in-
opia. Placuit Pharaoni cō-
siliū, & cunctis ministris
eius locutusq; est ad eos,
Num inuenire poterimus
talē virū, qui spiritu dei
plenus sit? Dixit ergo ad
Ioseph, **Q**uia ostēdit tibi
deus omnia quæ locutus
es, nunquid sapientiorē, &
similem tui inuenire pote-
rō? Tu eris super domum
meā, & ad tui oris imperiū
cunctus populus obediet:
vno tantum regni folio te

præcedam. Dixitque rursum Pharaon ad Ioseph. Ecce constitui te super vniuersam terram Aegypti. Tu licque annulum de manu tua, & dedit eum in manu eius: vestiuitque eum stola bisina, & collo torquem auream circumposuit. Fecitque eum ascendere super currum suum secundum, clamante præcone ut omnes coram eo genu flecterent, & præpositum esse scirent vniuersæ terræ Aegypti. Dixit quoque rex Aegypti ad Ioseph, Ego sum Pharaon: absque tuo imperio non mouebit quisquæ manum, aut pedem, in omni terra Aegypti. Vertitque nomen eius, & vocauit eum lingua Aegyptiaca, Saluatorem mundi, Deditque illi uxorem Aseneth, filiam Phutipharis sacerdotis He liopolæos.

¶ Ex epistola prima Pauli ad Corinthios. Lectio. ij.

Sicut enim corpus vnū est, & membra habet multa, omnia autem membra corporis, cum sint multa, vnum tamē corpus sunt: ita & Christus. Ete-

nim in vno spiritu omnes nos in vnum corpus baptizati sumus, siue Iudæi, siue Gētilēs, siue serui, siue liberi, & omnes in vno spiritu potati sumus. Nam & corpus non est vnū membrum, sed multa. Si dixerit pes, Quoniam nō sum manus, non sum de corpore: non ideo nō est de corpore? Et si dixerit auris, Quoniam nō sum oculus, non sum de corpore, non ideo non est de corpore? Si totū corpus oculus: vbi auditus? Si totum auditus: vbi odoratus? Nunc autē posuit deus membra, vnūquodque eorum in corpore sicut voluit. Quod si essēt oīa vnū membrū, vbi corpus? Nūc autē multa quidem membra, vnū autē corpus. Non potest autē dicere oculus manui, Opera tua nō indigeo, aut iterum caput pedibus, Non estis mihi necessarij. sed multo magis quæ videntur membra corporis infirmiora esse, necessariora sunt: & quæ putamus ignobiliora membra esse corporis, his honorem abundantiorē circū-

Dominica. vi. post Pascha.

damus, & quæ in honesta-
sunt nostra, abundantiorē
honestatem habent. Hone-
sta autem nostra, nullius
egent, sed Deus tempera-
uit corpus, ei cui decrat a-
bundantiorē tribuendo
honorē: vt non sit schisma
in corpore, sed in idipsum
pro inuicem sollicita sint
membra. Et si quid patitur
vnum membrum, compa-
tiantur omnia mēbra, siue
glorietur vnum membrū,
congaudent omnia mem-
bra. Vos autem estis cor-
pus Christi, & membra de
membro. Et quosdam qui-
dem posuit Deus in eccle-
sia: primum apostolos, se-
cundō prophetas, tertio
doctores, deinde virtutes,
exinde gratias curationū,
opitulationes, gubernatio-
nes, genera linguarum, in-
terpretatōes sermonum.
Nunquid omnes aposto-
li? nūquid omnes prophe-
tæ? nunquid omnes docto-
res? nunquid omnes gratiā
habent curationum? nun-
quid omnes linguis loquū-
tur? nunquid omnes inter-
pretātur? A emulamini au-
tē charismata meliora. Et

adhuc excellentiorē viā
vobis demonstro.

Secundū Ioannē. cap. 15.

Lectio tertia.

IN illo tempore: dixit
Iesus discipulis suis, Cū
venerit paraclētus, quē
ego mittam vobis à patre,
spiritum veritatis, qui à pa-
tre procedit: ille testimo-
nium perhibebit de me. &
vos testimonium perhibe-
bitis: quia ab initio mecū
estis. Et reliqua.

Homilia sancti Augu. epi.

Dominus Iesus, in
sermone quem lo-
cutus est discipulis
suis post cœnā, proximus
passioni: tanquam iturus,
& relicturus eos, præsen-
tia corporali: cum omnib⁹
autem suis, vsque ad con-
summationem seculi, futu-
rus præsentia spirituali, ex-
hortatus est eos ad perfe-
rendas persecutiones im-
piorum: quos mundi no-
mine nuncupauit: Ex quo
tamen mundo etiam ipsos
discipulos elegisse se dix-
erat: vt scirent se gratiā Dei
esse quod sunt: suis autem
vitiis fuisse quod fuerant.
Deinde persecutores, &

suos, & ipsorum: Iudæos
evidenter expressit: ut om-
nino appareret etiam ip-
sos mundi damnabilis ap-
pellatione conclusos: qui
persequitur sanctos. Cū-
que de illis diceret: quod
ignorarent eum à quo mis-
sus est. Et tamen odissent,
& filiū, & patrē: hoc est, &
eū qui missus est: & à quo
missus est. De quibus om-
nibus in aliis sermonibus
iā differuimus: ad hoc per-
uenit ubi ait. Ut impleatur
sermo qui in lege eorum
scriptus est: quia odio ha-
buerunt me gratis.

¶ *Feria. ij. ex Gen. Lec. j.*

Egressus est itaque Jo-
seph ad terram Aegy-
pti (triginta autē an-
norum erat, quando stetit
in cōspectu regis Pharaonis)
& circumiit omnes
regiones Aegypti. Venit-
que fertilitas septē anno-
rum: & in manipulos reda-
ctę segetes cōgregatę sunt
in horrea Aegypti. Omnis
etiam frugum abundantia
in singulis vrbibus condi-
ta est. Tantaque fuit abun-
dantia tritici, ut arenę ma-
ris cōquaretur, & copia

mensuram excederet. Na-
ti sunt autem Ioseph filij
duo, antequam veniret fa-
mes quos peperit ei A se-
neth filia Phutipharis sa-
cerdotis Heliopoleos. Vo-
cavitque nomen primoge-
niti, Manasses, dicēs. Obli-
uisci me fecit deus omniū
laborum meorum, & do-
mus patris mei. Nomen
quoque secundi appella-
uit Ephraim, dicēs. Cre-
scere me fecit deus in terra
paupertatis meę. Igitur
transactis septem vbertatis
annis qui fuerant in Aegy-
pto, cōeperunt venire se-
ptem anni innoxie, quos
prædixerat Ioseph: & in v-
niuerso orbe præua-
luit, in cuncta autem terra
Aegypti erat panis. *Qua*
esuriēte clamauit populus
ad Pharaonē alimenta pe-
tēs. Quibus ille respōdit.
Ite ad Ioseph: & quicquid
ipse vobis dixerit, facite.
Crescebat autem quotidie
fames in omni terra: aper-
ruitq; Ioseph vniuersa hor-
rea, & vedebat Aegyptiis:
nam & illos oppresserat fa-
mes. Omnesq; provincię
veniebant in Aegyptū, ut

emerent escas, & malú ino-
piz temperarent.

**¶ Ex episto. j. Pauli ad Co-
rinthios. cap. 12. Lect. ij.**

SI linguis hominum lo-
quar, & angelorú, cha-
ritatem autem nõ ha-
beam: factus sum velut æs
sonans, aut cymbalum tin-
niens. Et si habuerõ pphe-
tiam, & nouerim mysteria
omnia, & omnem scientiã,
& si habuero omnẽ fidem,
ita vt montes transferam,
charitatem autem non ha-
buero: nihil sum. Et si di-
stribuero in cibos paupe-
rum oēs facultates meas,
& si tradidero corp⁹ meũ,
ita vt ardeã, charitatem au-
tem non habuero: nihil mi-
hi prodest. Charitas patiens
est, benigna est. Charitas
nõ amulatur, nõ agit per-
perã, non inflatur, non est
ambitiosa, non querit quę
sua sunt, nõ irritatur, non
cogitat malum, nõ gaudet
super iniquitate, congau-
det autem veritati: omnia
suffert, omnia credit, om-
nia sperat, omnia sustinet.
Charitas nõquam excidit,
siue prophetiæ euacuabũ-
tur, siue linguę cessabunt,

siue sciẽtia destruetur. Ex
parte enim cognoscimus,
& ex parte prophetamus.
Cum autem venerit quod
perfectũ est: euacuabitur
quod ex parte est. Cũ es-
sem paruulus loquebar vt
paruulus, sapiebam vt par-
uulus, cogitabam vt parou-
lus. Quando autem factus
sum vir euacuauĩ quę erãt
paruuli. Videmus nũc per
speculũ in enigmate: tunc
autẽ, facie ad faciem. Nũc
cognosco ex parte, tunc
autem cognoscam sicut &
cognitus sum. Nũc autem
manent fides, spes, chari-
tas, tria hæc, maior autem
horum est charitas. Sectã-
mini charitatem, emulami-
ni spiritualia, magis autem
vt prophetis. Qui enim
loquitur lingua, nõ homi-
nib⁹ loquitur, sed deo: ne-
mo enim audit, spiritu au-
tem loquitur mysteria. nã
qui prophetat: hominibus
loquitur ad ædificationẽ,
& exhortationem, & con-
solationem. Qui loquitur
lingua: semetipsum ædifi-
cat, qui autem prophetat:
ecclesiam dei ædificat. Vo-
lo autem vos omnes loqui

linguis: magis autem prophetare. Nam maior est qui prophetat, quam qui loquitur linguis, nisi interpretetur, ut ecclesia ædificationem accipiat.

¶ Ex sermone sancti Leonis papæ. Lectio tertia.

Per omne hoc tempus, dilectissimi, quod inter resurrectionem, & ascensionem domini exactum est, hoc providentia Dei curavit, hoc docuit, hoc suorum & oculis insinuavit, & cordibus, ut dominus Iesus verè agnosceretur resuscitatus, qui verè erat natus, & passus, & mortuus. Vnde beatissimi apostoli, omnesque discipuli, qui & de exitu crucis fuerant trepidi, & de fide resurrectionis ambigui, ita sunt in veritate perspicua roborati, ut domino in cælorum eunte sublimia, non solum nulla afficerentur tristitia, sed etiã magno gaudio replerentur. Et reuera magna erat, & ineffabilis causa gaudendi, cum in conspectu sanctæ magnitudinis, super omnium creaturarum cælestium dignita-

tem, humani generis naturam cõscēderet supergressura angelicis ordinibus, & ultra archangelorum altitudines elevanda, nec vllis sublimitatibus modum suæ profectionis habitura: nisi æterni patris recepta concessu illius gloriæ sociaretur in throno, cuius natura copulabatur in filio. Quia igitur Christi ascensio nostra est puectio, & quo processit gloria capitis, eo spes vocatur & corporis, dignis dilectissimi exultemus gaudiis, & pia gratiarum actione lætemur. Hodie enim non solum paradisi possessores firmati sumus, sed etiam cælorum in Christo superna penetrauimus, amphora adepti per ineffabile Christi gratiam, quam per diaboli amiseramus inuidiã.

¶ Feria tertia, ex Genesi, cap. 42. Lectio prima.

Audiens autem Iacob, quod alimenta venderentur in Aegypto, dixit filiis suis, Quare negligitis? audiui quod triticum veniãdecet in Aegypto: descendite, & emite no-

his necessaria, vt possimus viuere, & nō consumamur inopia. Descendentes igitur fratres Ioseph decem, vt emerēt frumēta in Aegypto. Benjamin domi retento à Iacob, qui dixerat fratribus eius. Ne fortē in itinere quicquam patiatur mali: ingressi sunt in terrā Aegypti cum aliis qui peregebant ad emendum. Erat autem fames in terra Chanaan. Et Ioseph erat princeps in terra Aegypti atq; ad eius nutum tramenta populis vendebantur. Cūque adorassent eū fratres sui, & agnouisset eos, quasi ad alienos durius loquebatur, interrogās eos. Vnde venistis? Qui respōderunt. De terra Chanaan, vt emamus victui necessaria. Et tamen fratres ipsē cognoscens, non est agnitus ab eis. Recordatusque somniorum quæ aliquando viderat, ait ad eos. Exploratores estis: vt videatis infirmiora terræ, venistis. Qui dixerunt. Non est ita domū, sed serui tui venerūt vt emerēt cibos. Omnes filij vnus viri su-

mus: pacifici venimus, nec quicquam famuli tui machinantur mali. Quibus ille respondit, Aliter est: immunita terræ huius cōsiderare venistis.

¶ Ex epistola prima Pauli ad Corinthios. Lect. ij.

NVnc autē fratres, si venero ad vos linguis loquens: quid vobis prodero: nisi vobis loquar, aut in reuelatione, aut in scientia, aut in prophetia, aut in doctrina? Tamē quæ sine anima sunt vocera dantia, siue tibia, siue cythara: nisi distinctionem sonituum dederint, quomodo scietur id quod canitur, aut quod cytharizatur? Etenim si incertam vocem det tuba quis parabit se ad bellum? Ita & vos per linguam, nisi manifestum sermonem dederitis: quomodo scietur id quod dicit? Eritis enim in æra loquentes. Tā multa, vt puta, genera linguarum sunt in hoc mundo: & nihil sine voce est. Si ergo nesciero virtutem vocis: ero ei cui loquar barbarus, & qui loquitur: mihi barbarus.

barus. Sic & vos, quoniam
 & mulatores estis spirituū:
 ad ædificationem ecclesie
 quærite vt abundetis. Et i-
 deo qui loquitur lingua
 oret vt interpretetur. Nam
 si orē lingua: spiritus meus
 orat, mens autem mea sine
 fructu est. **Quid ergo est?**
 Orabo spiritu: orabo &
 mēte psallam spiritu: psal-
 lam & mente. Cæterum si
 benedixeritis spiritu: qui
 supplet locū idiotæ, quo-
 modo dicet. Amen super
 tuā benedictionem? quon-
 iam quid dicas, nescit, nā
 tu quidem bene gratias a-
 gis: sed alter non ædifica-
 tur. Gratias ago deo, quod
 omnium vestrum linguis
 loquor. Sed i ecclesia ma-
 lo quinq; verba sensu meo
 loqui, vt & alios instruam:
 quā decem millia verbo-
 rum in lingua. Fratres, no-
 lite pueri et hinc sensib⁹, sed
 malitia paruuli estote, sen-
 sibus autem perfecti esto-
 te. In lege enim scriptū est,
Quoniam in aliis linguis,
 & labiis aliis loquar popu-
 lo huic: & nec sic exaudiēt
 me, dicit dominus. Itaque
 linguæ in signum sunt nō

fidelibus, sed infidelibus:
 prophetiæ autem non infi-
 delibus, sed fidelibus. Si er-
 go conueniat vniuersa ec-
 clesia in vnū, & omnes lin-
 guis loquantur, intrēt au-
 tē idiotæ, aut infideles: nō-
 ne dicent quod insanitis?
 Si autem omnes prophe-
 tent, intret autem quis in-
 fidelis vel idiota conuinci-
 tur ab omnibus, diiudica-
 tur ab omnibus, occulta
 enim cordis eius manifesta
 fiunt: & ita cadēs in faciem
 adorabit Deum, pronun-
 tians quod verē Deus in
 vobis sit.

**Sermo sancti Augustini
 episcopi. Lectio tertia.**

Aluator noster dile-
Sctissimi fratres, ascen-
 dit in cælum: non er-
 go turbemur in terra. Ibi
 sit mēs: & hic erit requies.
 Ascendamus cum Christo
 interim corde: vt cum dies
 pmissus aduenerit, sequa-
 mur & corpore. Scire ta-
 men debemus fratres: quia
 cum Christo non ascendit
 superbia: non auaritia: non
 luxuria: nullū vitium no-
 strum ascendit cum medi-
 co nostro. Et ideo si post

B. N.

medicum defyderamus ascendere debemus vitia, & peccata deponere. Omnia enim quasi quibusdam cōpedibus nos pr̄munt: & peccatorum nos retibus ligare contendunt. Et ideo cū dei adiutorio, scđm qđ ait ps̄almista, dirumpam⁹ vincula eorum, vt securè possimus dicere domino, Dirupisti vincula mea: tibi sacrificabo hostiam laudis. Resurrectio domini spes nostra est. Ascensio dñi gloriificatio nostra est. Ascensionis hodie solēnia celebramus. Si ergo rectè, si fideliter, si sanctè, si pie ascensionē dñi celebramus, ascendamus cū illo: & sursum corda habeam⁹. Ascēdentes autem non extollamur, nec de nostris quasi de propriis meritis pr̄sumamus. Sursum eñ corda habeamus: sed ad dominū. Sursum enim cor, non ad dominum superbia vocatur. Sursum autem cor ad dominū refugij vocatur. Videte fratres magnū miraculū. Altus est De⁹. Humilias te, & descendit ad te. Erigit te, & fugit à te.

Quare hoc? Quia excelsus est & humilia respicit, & alta à longe cognoscit.

¶ FERIA QUARTA EX GENESI.

LECTIO PRIMA.

AT illi dixerūt, duodecim, inquit, serui tui fratres sum⁹, filij viri vni⁹ in terra Chanaan: minimus cum patre nostro est, alius non est super. Hoc est, ait, quod locutus sum. Exploratores estis: iam nunc experimentum vestri capiam: per salutem Pharaonis non egrediemini hñc, donec veniat frater vester minimus. Mitte ex vobis vnum, & adducat eum: vos autem eritis in vinculis, donec probentur quę dixistis, vtrum vera an falsa sint: alioquin per salutem Pharaonis exploratores estis. Tradidit ergo illos custodię tribus diebus. Die autem tertio eductis de carcere, ait. Facite quę dixi, & viuetis: Deum enim timeo. Si pacifici estis, frater vester vnus ligetur in carcere: vos autem abite, & ferte frumēta quę emittis, in domos vestras: & fratrem vestrum

minimum ad me adducite, ut possim vestros probare sermones, & non moriamini. Fecerunt ut dixerat, & loquuti sunt adinuicem. Meritò hæc patimur, quia peccauimus in fratrem nostrum, videntes angustias animæ illius dum deprecatur nos, & non audiui mus: idcirco venit sup nos ista tribulatio. Equibus vnus, Ruben, ait, Nunquid non dixi vobis, Nolite peccare in puerum: & non audistis me? en sanguis eius exquiritur. Nesciebāt autem quod intelligerēt Ioseph: eo quòd per interpretem loqueretur ad eos. Auertitque se parumper, & fleuit: & reuersus locutus est ad eos. Tollensque Simeon, & ligās, illis præsentibus, iussit ministris, ut implerent eorū saccostritico, & reponerent pecunias singulorum in sacculis suis, datis supra cibariis in via. qui fecerunt ita.

¶ Ex epistola prima Pauli ad Corinthios. Lectio. ij.

Quid ergo est fratres? Cùm conuenitis: vnusquisque

vestrū psalmū habet, doctrinā habet, apocalypsum habet, linguā habet, interpretationem habet: omnia ad ædificationem fiant. Siue lingua quis loquitur: secundū duos, aut vt multum tres, & per partes, & vnus interpretetur. Si autē nō fuerit interpret, taceat in ecclesia, sibi autem loquatur, & Deo. Prophetæ autem duo, aut tres dicāt, & cæteri diiudicēt. Quod si alij reuelatum fuerit sedēti: prior taceat. Potestis enim omnes per singulos prophetare: vt omnes discant, & omnes exhortentur, & spiritus prophetarū pphetis subiecti sunt. Nō enim est dissensiois Deus, sed pacis: sicut & in omnibus ecclesiis sanctorū doceo. Mulieres in ecclesiis taceāt non enim permittitur eis loqui, sed subditas esse: sicut & lex dicit. Si quid autem volūt discere: domi viros suos interrogēt. Turpe est enim mulieri, loqui in ecclesia. An à vobis verbum Dei processit? aut in vos solos peruenit? Si quis videtur ppheta esse,

aut spiritualis, cognoscat
quæ scribo vobis, quod do
mini sunt madata. Si quis
autem ignorat, ignorabi
tur. Itaque fratres, æmula
mini prophetare: & loqui
linguis nolite prohibere.
Omnia autem honestè, &
secundum ordinem fiat in
vobis. Notum autem vo
bis facio fratres, euange
lium, quod prædicaui vo
bis, quod & accepistis, in
quo & statis, per quod &
saluamini, qua ratione præ
dicaui vobis si tenetis,
nisi frustra credidistis. Tra
didi enim vobis in promissis,
quod & accepi: quod Chri
stus mortuus est pro pec
catis nostris, secundum scri
pturas, & quia sepultus est,
& quia resurrexit tertia die,
secundum scripturas: & quia
visus est Cepha: & post
hoc undecim. Deinde vi
sus est, plusquam quingen
tis fratribus simul, ex qui
bus multi manet usque ad
huc, quidam autem dormie
runt. Deinde visus est Ia
cobo: deinde apostolis om
nibus. Nouissimè autem
omnium tanquam aborti
uo, visus est & mihi. Ego

enim sum minimus aposto
lorum: qui non sum dignus
vocari apostolus, quonia
persequutus sum ecclesiam
Dei. Gratia autem dei sum
id quod sum, & gratia eius
in me vacua non fuit, sed
abundantius illis omnibus
laboraui: non ego autem: sed
gratia Dei mecum. Siue enim
ego, siue illi, sic prædicaui
mus, & sic credidistis.

**Sermo sancti Augustini
episcopi. Lectio tertia.**

Ascensionis domini
nostri Iesu Christi
sanctus dies, & so
lennis hodie illuxit: exul
temus, & lætemur in ea.
Christus descendit, infer
na pacuerunt, Christus a
scendit, superna claruerunt.
Christus in ligno pependit,
insultet fures. Chri
stus in sepulchro, metian
tur custodes. Christus in
inferno: visitentur quiesce
tes. Christus in celo: cre
dant omnes gentes. Ipse er
go debet esse auctor nostri
sermonis: qui est largitor
nostre salutis. Non de alio
aliquo loquimur vobis: ni
si de illo quod modo ex euan
gelio loquebatur omnibus.

nobis. Et ascensurus ad patrem dicebat discipulis suis. Hæc locutus sum vobis: cum adhuc essem vobiscum. Paracletus autem spiritus veritatis, quem mittet pater in nomine meo, ille vos docebit omnia: & commonebit vos omnia quæ dixi. Non turbetur cor vestrum, neque formidet. Audistis quia ego dixi vobis, Vado ad patrem meum: quia pater maior me est.

Feria quinta, ex Genesi.

Lectio prima.

AT illi portantes frumenta in asinis suis, profecti sunt. Apertoque vnus sacco, vt daret iumento pabulum, in diuersorio, contemplatus pecuniam in ore sacculi, dixit fratribus suis. Reddita est mihi pecunia mea, en habetur in sacco. Et obstupescit, turbatque, mutusque, dixerunt. **Quidnam est hoc, quod fecit nobis deus? veneruntque ad iacob patrem suum in terra Chanaan, & narraverunt ei omnia quæ accidissent sibi, dicentes, Locutus est nobis dominus terræ duræ, & putauit nos**

exploratores esse prouinciam. Cui respondimus. Pacifici sumus, nec vllas molimur insidias. Duodecim fratres vno patre geniti sumus, vnus non est super, minimus cum patre nostro est in terra Chanaan. **Qui ait nobis. Sic probabo quæ pacifici sitis. Fratrem vestrum vnum dimittite apud me, & cibaria domibus vestris necessaria sumite, & abite fratremque vestrum minimum adducite ad me, vt scia quod non sitis exploratores, & istum qui tenetur in vinculis, recipere possitis, ac deinceps quæ vultis, emendi habeatis licentiam. His dictis cum frumenta effunderent, singuli repererunt in ore sacculorum ligatas pecunias: exterritisque simul omnibus, dixit pater iacob. Absque liberis me esse fecistis, Ioseph non est super, Simeon tenetur in vinculis, & Benjamin auferetis? in me hæc omnia mala reciderunt. Cui respondit Ruben. Duos filios meos interfice, si non reduxero illum tibi: trade illum in manu mea, & ego**

eum tibi restituum. At ille, Non descendet, inquit, filius meus vobiscum: frater eius mortuus est, & ipse solus remansit. si quid ei aduersitatis acciderit in terra ad quam pergitis, deducetis canos meos cum dolore ad inferos.

¶ Ex epistola prima Pauli ad Corinthios. Lectio. ij.

Sicut autem Christus predicatur quod resurrexit a mortuis: quomodo quidam dicunt in vobis, quoniam resurrectio mortuorum non est? Si autem resurrectio mortuorum non est: neque Christus resurrexit. Si autem Christus non resurrexit, inanis est predicatio nostra, inanis est & fides vestra, inuenimur autem & falsi testes dei, quoniam testimonium diximus aduersus deum, quod suscitauerit Christum, quem non suscitauit, si mortui non resurgunt. Nam si mortui non resurgunt: neque Christus resurrexit. Quod si Christus non resurrexit, vana est fides vestra, adhuc enim estis in peccatis vestris. Ergo & qui dormierunt in Christo perierunt.

Si hac vita tantum in Christo sperantes sumus: miserabiles sumus omnibus hominibus. Nunc autem Christus resurrexit a mortuis, primitiæ dormientium. quoniam quidem per hominem mors: & per hominem resurrectio mortuorum. Et sicut in Adam omnes moriuntur ita & in Christo omnes viuificabuntur, unusquisque autem in suo ordine. Primitiæ, Christus, deinde ij qui sunt Christi, qui in aduentum eius crediderunt. Deinde finis cum tradiderit regnum deo & patri, cum eua cuauerit omnem principatum, & potestatem, & virtutem. Oportet autem illum regnare donec ponat omnes inimicos sub pedibus eius. Nouissime autem inimica destruetur mors. Omnia enim subiecit sub pedibus eius. Cum autem dicat: Omnia subiecta sunt ei: sine dubio præter eum quod subiecit ei omnia. Cum autem subiecta fuerint illi omnia: tunc & ipse filius subiectus erit ei qui subiecit sibi omnia, ut sit Deus omnia in omnibus. Alioquin quid facient qui

baptizantur pro mortuis, si omninò mortui nò resurgūt? ut quid & baptizatur p̄ illis? Ut quid & nos periclitamur omni hora? Quotidie morior p̄pter vestrà gloriã fratres, quã habeo in Christo Iesu dom̄o nostro. Si (secundum hominem) ad bestias pugnavi Ephesi: quid mihi p̄dest, si mortui non resurgunt? manducemus, & bibamus, cras enim moriemur: nolite seduci. Corrupti mores bonos colloquia mala.

Sermo sancti Augustini episcopi. Lectio tertia.

OMnia, charissimè, quæ dominus Iesus Christus in hoc mundo sub fragilitate nostra miracula ædidit, nobis proficiunt. Quia dum humanam conditionem syderibus importavit: cælum credentibus patere posse monstravit. Et dum victorem mortis in cælestia eleavit: victorẽ eiusdem mortis quo sequamur ostendit. Ascensio ergo domini, catholicæ fidei cõfirmatio fuit, ut secuti in posterum crederemus miraculi illius donũ,

cuius iam in præsentem percipissemus effectum. Et fidelis quisque, cum iam tanta perceperit, per ea quæ agnoscit præstita, discat sperare, p̄missa: ac Dei sui præteritam, præsentemque bonitatem, qua futurorũ teneat cautionem. Super excelsa ergo cæli terrenũ corpus imponitur: ossa intra sepulchri angustias paulò ante conclusa, angelorum cõtibus inferuntur. In gremio immortalitatis mortalis natura transfunditur. Et ideo sacra apostolicæ lectionis testatur historia. Cum hæc dixisset (inquit) videntibus illis eleuat⁹ est. Cũ audis eleuatum, agnosce militiæ cælestis obsequiũ: vñ hodierna festiuitas hoĩs nobis & dei sacramenta manifestat, sub vna eademque persona. In eo quæ eleuat, diuinã potentiã: in eo aut̄ qui eleuatur, humanã agnosce substantiam.

Feria. vj. ex Gen. ca. 43. Lectio prima.

INterim fames oẽm terram vehementer premebat. Consumptisq; cibis quos ex Aegypto detule-

rant, dixit Iacob ad filios suos. Reuertimini, & emite nobis paxillū escarū. Respondit Iudas. Denuntiauit nobis vir ille sub attestacione iusiurandi, dicens. non videbitis faciem meam, nisi fratrem vestrū minimum adduxeritis vobiscum. Si ergo vis eū mittere nobiscum, pergemus, pariter, & ememus tibi necessari? Si autem non vis, non ibimus: vir enim (vt sepe diximus) denuntiauit nobis, dicens. Non videbitis faciem meam, absq; fratre vestro minimo. Dixit eis Israel, In meam hoc fecistis miseriam, vt indicaretis ei, & aliū habere vos fratrem. At illi responderunt. Interrogauit nos homo per ordinem, nostram progeniem, si pater viueret, si haberemus fratrem: & nos respondimus ei consequenter iuxta id quod fuerat sciscitatus: nunquid scire poteramus quod dicturus esset. Adducite fratrem vestrum vobiscū? Iudas quoq; dixit patri suo. Mitte puerum mecum, vt proficiscamur, & possim

vinere: ne moriamur nos, & paruuli nostri. Ego suscipio puerum: de manu mea require illum. nisi redxero, & reddidero eum tibi, ero peccati reus in te, omni tempore. Si non intercessisset dilatio, iam vice altera venissemus. Igitur Israel pater eorum dixit ad eos. Si sic necesse est, facite quod vultis: sumite de optimis terræ fructibus in vasis vestris. & deserte viromunera: modicum resinoꝝ, & mellis, & styracis, stactes. & terrebinthi, & amygdalarum. Pecuniam quoque duplicem ferte vobiscum: & illam quam inuenistis in sacculis, reportate, ne forte errore factum sit. Sed & fratrem vestrum tollite, & ite ad virum. Deus autem meus omnipotens faciat vobis eum placabilem, & remittat vobiscum fratrem vestrum quem tenet in vinculis, & hunc Benjamin: ego autem quasi orbatus absque liberis ero.

¶ Ex epistola prima Pauli ad Corinthios. Lectio. ij.

E Vigilate iuste : & nolite peccare, ignorantiam enim dei quidam habent. Ad reuerentiã vobis loquor. Sed dicit aliquis, Quomodo resurgit mortui? quali autem corpore venient? Inspiẽs tu, quod feminas nõ viuificatur, nisi prius moriatur? Et quod feminas: non corpus quod futurũ est feminas, sed nudum granũ, vtputa tritici, aut alicuius cæterorum. Deus autem dat illi corpus sicut vult: & vnicuique seminum propriũ corpus. Non omnis caro, eadem caro: sed alia hominum, alia pecorum, alia autem volucrũ, alia pisciũ. Et corpora cælestia, & corpora terrestria, sed alia quædam cælestium gloria: alia autem terrestriũ, alia claritas solis, alia claritas lunę, & alia claritas stellarũ. Stella enim à stella differt in claritate: sic & resurrectio mortuorum, seminatur in corruptione. Surget in incorruptione, seminatur in ignobilitate, surget in gloria. Seminatur in infirmitate: surget in virtute.

Seminatur corpus animale: surget corpus spirituale. Si corpus animale est & corpus spirituale, sicut scriptũ est. Factus est primus homo Adam, in animã viuentem: nouissimũ Adam in spiritum viuificantem. Sed non prius quod spirituale est: sed quod animale: deinde quod spirituale. Primus homo de terra, terrenus: secundus homo de cælo, cælestis. Qualis terrenus: tales & terreni. & qualis cælestis: tales & cælestes. Igitur sicut portauimus imaginem terreni: portemus & imaginem cælestis. Hoc autem dico fratres: quia caro & sanguis, regnum Dei possidere non possunt: neque corruptio, incorruptelam possidebit. Ecce mysterium vobis dico. Omnes quidẽ resurgemus: sed non omnes immutabimur. In momento, in ictu oculi, in nouissima tuba (canet enim tuba) & mortui resurgent incorrupti: & nos immutabimur. Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem: & mortale hoc induere immortalita-

tem. Cùm autem mortale hoc induerit immortalitatem: tunc fiet sermo qui scriptus est, Absorpta est mors in victoria. Vbi est mors victoria tua? Vbi est mors stimulus tuus? Stimulus autem mortis, peccatum est: virtus verò peccati, lex. Deo autem gratias qui dedit nobis victoriam per dominum nostrum Iesum Christum. Itaque fratres mei dilecti, stabiles estote, & immobiles: abundantes in opere domini, semper scientes quod labor vester non sit inanis in domino.

¶ *Ex sermone sancti Augustini epi. Lectio tertia.*

I Deoque omnibus modis detestanda sunt vena ortetalis erroris, qui impia nouitate præsumit asserere filium Dei, ac filium hominis vni⁹ esse nature. In alterutra enim parte, vel quod solum hominem fuisse dixerit, negabit conditoris gloriã: vel qui solum deum, negabit misericordiam redemptoris. Quo genere non facile Arrianus euangelicam poterit habere veritatem: ubi filium Dei nunc equalẽ legimus nunc minorẽ. Qui

enim vnus nature saluatore nostrum, mortifera persuasionẽ crediderit: solum hominẽ aut solum deum cogetur dicere crucifixum. Sed non ita est. mortẽ enim, nec solus deus sentire: nec solus homo superare potuisset. Nos ergo nouerimus in Christo duplicem geminamque substantiam, De patre celestem, de matre terrenam.

Quam vtrãque in vno eodemque redemptore suis promptum est testimoniis explicare. Quasi homo dicebat, Quia pater maior me est, sed idẽ quasi Deus pronuntiabat, Ego & pater vnum sumus. Quasi homo dicebat, Tristis est anima mea vsque ad mortem, sed quasi de⁹ fiducialiter loquebatur, Potestatem habeo ponendi animam meam, & potestatem habeo iterum sumendi eam. Quasi homo in cruce pendeat, sed quasi deus regnum celeste donabat.

¶ *Sabbato, ex Genesi.*

Lectio prima.

T Vlerunt ergo viri mœnura, & pecuniã duplicem, & Benjamin: descenderuntque in Aegy-

ptum, & steterunt coram Ioseph. Quos cum ille vidisset, & Benjamin simul, præcepit dispensatori domus suæ, dicens. Introduc viros domû, & occide vitimas, & instrue conuiuium quoniam hodie mecum sunt comesturi meridie. Feceit ille sicut sibi fuerat imperatum, & introduxit viros domû. Ibiq; exterriti, dixerunt mutuo. Propter pecuniam quæ retulimus prius in saccis nostris, introducti sumus: vt deuoluat in nos calumniã, & violenter subiiciat seruituti & nos, & asinos nostros. Quã obrem in ipsis foribus accedentes, ad dispensatorem locuti sunt. Oramus dñe, vt audias nos, iam ante descendimus, vt emeremus escas. Quibus emptis, cū venissemus ad diuersoriũ, aperuimus saccos nostros & inuenimus pecuniam in ore saccorũ, quã nunc eodem pondere reportauimus. Sed & aliud attulimus argentum, vt emamus quæ nobis necessaria sunt. Non est in nostra conscientia, quis posuerit eam in mar-

supiis nostris. At ille respõdit. Pax vobiscũ, nolite timere: Deus vester, & deus patris vestri dedit vobis thesauros in saccis vestris. nam pecuniam quam dedistis mihi, probatã ego habeo. Eduxitq; ad eos Simeon. Et introductis domum, attulit aquam, & lauerunt pedes suos, deditq; pabulum asinis eorũ. Illi verò parabat munera, donec ingrederetur Ioseph meridie. audierant enim quod ibi comesturi essent panẽ. Igitur ingressus est Ioseph domũ suam, obtuleruntq; ei munera, tenentes in manibus suis: & adorauerunt proni in terram. At ille clemẽter resalutatis eis, interrogauit eos, dicens. Sanus ne est pater vester senex, de quo dixeratis mihi, Adhuc viuit? Qui responderunt, Sospes est senus tuus pater noster, adhuc viuit. Et incuruati, adorauerunt eum.

¶ Ex epistola prima Pauli ad Corinth. cap. 16. Lcc 13.

DE collectis autem quæ sũt in sanctos sicut ordinauit ce-

clesijs Galatiæ, ita & vos
 facite. Per vnam sabbati v-
 nusquisque vestrum apud
 sese reponat, & recondens
 quod ei bene placuerit: vt
 non cūm venero, tunc col-
 lecta fiant. Cūm autē præ-
 sens fuero: quos probaue-
 rit per epistolas, hos mit-
 tam perferre gratiam ve-
 stram, in Ierusalem. Quod
 si dignū fuerit, vt ego eā:
 mecum ibunt. Veniam au-
 tem ad vos cūm Macedo-
 niam pertransiero, nā Ma-
 cedoniam pertransibo. A-
 pud vos autem forsitā ma-
 nebo, vel etiam hyemabo:
 vt vos me deducatis quo-
 cunque iero. Nolo enim
 vos modo in transitu vide-
 re. spero enim, me aliquā-
 tulum temporis manere a-
 pud vos: si dominus permi-
 serit. Permanebo autem
 Ephesi, vsque ad penteco-
 sten. Ostium enim mihi a-
 pertum est, magnū, & eui-
 dens & aduersarij multi. Si
 autem venerit Timotheus:
 videte vt sine timore sit a-
 pud vos. opus enim domi-
 ni operatur, sicut & ego.
 Ne quis ergo illū spernat.
 deducite autem illū in pa-

ce: vt veniat ad me, expe-
 cto enim illum cum fratri-
 bus. De Apollo autem fra-
 tre vobis notū facio, quo-
 niam multum rogavi eū,
 vt veniret ad vos cum fra-
 tribus: & vtique non fuit
 voluntas eius, vt nunc ve-
 niret. veniet autem cūm ei
 vacuum fuerit. Vigilate,
 state in fide, viriliter agite,
 & confortamini: omnia ve-
 stra in charitate fiant. Ob-
 secro autē vos fratres, no-
 stis domum Stephanæ, &
 Fortunati, & Achaici quo-
 niā sunt primitiæ Achatæ,
 & in ministerium sancto-
 rum ordinauerūt seipsos:
 vt & vos subditi sitis eius-
 modi, & omni cooperanti,
 & laboranti. Gaudeo autē
 in præsentia Stephanæ, &
 Fortunati, & Achaici. quo-
 niā id quod vobis deerat,
 ipsi suppleuerunt refece-
 runt enim & meum spiri-
 tum, & vestrū. Cognoscite
 ergo, qui eiusmodi sunt.
 Salutant vos omnes eccle-
 siæ Asiæ. Salutāt vos in do-
 mino multum, Aquila, &
 Priscilla cū domestica sua
 ecclesiā, apud quos & ho-
 spitor. Salutāt vos omnes

fratres. Salutate Inuicem in osculo sancto Salutatio mea, manu Pauli. Si quis non amat dominum nostrum Iesum Christum, sit anathema: maranatha. Gratia dñi nostri Iesu Christi vobiscum. Charitas mea cū omnibus vobis in Christo Iesu. Amen.

Secundū Ioānem. cap. 14.

Lectio tertia.

In illo tēpore: Dixit Iesus discipulis suis. Si diligitis me mandata mea seruare. & ego rogabo patrem, & alium paracletum dabit vobis. Et reliqua.

Homilia sancti Aug. epi.

Vdium⁹ fratres cū

Aeuāgelium legere tur: dominum dicētem. Si diligitis me, mandata mea seruare: & ego rogabo patrem, & alium paracletū dabit vobis: vt maneat vobiscum in æternū spiritū veritatis: quē mundus non potest accipere: quia nō videt eum nec scit eum. Vos autē cognoscetis eum: quia apud vos manebit, & in vobis erit. Multa sunt quæ in istis paucis verbis domini requirātur.

Sed multum est ad vos: vel omnia quæ hic querenda sunt querere, vel omnia quæ hic querimus inuenire. Veruntamen quantum nobis dominus donare dignetur: pro nostra, & vestra capacitate: quid dicere debeam⁹: & quid discere, & audire debeatis attendite, per nos, charissimi, quod possumus sumite: & ab illo quod nō possum⁹: poscite. Spiritum paracletū Christus promisit apostolis. Quomodo autem promiserit: aduertamus. Si diligitis me (inquit) mandata mea seruare, & ego rogabo patrem, & alium paracletum dabit vobis: vt maneat vobiscum in æternum spiritum veritatis. Hic est utique in trinitate spūs sanctus, quē patri, & filio cōsubstantialē, & cōternū, & cōæqualem fides catholica confitetur.

¶ Si in die Pēteco. incidit festum simplex, o mittitur omnino, si autem incidit infra octauā, sit commemoratio de eo in antiphona: et dictū. Iūi in dominica prima aduentus. Sā

In festo Pentecostes.

verò fuerit duplex, transferendum est post octauam.

Festum Pentecostes duplex maius. Ad vesperat. Hy^o.

Veni creator spiritus,
Mentes tuorum visita,
Imple superna gratia,

Quae tu creasti pectora.

Qui paracletus diceris:
Donum dei altissimi,
Fons viuus, ignis charitas,
Et spiritalis unctio.

Tu septiformis munere,
Dextrae Dei tu digitus:
Tu rite promissum patris
Sermone ditans guttura.

Accende lumen sensibus,
Infunde amoris cordibus:
Infirma nostri corporis
Virtute firmans perpetim.

Hostem repellas longius:
Pacemque dones protinus:
Ductore sic te praeuio
Vitamus omne noxium.

Per te sciamus da patrem:
Noscamus atque filium:
Te vtriusque spiritum
Credamus omni tempore.

Gloria patri domino,
Natusque qui a mortuis
Surrexit, ac paracleto
In saeculorum saecula. Amen.

Ant. Non vos relinquam
Orphanos, alleluia, vado
& venio ad vos, alleluia,

& gaudebit cor vestrum,
alleluia. *Oratio.*

Deus, qui hodierna
die fidelium corda,
sancti spiritus illuminatione docuisti: da nobis in eodem spiritu recte sapere & eius semper consolatione gaudere. Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum. Qui tecum viuere & regnat. &c.

Ad Matutinum, Inuitatorium. Alleluia, Spiritus domini repleuit orbem terrarum. Venite adoremus: alleluia. *Hymnus.*

Iam Christus astra ascenderat:

Reuersus vnde venerat
Promissum patris munere
Sanctum daturus spiritum.

Solennis urgebat dies,
Quo mystico septemplici,
Orbis volutus septies,
Signat beata tempora.

Dum hora cunctis tertia
Repente mundus intonat:
Orantibus apostolis
Deum venisse nuntiat.

De patris ergo lumine,
Decorus ignis almus est:
Qui fida Christi pectora
Calore verbi compleat.

Impleta gaudent viscera:

Afflata sancto spiritu:
Voces diuersas intonant
Fantur Dei magnalia.

Ex omni gente cogniti:
Græcis, latinis, Barbaris.
Cūctisque admirantibus:
Linguis loquūtur omniū.

Iudæa tunc incredula,
Vesana toruo spiritu:
Ructare musti crapulam
Alinos Christi cōcrepat.

Sed signis, & virtutibus:
Occurrit, & docet Petrus,
Falsa profari perfidos,
Iohēle teste comprobans.

Gloria patri dom. &c. vt
supra. & sic terminat. r. oēs
hymni in oib⁹ horis, vsq;
ad dñicā trinit. exclusiue.

In Factus est repēte de ce
lo sonus aduentū spirit⁹
vehementis, alleluia, alle.

Ex Iohel. ppheta. cap. 2.
Lectio prima.

Noli timere terra, ex
ulta, & latare: quo-
niam magnificauit
dominus, vt faceret. No-
lice timere animalia regio-
nis: quia germinauerunt
spectosa deserti: quia li-
gnum attulit fructū suū,
ficus & vinea dederūt vir-
tutem suam. Et filij Sion
exultate, & lætamini in do-

mino deo vestro: quia de-
dit vobis doctorem iusti-
tiæ, & descendere faciet ad
vos imbrem matutinum,
& serotinum sicut in prin-
cipio. Et implebūtur aræ
frumento, & redundabunt
torcularia vino, & oleo. Et
reddam vobis annos quos
comedit locusta, bruchus,
& rubigo, & eruca. Fortitu-
do mea magna, quam mihi
in vos. Et comedetis vescē-
tes, & saturabimini: & lau-
dabitis nomen domini dei
vestri, qui fecit mirabilia
vobiscum, & non confun-
detur popul⁹ meus in sem-
piternum. Et scietis quia
in medio Israel ego sum:
& ego Dominus Deus ve-
ster, & non est amplius: &
non cōfundetur populus
meus in æternum. Et erit
post hæc: Effundam spiri-
tum meum super omnem
carnem, & prophetabūt fi-
lij vestri, & filix vestræ: se-
nes vestri sōmnia sōmnia-
bunt, & iuuenes vestri vi-
siones videbunt. Sed & su-
per seruos meos, & ancil-
las in diebus illi: effundam
spiritū meū. Et dabo pro-
digia in celo, & in terra,

In festo Pentecostes.

fanguinem, & ignem, & vaporem fumi. Sol cōuertetur in tenebras, & luna in sanguinem: antequam veniat dies domini, magnus, & horribilis. Et omnis qui inuocauerit nomen domini, saluus erit, quia in monte Siō, & in Ierusalem erit saluatio, sicut dixit dominus, & in residuis quos dominus vocauerit.

Acta apostolorum. cap. i.

Lectio secunda.

Primum quidem sermonem feci de omnibus d̄ Theophilæ, quæ cœpit Iesus facere, & docere, vsque in diem qua præcipiens apostolis per Spiritum sanctum, quos elegit assumptus est, quibus & præbuit seipsum viuū, post passionem suam, in multis argumentis, per dies quadraginta apparēs eis, & loquens de regno dei. Et cōuescens præcepit eis, ab Ierosolymis ne discederent, sed expectarēt promissionem patris, quam audistis (inquit) per os meū: quia Ioānes quidem baptizauit aqua, vos autem baptizabimini Spiritu sancto non

post multos hos dies. Igitur qui cōuenerant, interrogabant eum, dicentes. Domine, si in tēpore hoc restitues regnū Israel? Dixit autem eis. Non est vestrum nosse tēpora vel momenta, quæ pater posuit in sua ipsius potestate: sed accipietis virtutem superuenientis Spiritus sancti in vos, & eritis mihi testes in Ierusalē, & in omni Iudæa, & Samaria, & vsque ad vltimum terræ. Et cū hæc dixisset, videntibus illis, eleuatus est: & nubes suscepit eum ab oculis eorum. Cūque inuerteretur in cælum euntem illū: ecce duo viri astiterunt iuxta illos in vestibus albis, qui & dixerunt. Viri Galilæi, quid statis aspicientes in cælū, hic Iesus qui assumptus est à vobis in cælum, sic veniet, quæadmodum vidistis eū euntem in cælū. Tūc reuersi sunt Ierosolymam à monte qui vocatur Oliveti, qui est iuxta Ierusalem, sabbati habēs iter. Et cū introissent, in cœnaculum, ascenderūt vbi manebat Petrus, & Ioannes,
& Ia-

& Iacobus, & Andreas, & Philippus, & Thomas, Bartholomaeus, & Mattheus, Iacobus Alphaei, & Simon Zelotes, & Iudas Iacobi, hi omnes erant. perseverantes unanimiter in oratione, & obsecratione cum mulieribus, & Maria matre Iesu, & fratribus eius.

Secundus Ioannes. cap. 14.

Lectio tertia.

In illo tpe: Dixit Iesus discipulis suis, Si quis diligit me, sermonem meum servabit, Et pater meus diligit eum: & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus. Et reli.

Homilia sancti Greg. pap.

Libet, fratres mei charissimi, euangelice verba lectionis sub breuitate transcurrere: ut post diutius liceat in contemplatione tantae solemnitatis immorari. Hodie namque, spiritus sanctus, repetito sonitu, super discipulos venit, mentesque carnalium in sui amore permutavit, & foris apparentibus linguis igneis, intus facta sunt corda flammantia. Quia dum deum in ignis visio-

ne suscipiunt per amorem suauiter arserunt. Ipse namque spiritus sanctus, amor est. Vnde & Ioannes dicit Deus charitas est. Qui ergo mente integra deum desiderat: profecto iam habet quem amat. Neque enim quisquam posset deum diligere: si eum, quem diligit non haberet. Sed ecce, si vnusquisque vestrum requiritur an diligit deum: tota fiducia & secunda mente respondeat, diligo. In ipso autem lectionis exordio audistis, quod veritas dixit, Si quis diligit me, sermonem meum servabit. Probatio ergo dilectionis, exhibitio est operis. Hinc in epistola sua idem Ioannes dicit: Qui dicit, quia diligo deum, & mandata eius non custodit, mendax est. Verè etenim deum diligimus, si mandata eius custodimus, si nos à nostris voluptatibus coarctamus. Nam qui adhuc per illicita desideria defluit, profecto deum non amat, quia ei in sua voluntate contradicit.

Ad laudes. Antiphona.

Accipite spiritum sanctum,

B.

N.

T.

quorū remiseritis peccata remittuntur eis alleluia.

Oratio. Deus qui hodie-
na die. & c. *vt supra.* **¶ Ad
vesperas.** **Hymnu:** Veni
creator. & c. *vt supra. aha.*

Hodie completi sunt dies
Pentecostes alleluia, ho-
die Spiritus sanctus in i-
gne discipulis apparuit, &
tribuit eis charismatū do-
na, misit eos in vniuersum
mundum predicare, & te-
stificari, Qui crediderit,
& baptizatus fuerit, saluus
erit alleluia.

**¶ Notandum, quod Inui-
tatorū, hymni, & añx hu-
ius diei dicuntur vsque ad
dominicā trini. exclusiue.**

**¶ Feria. ij. de octa. dup. ex
Genesi. Lectio prima.**

AT tollens autem Io-
seph oculos, vidit
Benjamin fratrem
suum vterinum, & ait. Ille
est frater vester paruulus
de quo dixeratis mihi? Et
rursus. Deus, inquit, mi-
seretur tui fili mi. Festina
utque, quia commota sue-
rant viscera eius super fra-
tre suo, & erumpebant la-
chrymæ: & introiens cubi-
culum, fleuit. Rursumq̄,

lota facie egressus, conti-
nuit se, & ait. Ponite panes
Quib⁹ appositis, seorsum
Ioseph, & seorsum fratri-
bus, Aegyptiis quoq; qui
vescebatur simul, seorsum
(illicitum est enim Aegy-
ptiis comedere cum He-
bræis, & prophanū putant
huiuscemodi conuiuium)
federūt coram eo: primo-
genitus iuxta primogeni-
ta sua, & minimus iuxta æ-
tatem suam. Et mirabatur
nimis, sūptis partib⁹ quas
ab eo acceperāt: maiorque
pars venit Benjamin, ita vt
quinq; partib⁹ excederet.
Biberūtq̄, & inebriati sunt
cum eo. Præcepit autem
Ioseph dispensatori domus
sue, dicens. Imple saccos
eorum frumento, quātum
possunt capere: & pone pe-
cuniam singulorū in sum-
mitate sacci. Cyphum autē
meū argenteum, & pretiū
quod dedit tritici, pone in
ore sacci iunioris, factūq̄
est ita. Et orto mane, dimis-
si sunt cum asinis suis.

¶ Ex Actis apost. Lectiij.

IN diebus illis exurgens
Petr⁹ in medio fratrum,
dixit, (Erat autē turba

hominum simul, ferè centum viginti.) Viri fratres, oportet impleri scripturà quã prædixit spiritus sanctus per os David, de Iuda, qui fuit dux eorũ qui comprehenderunt Iesum: qui connumeratus erat in nobis, & sortitus erat sortè ministerij huius. Et hic quidem possedit agrũ de mercede iniquitatis, & suspensus crepuit mediũ, & diffusa sunt omnia viscera eius. Et notum factum est omnibus habitantibus Ierusalẽ: ita vt appellaretur ager ille, lingua eorũ, Haceldema, hoc est, ager sanguinis. Scriptũ est enim in libro Psalmorum, Fiat commemoratio eorũ deserta, & non sit qui habitet in ea. Et episcopatum eius accipiat alter. Oportet ergo ex his viris qui nobiscũ sunt cõgregati in omni tempore, quo intrauit, & exiit inter nos dominus Iesus, incipiens à baptisimismate Ioannis vsq; ad diem qua assumptus est à nobis, testè resurrectionis eius nobiscum fieri vnum ex istis. Et statuerũt duos, Ioseph qui

vocatur Barfabas, qui cognominatus est iustus, & Mathiam. Et orantes, dixerunt, Tu domine, qui corda nosti omnium, ostende quem elegeris ex his duobus vnum accipere locum ministerij huius, & apostolatus, de quo præuaricatũ est Iudas, vt abiret in locũ suum. Et dederunt sortes eis, & cecidit fors super Mathiam, & annumeratus est cum vndecim apostolis. Et cũ compleretur dies Pentecostes, erant omnes pariter in eodẽ loco: & factus est repente de cælo sonus, tanquam aduenientis spiritũs vehemẽtis, & repleuit totã domum, vbi erant sedentes. Et apperuerunt illis dispersitæ linguæ tanquam ignis, seditq; super singulos eorum: & repleti sunt omnes spiritu sancto & cœperunt loqui variis linguis, prout Spiritus sanctus dabat eloqui illis. Erant autẽ in Ierusalẽ habitantes Iudæi, viri religiosi ex omni natione q̃ sub cælo est. Facta autem hac voce, conuenit multitudo, & mente confusa est: quò-

niam audiebat vnusquisq; lingua sua illos loquentes. Stupebāt autem omnes, & mirabantur, adinuicem dicentes, Nōne ecce omnes isti qui loquuntur, Galilæi sunt? & quomodo nos audimus vnusquisque linguā nostrā, in qua nati sumus? Parthi, & Medi, & Aelamitæ, & qui habitāt Mesopotamiam, Iudæā, & Cappadociam, Pontū, & Asiam, Phrygiam, & Pamphylia, Aegyptum, & partes Lybyz quæ est circa Cyrenæ, & aduenz Romani, Iudæi quoque, & Profelyti, Cretes, & Arabes, audiuimus eos loquentes nostris linguis magnalia dei.

Secundum Ioannē. cap. 3.

Lectio tertia.

In illo tēpore: Dixit Iesus discipulis suis. Sic deus dilexit mundū, vt filiū suū vnigenitū daret, vt omnis qui credit in illū non pereat: sed habeat vitam æternam. Et reliqua.

Homilia sancti Augu. epi.

Sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, sic exaltari oportet filiū hominis, vt omnis qui

credit in eum, non pereat: sed habeat vitam æternam. Quomodo qui intuebantur illū serpentē, nō peribant moribus serpentum: sic qui intuentur fide mortem Christi, sanātur à moribus peccatorū. Sed illi sanabātur à morte ad vitam temporalem: hi autē vt habeant vitā æternā. Hoc enī interest, inter figuratā imaginem, & rem ipsam. Figura præstabat uitam temporalem: res ipsa, cuius figura illa erat, præstat vitam æternam. Non enim misit Deus filiū suū in mūdum, vt iudicet mundum sed vt saluetur mundus p̄ ipsum. Ergo quantum in medico est, sanare venit ægrotum. Sed ipse se interimit, qui præcepta medici obseruare nō vult. Venit saluator in mundum. Quare saluator dictus est mundi, nisi vt saluet mundū: nō vt iudicet mundū? Saluari non vis ab ipso? Ex teipso iudicaberis? Et quid dicā iudicaberis? Vide qd ait. Qui credit in eum, non iudicatur. Qui autem non credit, quid dicturum speras

ant quid diciturus erat, nisi iudicatur? Iam (inquit) iudicatus est.

Oratio.

Deus, qui apostolis tuis sanctum dedisti spiritum, concede plebi tuę pię petitionis effectum: ut quibus dedisti fidem: largiaris & pacē. Per in unitatē eiusdem.

¶ Feria tertia, de octa. du. ex Genes. Lectio prima.

Iamque urbem exierāt, & processerant paululum: tunc Ioseph accersito dispensatore domus, ait, Surge, inquit, & persequere viros: & apprehēsis dicito, **Q**uare reddidistis malum pro bono? Cyph⁹ quem furati estis, ipse est in quo bibit Dñs meus, & in quo augurari solet. pessimam rem fecistis. Fecit ille ut iusserat. Et apprehēsis per ordinē locutus est: **Q**ui responderunt. **Q**uare sic loquitur Dominus noster, ut serui tui tantum flagitij commiserint? Pecuniam quam inuenimus in summitate saccorū, reportauimus ad te de terra Chanaan, & quomodo consequēs est, ut furati simus de

domo Domini tui aurum vel argentum? Apud quęcunque fuerit inuentū seruorum tuorū quod quæraris, moriatur, & nos erim⁹ serui domini nostrī. **Q**ui dixit eis. Fiat iuxta vestrā sententiā ut apud quęcunque fuerit inuentum, ipse sit seruus meus, vos autem eritis innoxij. Itaque festinatō deponētes in terram sacco, aperuerūt singuli. **Q**uos scrutatus, incipiens à maiore vsq; ad minimū, inuenit cyphum in sacco Benjamin. At illi scissis vestibus, oneratisq; rursū asinis, reuersi sunt in oppidum. Primusque Iudas cū fratrib⁹ ingressus est ad Ioseph, necdū enim de loco abierat, omnesque ante eū pariter in terram corruerunt. **Q**uibus ille ait. Cur sic agere voluistis? an ignoratis quòd non sit similis mei in augurandi scientia? Cui Iudas, **Q**uid respondebimus, inquit, domino meo? vel quid loquemur, aut iustē poterimus obtinere? Deus inuenit iniquitatem seruorum tuorū: enī omnes serui sum⁹ domini

Peris. liij. Dñice Pentecostes.

mei, & nos, & apud quem inuentus est cyphus. Responditque Ioseph, Absit à me, vt sic agam: qui furatus est cyphum, ipse sit seruus meus, vos autem abite liberi ad patrem vestrum.

Ex Actis apost. Lect. ij.

S Tupebāt autē omnes, & mirabātur adinuicē dicētes, Quidnā vult hoc esse? Alij autē irridentes, dicebant, Musto pleni sunt isti. Stans autē Petrus cum vndecim, leuauit vocem suā, & locutus est eis, Viri Iudæi, & qui habitatis Ierusalem vniuersi, hoc vobis notum sit, & auribus percipite verba mea. Non enim, sicut vos æstimatis, hi ebrij sunt, cū sit hora diei tertia: sed hoc est qđ dictum est per prophetam Iohel, Et erit i nouissimis diebus, dicit dominus. Effundam de spiritu meo super omnē carnem, & prophetabunt filij vestri, & filix vestra, & iuuenes vestri visiones videbūt, & seniores vestri somnia somniabunt. Et quidem super seruos meos, & super ancillas meas in diebus illis

effundam de spiritu meo, & prophetabunt: & dabo prodigia in celo sursum, & signa in terra deorsum, sanguinem, & ignem, & vaporem fumi. Sol cōuertetur in tenebras, & luna in sanguinem, antequam veniat dies domini magnus, & manifestus. Et omnis quicumq; inuocauerit nomen Domini, saluus erit. Viri Israelitæ audite verba hęc. Iesum Nazarenum, virum approbatum à Deo, in vobis virtutib⁹, & prodigijs, & signis quę fecit De⁹ per illum in medio vestri, sicut vos scitis, hūc desinito cōsilio, & præscientia dei traditum, per manus iniquorum, affligentes interemistis: quem Deus suscitauit solutis doloribus inferni, iuxta quod impossibile erat teneri illum ab eo. Dauid enim dicit in eū, Prouidebā dominum in conspectu meo semper: quoniam à dextris est mihi, ne cōmouear. propter hoc lætatum est cor meū, & exultauit lingua mea, in super & caro mea requiescet in spe Quoniam nō dereliqui-

ques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum videre corruptionem. Notas mihi fecisti vias vite: replebis me iucunditate cum facie tua. Viri fratres, liceat audenter dicere ad vos de patriarcha Dauid: quoniam & defunctus est, & sepultus est, & sepulchrum eius est apud nos usque in hodiernum diem. Propheta igitur cum esset, & sciret quia iureiurando iurasset illi deus, de fructu lumbi eius sedere super sedem eius: providens loquitur est de resurrectione Christi, quia neque derelictus est in inferno, neque caro eius vidit corruptionem. Hunc Iesum resuscitavit Deus, cuius nos omnes testes sumus. Dextera igitur dei exaltatus, & promissione spiritus sancti accepta à patre effudit hoc donum quod vos videtis, & auditis. Non enim Dauid ascendit in cœlum: dicit autem ipse, Dixit dominus domino meo, sedem à dextris meis, Donec ponam inimicos meos, sicut bellum pedum tuorum. Cer-

tissimè sciat ergo omnis dominus Israel, quia & dominum eum, & Christum fecit Deus, hunc Iesum, quem vos crucifixistis.

Secundum Iohannem. cap. 10.

lectio tertia.

In illo tempore Dixit Iesus Phariseis. Amè amè dico vobis: qui non intrat per ostium in ovile ovium, sed ascendit aliunde, ille fur est & latro. Et reli.

Homilia sancti Aug. epi.

Dominus Iesus similitudinem proposuit in hodierna lectione de grege suo, de ostio quo intratur ad ovile. Dicat ergo pagani vel Iudæi, vel hæretici. Bene vivimus. Si per ostium non intrant, quid eis prodest? unde gloriantur? Ad hoc enim debet unicuique prodesse bene vivere ut detur ei semper vivere. Nam cui non datur semper vivere, quid prodest bene vivere? Quia nec bene vivere dicendi sunt: qui finem bene vivendi, vel per cœcitatē nesciunt vel per inflationem cōtempnūt. Nō est autem cuiquam spes vera,

& certa semper viuendi: nisi agnoscat vitam quæ est Christus: & per ianuam intret in ouile. Quæ sunt ergo plerunque tales homines etiã persuadere hominibus vt bene viuant, & Christiani non sint. Per aliam partem volunt ascendere, rapere, & occidere: non vt pastor conseruare, atque saluare. Fuerunt ergo quidam philosophi, de virtutibus, & vitis subtilia multa tractantes: diuidentes, diffinientes, ratiocinantes, acutissimos syllogismos concludentes, libros implentes, suam sapiẽtiam buccis concrepantibus ventilantes: qui etiã dicere auderẽt hominibus: Nos sequimini, sectam nostrã tenete, si vultis bene viuere. Sed non intrabant per ostium, perdere volebãt, manere, & occidere. **Oratio.**

AD sit nobis domine quæ sumus virtus spiritus sancti: quæ & corda nostra clemẽter expurget, & ab omnibus tueatur aduersis. Per in unitate eiusdem spiritus sancti deo, Per omnia sæcula, &c.

Feria quarta de octa. 27
Genesi. Lectio prima.

Accedens autẽ propius Iudas, cõfidenter ait. Oro domine mi, loquatur seruus tuus verbum in auribus tuis, & ne irascaris famulo tuo. Tu es enim post Pharaonẽ dominus meus, Interrogasti prius seruos tuos: Habebis patrem aut fratrem? & nos respõdimus tibi domino meo: Est nobis pater senex, & puer paruulus, qui in senectute illius natus est, cuius vterinfrater mortuus est: & ipsum solum habet mater sua, pater verò tenere diligit eum. Dixisti que seruis tuis. Adducite eum ad me, & ponã oculos meos super illum. Suggestimus tibi domino meo: Non potest puer relinquere patrem suum: si enim illum dimiserit, morietur. Et dixisti seruis tuis. Nisi venerit frater vester minimus vobiscum, non videbitis amplius faciem meam: Cũ ergo ascēdissemus ad famulum tuum patrem nostrum, narrauimus ei omnia quæ loqua-

tus est dominus meus. Et dixit pater noster. Reuertimini & emite nobis parum tritici. Cui diximus, Ire non possumus. Si frater noster minimus descenderit nobiscum proficiscemur si-bi, multo magis in illo absente, non audemus videre faciem viri. At ille respondit. Vos scitis, quod duos filios genuerit mihi uxor mea. Egressus est vnus, & dixistis, Bestia deuorauit eum, & huic siue non comparet. Si tuleritis & istum, & aliquid ei in via contigerit, deducetis canos meos cum merore ad inferos. Igitur si intrauero ad seruum tuum patrem nostrum, & puer defuerit, cum anima illius ex huius anima depedeat, videritque eum non esse nobiscum, morietur, & deducet famuli tui canos eius cum dolore ad inferos. Ego proprie seruus tuus sum, qui in meam hunc recepi fidem, & spondi, dicens, Nisi reduxero eum, peccati reus ero in patrem meum omni tempore. Manebo itaque seruus tuus pro puero in ministerio Domini

mei, & puer ascendat cum fratribus suis. Non enim possum redire ad patrem, absente puero: ne calamitas quae oppressura est patrem meum, testis assilla.

¶ Ex Actis apost. Lect. ij.

His autem auditis contenti sunt corde, & dixerunt ad Petrum, & ad reliquos apostolos. **Q**uid faciemus, viri fratres? Petrus autem ad illos, Penitentiam (inquit) agite, & baptizetur vnusquisque vestrum in nomine Iesu Christi in remissionem peccatorum vestrorum: & accipietis donum spiritus sancti. Vobis enim est repromissio, & filiis vestris, & omnibus qui loquuntur, quoscunque aduocauerit domini deus noster. Aliis etiam verbis plurimis testificatus est, & exhortabatur eos, dicens. Saluamini a generatione ista praua. **Q**ui ergo receperunt sermonem eius, baptizati sunt: & appositae sunt in die illa animarum circiter tria millia. Erant autem perseverantes in doctrina apostolorum, & communicatione, fra-

ctione panis, & orationibus. Fiebat autē omni animæ timor: multa quoque prodigia, & signa per apostolos fiebant in Ierusalē, & metus erat magnus in vniuersis. Omnes etiam qui credebant, erant pariter, & habebant omnia cōmunia. Possessiones, & substantias vendebant, & diuidebant illa oībus, prout cuique opus erat. Quotidie quoque perdurantes vnanimiter in tēplo, & frāgentes circa domos panem, sumebant cibū cū exultatione, & simplicitate cordis, collaudantes deū, & habentes gratiam ad omnem plebem. Dominus autem agebat qui salui fierēt quotidie in idipsum. Petrus autem, & Ioannes, ascende bāt in templum ad horam orationis nonam. Et quidam vir qui erat claud⁹ ex vtero matris suæ, baiulabatur: quem ponebant quotidie ad portā templi, quæ dicitur Speciosa, vt peteret eleemosynam ab introeūtibus in templum. Is cū vidisset Petrum, & Ioannē incipiētes introire in tem-

plum, rogabat vt eleemosynam acciperet. Intuens autem in eum Petrus cum Ioanne, dixit. Respice in nos. At ille intendebat in eos, sperans se aliquid accepturū ab eis. Petrus autem dixit, Argentū, & aurum nō est mihi: quod autem habeo, hoc tibi do. In nomine Iesu Christi Nazareni surge, & ambula. Ea apprehēsa manu eius dextera, alleuauit eū, & protinus cōsolidatæ sunt bases eius & plantæ. Et exiliens, stetit, & ambulabat, & intrauit cum illis in templū ambulās, & exiliens, & laudās Deum. Et vidit omnis populus eum ambulantē, & laudantē deum. Cognoscebant autem illum quod ipse erat qui ad eleemosynā sedebat ad Speciosam portam templi: & impleti sunt stupore, & extati in eo quod contigerat illi.

Sesūdum Ioannē. cap. 6.

Lectio tertia.

In illo tempore: Dixit Iesus turbis Iudeorum, Nemo potest venire ad me, nisi pater qui misit me traxerit eum. Et reliqua.

Homili: sancti Aug. epi.

Quid est nemo potest venire ad me nisi qui inuiscit me pater traxerit eum? Ille uenit quem gratia Dei præuenit: qui cum propheta dicit, misericordia eius præueniet me. Præueniet uel le, subsequetur perficere. Trahit pater ad filium eos, qui propterea credunt in filium, quia eum cogitant patrem habere Deum. Deus enim pater æquale sibi genuit filium. Et qui cogitat in fide sua sentit, & ruminat æquale esse patri eum in quem credit, ipsum trahit pater ad filium. Arrius credidit creaturam, non eum traxit pater, quia non considerat patrem qui filium non credit æqualem. Quid dicis ð Arri? Quid hæreticè loqueris? Quid est Christus? Non (inquit) deus uerus: sed quem fecit deus uerus. Non te traxit pater. Non enim intellexisti patrem, cuius filium negas. Aliud cogitas: non est ipse filius, nec à patre traheris: nec ad filium traheris. Aliud est enim filius, aliud quod

tu dicis. Fotinus dixit, homo solus Christus est, non est Deus. Qui sic credit: non pater eum traxit. Quem pater traxit: tu es Christus filius Dei uiui. Non sicut propheta, non sicut Ioannes, non sicut aliquis magnus iustus: sed sicut unicus, sicut equalis tu es Christus filius Dei uiui. Vide quia tractus est, & à patre tractus est. Beatus es Simon bariona, quia tibi non reuelauit caro & sanguis, sed pater meus qui in cælis est. Ista reuelatio, ipsa est attractio. **Oratio.**

Mentes nostras quæsumus domine, para cletus quæ te procedit, illuminet, & inducat in omnem, sicut tuus promissit filius, ueritatem: qui tecum, in unitate eiusdem.

Feria. v. de octa. ex Genes. cap. 45. **Lectio. j.**

Non se poterat ustra cohibere Ioseph, multis coram astantibus: unde præcipit ut egrederetur cum ceteris foras, & nullus interesset alienus agnitioni mutus. Eleuauitque uocem eum fletu quam

Peria. v. Dñica Pentecostes.

audierunt Aegyptij om-
nisque domus Pharaonis,
& dixit fratribus suis, Ego
sum Ioseph, adhuc pater
meus viuit? Non poterant
respondere fratres, nimio
terrore perterriti. Ad quos
ille clementer, Accedite,
inquit, ad me. Et cū acces-
sissent ppe, Ego sum, ait,
Ioseph frater vester, quem
vendidistis in Aegyptum.
Nolite pauere, neque vo-
bis durum esse videatur q̄
vendidistis me in his regio-
nibus. pro salute enim ve-
stra misit me de⁹ ante vos.
Biennium est enim quòd
cœpit fames in terra esse:
& adhuc quinque anni re-
stant, quibus nec arari po-
terit, nec meti. Pramisitq̄
me deus, vt reseruemini su-
per terram, & escas ad vi-
uendum habere possitis.
Non vestro consilio, sed
Dei voluntate huc missus
sum: qui fecit me quasi pa-
trem Pharaonis, & domi-
nū vniuersæ domus eius,
ac principem in omni ter-
ra Aegypti. Festinate, & a-
scendite ad patrem meum,
& dicetis ei. Hæc mandat
filius tuus Ioseph. Deus fe-

cit me dominum vniuersæ
terræ Aegypti: descende
ad me, nō moreris, & habi-
tabis in terra Gessen: erisq̄
iuxta me tu, & filij tui, & fi-
lij filiorum tuorum. oves
tuæ, & armenta tua, & vni-
uersa quæ possides. Ibiq̄
te pascam (adhuc enī quin-
que anni residui sunt fa-
mis) ne & tu pereas, & om-
nis domus tua, & oīa quæ
possides. En oculi vestri,
& oculi fratris mei Benia-
min vidēt, quod os meum
loquatur ad vos, Nuntiate
patri meo vniuersam glo-
riam meam, & cuncta quæ
vidistis i Aegypto: festina-
te, & adducite eum ad me.

¶ Ex Actis apost. Lec. ij.

CUm teneret autē Pe-
trum, & Ioannē, cu-
currit omnis popu-
lus ad eos, ad porticū quæ
appellatur Salomonis, stu-
pentes. Videns autem Pe-
trus, respondit ad popu-
lum, Viri Israelitæ, quid
miramini in hoc, aut nos
quid intuemini, quasi no-
stra virtute aut potestate
fecerimus hūc ambulare?
Deus Abraham, & Deus
Isaac, & Deus Iacob, Deus

patrum nostrorum glorificauit filium suum Iesum, quem vos quidem tradidistis, & negastis ante faciem Pilati, iudicâte illo dimitti. Vos autem sanctum, & iustum negastis, & petiistis virum homicidam donari vobis, authorem verò vitæ interfecistis, quem deus suscitauit à mortuis, cuius nos testes sumus. Et in fide nominis eius, hunc quæ vos videtis, & nostis, confirmauit nomen eius: & fides quæ per eum est, dedit illi integrâ sanitatem istâ in conspectu omnium vestrum. Et nunc fratres scio, quia per ignorantiam fecistis, sicut & principes vestri. Deus autem quæ pronuntiavit per os omnium prophetarum pati Christum suum impleuit sic. Pœnitentini igitur, & conuertimini, ut deleantur peccata vestra: ut cum venerint tempora refrigerij à conspectu domini, & miserit eum qui predicatus est vobis Iesum Christum, quæ oportet quidem coram suscipere, usque in tempora restitutionis omnium quæ lo-

quutus est deus per os sanctorum suorum, à sæculo prophetarum. Moses quidem dixit. Quoniam prophetâ suscitabit vobis dominus Deus vester de fratribus vestris tãquam me: ipsum audietis iuxta omnia quæcunque loquutus fuerit vobis. Erat autem: Omnis anima quæ non audierit prophetâ illum, exterminabitur de plebe. Et omnes prophetæ à Samuel, & deinceps qui loquuti sunt, etiam annuntiauerunt dies istos. Vos estis filij prophetarum, & testamenti, quod disposuit Deus ad patres nostros, dicēs, ad Abraham, Et in semine tuo benedicetur omnes familiæ terræ. Vobis primum deus suscitans filium suum, misit eum benedicientem vobis: ut conuertat se vnusquisque à nequitia sua.

Secundum Lucã. cap. 9.

Leçtio tertia.

In illo tempore: Conuocatis Iesus duodecim discipulis suis, dedit illis virtutē, & potestatem super omnia dæmonia, & ut linguos curarent. Et reliq.

Homilia sancti Amb. epi.

Qualis debet esse qui euāgelizat regnum dei, præceptis euāgelicis designatur. Vt si ne virga, sine pera, sine calceamento, sine pane, sine pecunia, hoc est, subsidij secularis adminicula non requirens, fideque tutus, putet sibi quo min⁹ ea requirat magis posse suppetere. **Q**uæ possunt qui uolunt ad eum deriuare tractatum: ut spiritualementum modo locus iste uideatur formare affectū. Qui uelut indumentum quoddam uideatur corporis exuisse: non solum potestate reiecta, contemptisq; diuitiis: sed etiam carnis ipsius illecebris abdicatis. Quibus primo omnium datur pacis atque constantiæ generale mandatum: ut pacem ferant, constantiam seruent, hospitalis necessitudinis iura custodiant: alienum à predicatore regni caelestis asserens, cursum per domos, & inuiolabilis hospitij iura mutare. Sed ut hospitij gratia deferenda censetur, ita etiā si non recipiantur:

excutiendum puluerem & egrediendum de ciuitate mādatur. Quomodo mediocri boni remuneratio docetur hospitij ut nō solum pacem tribuamus hospitibus: uerum etiā si qua eos terrenæ obumbrant delicta leuitatis: receptis apostolicæ prædicationis uestigij auferatur. Nec ociosè secundum Mattheum domus quā ingrediatur apostoli: eligenda discernitur: ut mutandi hospitij necessitudinisq; uoluntatis causa non suppetat. Nō tamē eadē cautio recepturi mādatur hospitij: ne dū hospes eligitur, hospitalitas ipsa minuatur. **ora.** Deus qui hodierna. **&c. vs** supra in die Pentecostes. **&** Feria sexta, de octaua, ex Genesi. **Lectio prima.**

Cumque amplexatus recidisset in collum Bējamin fratris sui, fleuit: illo quoque similiter flete super collum eius. Osculatusque est Ioseph omnes fratres suos, & plorauit super singulos: postquam ausi sunt loqui ad eum. Auditumque est, & celebri sermone uulgatum in aula

regis, Venerunt fratres Ioseph, & gauisus est Pharaon, atque omnis familia eius, Dixitque ad Ioseph, vt imperaret fratribus suis, dicens. Onerantes iumenta, ite in terram Chanaan, Et tollite inde patrem vestrum, & cognationem, & venite ad me: & ego dabo vobis omnia bona Aegypti, vt comedatis medullam terrae. Praecepit etiam, vt tollant plaustra de terra Aegypti, ad subuectionem parauulorum suorum, ac coniugum, & dicit, Tollite patrem vestrum, & propere quantocyus venientes, nec dimittatis quicquam de suppellectili vestra: quia omnes opes Aegypti, vestrae erunt. Feceruntque filij Israel, vt eis mandatum fuerat. Quibus dedit Ioseph plaustra, secundum Pharaonis imperium, & cararia in itinere. Singulis quoque proferri iussit binas stolas: Benjamin vero, dedit trecentos argenteos cum quinque stolis optimis, tantundem pecuniae, & vestium, mittens patri suo. addens ei asinos decem,

qui subueherent ex omnibus diuitiis Aegypti, & totidem asinas: triticum in itinere, panesque portantes.

¶ *Ex Actis aposto. cap. 4.*
Lectio secunda.

Loquentibus autem illis ad populum, superuenerunt sacerdotes, & magistratus templi, & Sadduczi, dolentes quod docerent populum, & annuntiarent in Iesu resurrectionem ex mortuis: & iniecerunt in eos manus, & posuerunt eos in custodia in crastinum. erat autem iam vespera. Multi autem eorum qui audierant verbum, crediderunt. & factus est numerus virorum, quasi quinque milia. factum est autem in crastinum, vt congregarentur principes eorum, & seniores, & scribae in Ierusalem, & Annas princeps sacerdotum, & Caiphas, & Ioannes, & Alexander, & quotquot erant de genere sacerdotali. Et statuentes eos in medio, interrogabant, In qua virtute aut in quo nomine fecistis hoc vos? Tunc Petrus repletus spiritu sancto, dixit ad

Festis. vi. Diesz Pentecostes.

eos, Principes populi, & seniores Israel, si nos hodie diiudicamur in beneficio hominis infirmi, in quo iste saluus factus est, notum sit omnibus vobis, & omni plebi Israel, quod in nomine domini nostri Iesu christi Nazareni, que vos crucifixistis, que deus suscitauit a mortuis, i hoc iste astat cora vobis sanus. Hic est lapis, qui reprobatus est a vobis edificantibus, qui factus est in caput anguli: & non est in alio aliquo salus. Nec enim aliud nomen est sub celo datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri. Videntes autem Petri constantiam, & Ioannis, comperto quod homines essent sine literis, & idiotæ, admirabantur, & cognoscebant eos, quoniam cum Iesu fuerat. hominem quoque videntes stantem cum eis qui curatus fuerat nihil poterant contradicere. Iusserunt autem eos foras extra concilium secedere: & conferebant adinuicem, dicentes. **Q**uid faciemus hominibus istis?

quoniam quidem notum signum factum est per eos, omnibus habitantibus Ierusalem manifestum est, & non possumus negare. Sed ne amplius diuulgetur in populum, comminemur eis, ne ultra loquantur in nomine hoc vlli hominum. Et vocantes eos, denuntiauerunt, ne omnino loquerentur, neque docerent in nomine Iesu. Petrus vero, & Ioannes respondentes, dixerunt ad eos. Si iustum est in conspectu Dei vos potius audire quam Deum, iudicate. non enim possumus que vidimus, & audiuimus non loqui. At illi comminantes, dimiserunt eos: non inuenientes quomodo punirent eos, propter populum: quia omnes glorificabant Deum, in eoque quod acceperat. Annorum enim erat amplius quadraginta homo, in quo factum fuerat signum istud sanitatis.

Secundum Lucam. cap. 5.

Lectio tertia.

In illo tempore: Factum est in vna dierum: & ipse Iesus sedebat docens: & erant Pharisei sedentes: & legis

& legis doctores, qui uenerant ex omni castello Galilææ, & Iudææ, & Ierusalem, & uirtus domini erat ad sanandum eos. Et reliqua.

Homilia sancti Ambr. epi.

Non otiosa huius paralytici, nec angusta medicina est: quâ do dominus, & orasse premititur, non utique propter suffragium, sed propter exemplum. Imitandi enim speciem dedit, non impetrandi ambitum requisuit. Et cõuenientibus ex omni Galilæa, & Iudæa, & Ierusalem legis doctoribus: inter ceterorum remedia debiliũ paralytici quoque medicina describitur. Primum omnium quod ante diximus, unusquisque æger petendæ salutis precatores debet adhibere, per quos uitæ nostræ compago resoluta actuumq; nostrorũ clausa uestigia uerbicælestis remedio reformentur. Sunt igitur aliqui monitores mentis, quâuis exterioris corporis debilitate torpentem, ad superiora erigant. Quorum rursus

B.

N.

adminiculis, & attollere, & humiliare se possit: ut facilius ante Iesum locetur dominico uideri dignus aspectu. Humilitatem enim respicit dominus: quia respexit humilitatẽ ancillæ sue. Quorum fidem (inquit) uidebit dixit, Homo remittuntur tibi peccata tua. Magnus dominus qui aliorũ merito ignoscit aliis: & dum alios probat, aliis relaxat errata. Cur apud te o homo, collega non ualeat, cum apud Deum seruus, & interueniendi meritum, & ius habeat impetrandi? Discite qui iudicatis, ignoscere, discite qui æger es, impetrare.

Oratio.

DA quæsumus ecclesie tuæ misericors Deus: ut sancto spiritu cõgregata, hostili uulnere incurusione turbetur: Per in ueritate eiusdem spiritus sancti Deus.

Sabbato de octaua, ex Genesi. Lectio prima.

Dixit ergo fratribus suis: & proficiscentibus ait, Ne irascimini in uia. Qui ascendentes ex Aegypto, uenerunt

V

In terram Chanaan ad patrem suū Iacob. Et nuntiauerunt ei, dicentes, Ioseph viuit. & ipse dominatur in omni terra Aegypti. Quo audito, Iacob, quasi de graui somno euigilans, tamen non credebat eis. Illi e contra referebant omnem ordinem rei. Cumq; vidisset plaustra, & vniuersa quæ miserat, reuixit spiritus eius, & ait. Sufficit mihi, si adhuc Ioseph filius meus viuit: vadam, & videbo illū, antequam moriar. Profectusque Israel cum omnibus quæ habebat, venit ad puteum iuramenti, & matris ibi victimis Deo patris sui Isaac, audiuit eius visionem nocte vocantem se, & dicentem sibi. Iacob Iacob? Cui respōdit. Ecce adsum. Ait illi Deus, Ego sum fortissimus Deus patris tui: noli timere, sed descende in Aegyptum, quia in gētem magnā faciam te ibi. Ego descendam tecum illuc, & ego inde adducam te reuertentē. Ioseph quoque ponet manus suas super oculos tuos. Surrexit Iacob mane à puteo iuramenti: tuleruntque eum filij cum paruulis, & vxoribus suis in plaustris quæ miserat Pharaō ad portandum senem, & omnia quæ possederat in terra Chanaan, venitq; in Aegyptū cum omni semine suo, filij eius, & nepotes, filia, & cuncta simul progenies.

¶ Ex actis Apost. Lect. ii.

DImisi autem venerunt ad suos: & annuntiauerunt eis quæ ta ad eos principes sacerdotum, & seniores dixissent. Qui cū audissent, vnanimiter leuauerunt vocē ad Deum, & dixerunt, Domine, tu es qui fecisti cælum, & terram, mare, & omnia quæ in eis sunt, qui spiritu sancto per os patris nostri David pueri tui dixisti, Quare fremuerunt gētes, & populi meditati sunt inania? Assiterunt reges terræ, & principes conuenerunt in vnū, aduersus dominum, & aduersus Christum eius. Cōuenerūt enim verè in ciuitate ista, aduersus sanctū puerū tuum Iesum, quem vnxisti, Herodes, & Pontius Pilatus, cū

gentibus, & populis Israel
facere, quæ manus tua, &
consiliū tuum decreuerūt
fieri. Et nūc domine respi-
ce in minas eorū, & da ser-
uis tuis cum omni fiducia
loqui verbum tuum, in eo
quod manū tuā extendas
ad sanitates, & signa, & p-
digia fieri per nomen san-
cti filii tui Iesu. Et cū or-
rassent, motus est locus in
quo erant cōgregati: & re-
pleti sunt omēs spiritu san-
cto, & loquebantur verbū
Dei cū fiducia. Multitu-
dinis autem credētis, erat
cor vnū, & anima vna. nec
quisquā eorum quæ possi-
debat aliquid suum esse di-
cebat, sed erant illis omnia
communīa. Et virtute ma-
gna reddebant apostoli te-
stimonium resurrectionis
Iesu Christi dñi nōstri. &
gratia magna erat ī omni-
bus illis. Neq; enim quis-
quam egēs erat inter illos.
Quotquot enim possesso-
res agrorum, aut domo-
rum erant, vendentes af-
ferebāt precia eorum quæ
vendebant, & ponebāt an-
te pedes apostolorum. Di-
uidebatur autem singulis

prout cuique opus erat. Io-
seph autem qui cognomi-
natus est Barnabas ab apo-
stolis, (quod est interpre-
tatum, filius consolatio-
nis) Leuites, Cyprius ge-
nere, cum haberet agrum,
vendidit eū, & attulit pre-
tium, & posuit ante pedes
apostolorum.

Secūdam Lucam. cap. 24.

Lectio tertia.

In illo tēpore: Surgens
Iesus de synagoga, in-
trauit in domam Simo-
nis. Socrus autem Simo-
nis tenebatur magnis fe-
bribus. Et reliqua.

*Homilia sancti Ambrosij
episcopi.*

Vide clementiam Dñi
saluatoris: nec indi-
gnatione cōmotus,
nec scelere offēsus: nec in-
iuria violatus Iudæam de-
seruit. Quinetiam imme-
mor iniuriæ, memor cle-
mentię nūc docendo, nūc
liberando, nūc sanādo, ple-
bis corda demulcet. Et be-
ne sanctus Lucas virū à spi-
ritu nequitie liberatū an-
te premissit: & substituit
sœminę sanitatem. Vtrun-
que enim sexum dominus

Tertie lect. occur. in Calend.

curaturus aduenerat: & prior sanari debuit, qui prior creatus est. Nec prætermitti illa debuit, quæ mobilitate magis animi quàm prauitate peccauerat. Sabbatho dominicæ medicinæ opera cœpta significant: ut inde creatura noua cœperit, ubi vetus creatura ante desierat. Nec sub lege esse Dei filium, sed supra legem in ipso principio designaret, nec soluere legem, sed adimplere. Neque enim per legem: sed verbo factus est mundus, sicut legimus. Verbo domini cæli firmati sunt. Nō soluitur ergo lex, sed impletur ut fiat renouatio hoīs iam labentis. Vnde & Apostolus, ait. Exoliantes vos veterem hominem, induite nouum: qui secundum Christum creatus est. Et bene sabbato cœpit: ut ipse ostēderet creatorem qui opera operibus intexeret, & psequeretur opus quod cœperat. *Oro.*

Mentibus nostris quæsumus domine spiritum sanctum benignus infunde: cuius & sapientia conditi sumus, &

providentia gubernamur. Per dominum in unitate. *¶ Sequitur tertie lectio. Occurrentes in Calendario ex epistola ad aduentu vsque ad trinitate quando fit de feriis.*

¶ Ex epistola beati Petri apostoli prima. Cap. 1.

Lectio tertia.

Petrus apostolus Iesu Christi, electis aduentus dispersionis Pontii, Galatiæ, Cappadociæ, Asiæ, & Bithyniæ, secundum præscientiam Dei patris, in sanctificatione spiritus, in obedientiam, & aspersionem sanguinis Iesu Christi: grā vobis, & pax multiplicetur. Benedictus Deus, & pater domini nostri Iesu Christi, qui secundum misericordiam suam magnam, regenerauit nos in spem vitam per resurrectionem Iesu Christi ex mortuis, in hereditatem incorruptibilem, & incontaminatam, & immarcescibilem conseruatam in cælis in vobis, qui in virtute Dei custodimini per fidem, in salutem paratam reuelari in tempore nouissimo,

Petri apostoli. Cap. i.

Lectio tertia.

in quo exultatis modicū
nunc si oportet contrista-
ri, in variis tentationibus:
ut pbatio vestre fidei mal-
to pretiosior auro (quod p
ignem probatur) inuenia-
tur, in laudem, & gloriam,
& honorem, in reuelatio-
ne Iesu Christi, quem cum
non videritis, diligitis, in
quem nunc quoque nō vi-
dentes creditis: credentes
autem exultatis lætitia in-
enarrabili, & glorificata, re-
portantes finem fidei ve-
stræ, salutem animarum ve-
strarum. De qua salute ex-
quisierunt, atque scrutati
sunt prophete, qui de fu-
tura in vobis gratia ppheta-
uerūt, scrutates in quod,
vel quale tempus significa-
ret in eis spiritus Christi,
prenuntians eas, quæ in
Christo sunt, passiones, &
posteriores glorias, quib⁹
reuelatum est, quod nō si-
bimetipsis, nobis autē mi-
nistrabant ea quæ nūc nū-
tiata sunt vobis per eos, q
euangelizauerūt vobis, spi-
rita sancto misso de cælo,
in quem desyderant, ange-
li prospicere.

¶ Ex epistola prima beati

Propter quod, succin-
cti lumbos mētis ve-
stræ, sobrij perfecte
sperate in eam quæ offer-
tur vobis, gratiam, in reue-
latione Iesu Christi quasi
filij obedientiæ, nunc con-
figurati prioribus ignorā-
tiæ vestre desyderiis: sed se-
cundum eum qui vocauit
vos, sanctum, ut & ipsi in
omni cōuersatione sancti
sitis: quoniā scriptum est,
Sacti eritis, quoniam ego
sanctus sum. Et si patrem
inuocatis eum qui sine ac-
ceptione personarum iudi-
cat secundum vniuscuius-
que opus: in timore, inco-
latus vestri tempore, con-
uersamini: scientes, quod
nō corruptilibus, auro vel
argento redempti estis, de
vana vestra cōuersatione
paternę traditionis: sed p-
tioso sanguine, quasi agni
immaculati Christi, & in-
contaminati, præcogniti
quidem ante mundi con-
stitutionē, manifestati au-
tem, nouissimis tēporib⁹,
ppter vos, qui per ipsum
fideles estis in Deo, qui

suscitauit eum à mortuis, & dedit ei gloriam, ut fides vestra, & spes esset in deo. Animas vestras castificantes, in obedientia charitatis, in fraternitatis amore, simplici ex corde inuicem diligite attentius: renati, non ex semine corruptibili, sed incorruptibili, per verbum Dei viui, & permanentis in æternum, quia omnis caro ut scenum: & omnis gloria eius, tanquam flos sceni. exaruit scenum: & flos eius decidit. Verbum autem domini manet in æternum. Hoc est autem verbum, quod euangelizatum est in vobis.

Ex epistola prima beati Petri apostoli. cap. 2. Lect. iij.

Depone'tes igitur omnem malitiam, & omnem dolum, & simulationes, & inuidias, & omnes detractiones, sicut modo geniti infantes, rationabiles, & sine dolo, lac concupiscite: ut in eo crescatis in salutem, si tamen gustatis quonia' dulcis est dominus. Ad quem accedentes, lapidem unum, ab hominibus quidem reprobatum à Deo autem electum,

& honorificatum: & ipsi tanquam lapides viui superedificamini, domus spiritualis sacerdotum sanctum: offerentes spirituales hostias acceptabiles Deo per Iesum Christum. Propter quod continet scriptura: Ecce pono in Sion lapidem summum angularem, probatum, electum, pretiosum, & qui crediderit in eum, non confundetur. Vobis igitur honor, credentibus, non creditibus autem, lapis quem reprobauerunt edificantes, hic factus est in caput anguli: & lapis offensionis, & petra scandali. his qui offendunt verbo, nec credunt in quo & positi sunt. Vos autem genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis, ut virtutes annuntietis eius, qui de tenebris vos vocauit, in admirabile lumem suum. Qui aliquando non populus dei, nunc autem populus dei, qui non consequuti misericordiam: nunc autem misericordiam consequuti.

*Ex epistola prima beati Petri Apostoli. Cap. 2.
Lectio tertius.*

Charissimi, obsecro vos, tanquam aduenas, & peregrinos abstinere vos à carnalibus desiderijs, quæ militat aduersus animam, conuersationem vestram inter gentes habentes bonã, vt in eo quod detractant de vobis, tanquam de malefactoribus ex bonis operibus vos cõsiderantes, glorificent deũ in die visitationis. Subiecti igitur estote omni humane creature, propter dominum: siue regi, quasi præcellenti, siue ducibus, tanquam ab eo missis, ad vindictam malefactorum, laudem verò honorũ. quia sic est voluntas Dei: vt benefacientes, obmutescere faciatis imprudentiũ hominum ignorantia: quasi liberi, & non quasi velamen habentes malitię, libertatem, sed sicut verbi dei. Omnes honorate, fraternitatem diligite, Deum timete, Regẽ honorificate, Serui subditi estote in omni timore dominis, nõ tantum bonis, & modestis, sed etiam discoloris. Hæc est enim gratia, si propter Dei cõscientiam,

sustinet quis tristitias, patiens iniuste. Quæ enim est gratia, si peccantes, & colaphizati suffertis? Sed si benefacientes patienter sustinetis: hæc est gratia apud Deum, in hoc enim vocati estis: quia & Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt sequamini vestigia eius, qui peccatum nõ fecit, nec inuentus est dolus in ore ei⁹. cui cū malediceretur, non maledicebat: cū pateretur, nõ comminabitur, traiebat autẽ iudicati se iniuste. qui peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignũ: vt peccatis mortui, iustitię viuamus, cuius liuore sanati estis. Eratis enim sicut oues errantes: sed conuersi estis nunc ad pastorem, & episcopum animarum vestrarum.

¶ Ex epistola prima beati Petri apost. cap. 3. Lec. iij.

Similiter & mulieres, subditæ sint viris suis, vt & si qui non credunt verbo, per mulierũ conuersatione, sine verbo, lacrimant, cõsiderantes in timore castam conuersationem

Vestram quartū non sic extrinsec⁹ capillatura aut circumdatio auri, aut in dumēti vestimentorum cultus: sed qui absconditus est cordis homo, in incorruptibilitate, quieti, & modesti spiritus, qui est in conspectu Dei locuples. Sic enim aliquando & sanctę mulieres sperantes in deo, ornabant se, subiectę propriis viris, sicut Sara obediebat Abraham, dominum eum vocās: cuius estis filię bene facientes, & non pertinentes ullam perturbationem. Viri similiter cohabitātes secundum scientiam, quasi infirmiori vasculo muliebri, impartientes honorem, tanquam & coheredibus gratię vitę: vt non impediantur orationes vestrę. In fine autē, omnes vnanimis compatientes, fraternitatis amatores, misericordes, modesti, humiles, nō redentes malum pro malo, nec maledictum pro maledicto: sed ecōtrario, benedicētes, quia in hoc vocati estis vt benedictionem hęc redicatis possideatis. Qui enim vult vitam diligere,

& dies videre bonos: coerceat linguā suam à malo, & labia eius ne loquantur dolū. Declinet à malo, & faciat bonū, iquirat pacē, & sequatur eam: quia oculi domini sup iustos & aures eius in preces eorum. Vultus autem domini sup facientes mala. Et quis est, qui vobis noceat, si boni æmulatores fueritis? Sed & si quid patimini propter iustitiam: beati. Timorem autem eorum ne timueritis, & non conturbemini: Dominum autem Christū sanctificate in cordibus vestris, parati semp ad satisfactiōem omni postēti vos rationem de ea, quę in vobis est, spe, sed cum modestia, & timore, consciētiam habentes bonam: vt in eo quod detrahunt vobis, cōfundantur qui calumniantur vestram bonā in Christo cōuersationem. Melius est enim, vt benefacientes (si voluntas dei velit) pati: quam malefacientes. Quia & Christus semel pro peccatis nostris mortuus est, iustus pro iniustis, vt nos offerret Deo mortificatos

quidem carne, viuificatos
autem spiritu. In quo & his
qui in carcere erant spiriti-
bus, veniens predicauit: qui
increduli fuerant aliquan-
do, quando expectabant
Dei patientiam in diebus
Noe, cum fabricaretur ar-
ca in qua pauci, id est, octo
animæ saluæ factæ sunt p
aquam. Quod & vos nunc
similis formæ saluos facit
baptisma: non carnis depo-
sitis sordium: sed cōscientiæ
bonæ interrogatio in deū,
per resurrectionem Iesu
Christi, qui est in dextera
Dei degluties mortem, vt
vitæ æternæ hæredes effi-
ceremur: profectus in ex-
lum, subiectis sibi angelis,
& potestatib⁹, & virtutib⁹.

¶ *Ex epistola beati Petri
apostoli. cap. 4. Lectio. iiii.*

Christo igitur passio
in carne: & vos eadē
cogitatione armami-
ni: quia qui passus est in car-
ne, desit à peccatis, vt iam
non desyderiis hominum:
sed voluntate dei, quod re-
liquum est in carne, viuat
tēporis. Sufficit enim præ-
teritum tēpus, ad volunta-
tem gentiū cōsummandā,

his qui ambulauerūt in lu-
xurijs, desyderiis, vinolen-
tijs, comestationibus, pota-
tionibus, ebrietatibus, & il-
licitis idolorum cultibus.
In quo admirantur, nō cō-
currentibus vobis in ean-
dem luxuriæ cōfusionem
blasphemantes: qui reddēs
rationē ei, qui paratus est
iudicare viuos, & mortu-
os. Propter hoc enim, &
mortuis euāgelizatum est
vt iudicentur quidē secun-
dum homines in carne, vi-
uant autem secundū Deū
in spiritu. Omnium autem
finis appropinquabit. Esto-
te itaque prudentes, & vi-
gilate in orationibus. Ante
omnia autem, mutuam in
vobismetipsis charitatem
continuum habentes, quia
charitas operit multitudi-
nem peccatorū. Hospita-
les inuicem sine murmu-
ratione. Vnusquisq; sicut
accepit gratiā in alterutrū
illam administrantes: sicut
boni dispensatores multi-
formis gratiæ dei. Si quis
loquitur: tanquam sermo-
nes dei: Si quis ministrat
tanquam ex virtute: quam
administrat de⁹; vt in omni-

nibus honorificetur deus, per Iesum Christum, qui est gloria, & imperium in secula seculorum Amen. Charissimi, nolite peregrinari in feruore qui ad tentationem vobis sit: quasi noui aliquid vobis contingat: sed comunicantes Christi passionibus gaudete: vt & in reuelatione gloriæ eius, gaudeatis exultantes. Si exprobramini in nomine Christi: beati eritis: quoniam quod est honoris, gloriæ, & virtutis dei, & qui est eius spiritus, super vos requiescit. Nemo autem vestrum patiatur vt homicida, aut fur aut maledicus, aut alienorum appetitor. Si autem vt Christianus non erubescat. Glorificet autem deum in isto nomine quoniam tempus est, vt incipiat iudicium a domo Dei. Si autem primo a nobis: quis finis eorum, qui non credunt Dei euangelio? Et si iustus quidem vix saluabitur impius, & peccator, vbi parebunt? Itaque, & hi qui patiuntur secundum voluntatem dei: fidei creatori commendent animas suas, in beneficiis,

¶ Ex epistola prima beati Petri apost. cap. 5. Lec. iij.

Seniores ergo, qui in vobis sunt obsecro, como senior, & testis Christi passionum, qui & eius que in futuro reuelanda est, gloriæ comunicator. Pascite qui in vobis est, gregem dei, prouidentes non coacte, sed spontaneè secundum Deum: neque turpis luci gratia, sed voluntariè neque vt dominantes in cleris, sed forma facti gregis ex animo. Et cum apparuerit princeps pastorum, percipietis inmarcescibile gloriæ coronam. Similiter adulescentes subditi estote senioribus. Omnes enim inuicem humilitatè insinuate, Quia Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Humiliamini igitur sub potenti manu Dei, vt vos exaltet in tempore visitationis: Omnem sollicitudinem vestram proicientes in eum: quoniam ipsi cura est de vobis. Sobrii estote, & vigilate quia aduersarius vester diabolus, tanquam leo rugiens, circuit quærens quem deuoret.

Cui resistite, fortes in fi-
de scientes eandem passio-
nē ei quæ in mundo est, ve-
strę fraternitati fieri. Deus
autem omnis gratiæ, qui
vocauit nos in æternā suā
gloriā in Christo Iesu mo-
dicū passōs, ipse perficiet,
confirmabit, solidabit que.
Ipsi gloria, & imperium: in
sæcula sæculorum amen.
Per Siluanum fidelem fra-
trem vobis vt arbitror, bre-
uiter scripsi: obsecrans, &
contestans hāc esse veram
gratiam Dei, in qua & sta-
tis. Salutat vos ecclesia quę
est in Babylone collecta,
& Marcus filius meus. Sa-
lutate inuicem in osculo
sancto. Gratia vobis om-
nibus qui estis in Christo
Iesu. Amen.

**Ex epistola Pauli ad Phi-
lipenses. cap. 1. Lect. iij.**

PAulus & Timotheus
serui Iesu Christi om-
nibus sanctis in Chri-
sto Iesu, qui sunt Philippis
cū episcopis, & diaconis,
gratia vobis, & pax à Deo
patre nostro, & domino
Iesu Christo. Gratias ago
Deo meo, in omni memo-
ria vestri semper in cūctis

orationibus meis, pro om-
nibus vobis cum gaudio
deprecationem faciens su-
per communicatione ve-
stra in euangelio Christi à
prima die vsque nūc, cōfi-
dens hoc ipsum, quia quī
cœpit in vobis opus bonū
perficiet vsq; in diem Chri-
sti Iesu, sicut est mihi iustū
hoc sentite pro omnibus
vobis: eo quod habeā vos
in corde, & in vinculis me-
is, & in defensione, & con-
firmatione euangelij, cūm
socij gaudij mei omnes vos
sitis. Testis enim mihi est
Deus, quomodo cupiam
omnes vos in viscerib⁹ Ie-
su Christi. Et hoc oro, vt
charitas vestra magis ac ma-
gis abundet in omni scien-
tia, & in omni sensu: vt p-
betis potiora, vt sitis synce-
ri, & sine offensa in diem
Christi, repleti fructu iu-
stitiæ per Iesum Christū,
in gloriam, & laudem dei.
Scire autem volo vos fra-
tres, quod quæ circa me
sunt, magis ad profectum
venerunt euangelij, ita vt
vincula mea manifesta fie-
rent in Christo in omni
přtorio, & in cęteris om-

nibus, & plures è fratribus in domino confidentes, in vinculis meis abundantius auderent sine timore verbum Dei loqui. Quidam quidē & propter inuidiā, & contentionem: quidam autem, & propter bonam voluntatem Christū prædicant. Quidam ex charitate: scientes, quoniam in defensionem euangelij positus sum: quidam autem ex contentione Christum annūntiant nō sincere, existimantes pressuram se suscitare vīculis meis. Quid enim? Dū omni modo siue per occasionē, siue per veritatem Christus annuntietur: & in hoc gaudeo, sed & gaudebo. Scio enim quia hoc mihi proueniet ad salutem, per vestrā orationem, & subministratiōnem spiritus Iesu Christi, secundum expectationem & spem meā, quod in nullo confundar, sed in omni fiducia sicut semper, & nūc magnificabitur Christ⁹ in corpore meo, siue per vitam, siue per mortem.

**¶ Ex epistola Pauli ad Phi
lippoſes. Lectio tertia.**

Mihi em̄ vivere Christus est, & mori lucrum. Quod si vivere in carne, hic mihi fructus operis est, & quid eligā ignoro. Coarctor autē e duobus desiderium habens dissolui, & esse cum Christo, multo magis melius: permanere autem in carne necessarium propter vos. Et hoc cōfidens, scio, quia manebo, & permanebo omnibus vobis ad profectum vestrum, & gaudiū fidei: vt gratulatio vestra abundet in Christo Iesu in me, per meum aduentum iterum ad vos. Tantum digne euangelio Christi cōuersemi: vt siue cū venero, & videro vos, siue absens, audiam de vobis, quia statis in vno spiritu, vnanimē collaborantes fidei euāgelij, & in nullo terreamini ab aduersariis, quę illis est causa perditionis: vobis autem salutis, & hoc à Deo, quia vobis donatum est pro Christo, non solū, vt in eum credatis, sed vt etiam pro illo patiamini, idem certamen habentes, quale & vidistis in me, &

nunc auditis de me. Si qua ergo consolatio in Christo, si quod solatium charitatis, si qua societas spiritus, si qua viscera miserationis: implete gaudium meum, ut eadem sapiatis, eandem charitatem habentes vobiscum, id ipsum sentientes: nihil per contentionem, neque per inanem gloriam: sed in humilitate, superiores sibi inuicem arbitantes: non quae sua sunt singuli considerantes: sed & ea quae aliorum. Hoc enim sentite in vobis, quod & in Christo Iesu, qui cum in forma dei esset, non rapinam arbitratus est esse se aequalē Deo, sed semetipsum exinaniuit formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus ut homo. Humiliauit semetipsum, factus obediens usque ad mortem: mortem autem crucis. Propter quod & Deus exaltauit illum & donauit illi nomen, quod est super omne nomen: ut in nomine Iesu omne genua flectantur, caelestium, terrestrium, & infernorum: & omnis lingua confiteatur: quia do-

minus Iesus Christus in gloria est dei patris.

Ex epistola Pauli ad Philippenses. Lectio tertia.

ITaque charissimi mei, sicut semper obedistis: non ut in praesentia mea tantum, sed multo magis nunc in absentia mea, cum metu, & tremore, vestram salutem operamini. Deus est enim, qui operatur in vobis, & velle, & perficere, pro bona voluntate. Omnia autem facite sine murmurationibus, & hesitationibus: ut sitis sine querela, & simplices filii Dei, sine reprehensione, in medio nationis prauae, & peruersae, inter quos lucetis, sicut luminaria in mundo, verbum vitae continentis, ad gloriam meam, in diem Christi: quia non in vacuum cucurri, neque in vacuum laboraui. Sed & si immolator supra sacrificium, & obsequium fidei vestrae gaudeo, & congratulor omnibus vobis. Id ipsum autem & vos gaudete, & congratulamini mihi. Spero autem in domino Iesu Timotheum mecum mittere ad vos, ut &

ego bono animo sim, cognitis quæ circa vos sunt. Neminem enim habeo tam vnanimè, qui sincera affectione pro vobis sollicitus sit. Omnes enim quæ sua sunt querunt, non quæ sunt Iesu Christi. Experimentum autè eius cognoscite, quia sicut patris filius mecum seruiuit in euangelio. Hunc igitur spero me mittere ad vos, mox ut videro quæ circa me sunt. Cōfido autem in domino, quoniã & ipse veniam ad vos citò. Necessarium autè existimaui, Epaphroditum fratrem & cooperatorem, & cōmilitonem meum, vestrum autem apostolum, & ministrum necessitatis meæ, mittere ad vos, quoniã quidè omnes vos desiderabat, & mœstus erat, propterea quod audieratis illum infirmatum. Nam & infirmatus est, usque ad mortem: sed Deus misertus est eius, non solùm autem eius: verum etiam & mei, ne tristitiam super tristitiam haberem. Festinatius ergo misi illum: ut viso eo, iterum gaudeatis, & ego sine tristitia sim. Excipite itaque illum

cum omni gaudio in domino, & eiusmodi cum honore habetote, quoniam propter opus Christi, usque ad mortem accessit tradens animam suam, ut impleret id, quod ex vobis deerat, erga meum obsequium.

Ex epistola Pauli ad Philippenses. Lectio tertia.

DE cetero fratres mei, gaudete in domino. Eadem vobis scribere, mihi quidem non pigrum: vobis autè necessarium. Videte canes, videte malos operarios, videte cōfisionem. Nos enim sumus circumcisio, qui spiritu seruiuius deo: & gloriamur in Christo Iesu, & non in carne fiduciam habentes, quam & ego habeam confidentiam in carne. Si quis alius videtur considerare in carne ego magis circumcisus octavo die, ex genere Israel de tribu Benjamin, Hebræus ex Hebræis, secundum legem Phariseus, secundum emulationem persequens ecclesiam dei, secundum iustitiam quæ in lege est conversatus sine querela. Sed quæ mihi fuerunt lucra, hæc ar-

bitratus sum propter Christi
 stū detrimenta. Verūtamenē
 existimo omnia detrimen-
 tū esse propter eminētem
 sciētiā Iesu Christi domi-
 ni mei: propter quem om-
 nia detrimētū feci, & ar-
 bitror, vt stercora: vt Chri-
 stum lucrifaciam, vt & in-
 ueniar in illo non habens
 meam iustitiam, quæ ex le-
 ge est, sed illam quæ ex fi-
 de est Christi, quæ ex deo
 est iustitia ī fide: ad cogno-
 scendum illum, & virtutē
 resurrectionis eius, & so-
 cietatem passionum illius
 configuratus morti eius, si
 quo modo occurram ad re-
 surrectionem, quæ est ex
 mortuis. Nō quod iam ac-
 cepim, aut iam perfectus
 sim: sequor autem, si quo
 modo comprehendam in
 quo & comprehensus sum
 à Christo Iesu. Fratres, ego
 me nō arbitror cōprehen-
 disse. Vnū autem: quæ qui-
 dē retro sunt obliuiscens,
 ad ea verò quæ sunt prio-
 ra extendens meipsum ad
 destinatum persequor, ad
 brauiū supernæ vocatio-
 nis dei ī christo Iesu. Qu-
 cunque ergo perfecti su-

mus, hoc sentiamus: & si
 quid aliter sapitis, & hoc
 vobis Deus reuelabit. Ve-
 rūtamen ad quod perueni-
 mus, vt idem sapiamus, in
 eadē permaneam⁹ regula.
 Imitatores mei estote fra-
 tres & obseruate eos qui i-
 ta ambulant, sicut habetis
 formā nostrā. Multi enim
 ambulāt, quos sepe dicebā
 vobis (nunc autem & stens
 dico) inimicos crucis Chri-
 sti: quorum finis interitus:
 quorū deus, venter est: &
 gloria in confusione ipso-
 rum, qui terrena sapiunt.
 Nostra autem cōuersio in
 cælis est: vnde etiā saluato-
 rem expectamus dominū
 nostrū Iesum Christū, qui
 reformabit corp⁹ humili-
 tatis nostræ configuratum
 corpori claritatis suæ, se-
 cū dum operationem vir-
 tutis suæ qua etiam possit
 subicere sibi omnia.

**Ex epistola Pauli ad Phi-
 lipenses. cap. 4. Lectio. iij.**

ITaque fratres mei cha-
 rissimi, & desideratissi-
 mi, gaudium meum, &
 corona mea: sic stete ī dño
 charissimi. Euodiam ro-
 go, & Syntichen deprecor

Ipsiſum ſapere i domino. Etiam rogo & te germane compar : adiuua illas quæ mecum laborauerunt in euangelio cum Clemente, & cæteris adiutorib⁹ meis, quorum nomina ſunt in libro vitæ. Gaudete in domino ſemper: iterũ dico gaudete. Modestia veſtra nota ſit omnibus hominibus. Dominus prope eſt. Nihil ſolicitis ſitis. ſed in oratione, & obſecratione cū gratiarum actione petitiones veſtrę innotescat apud deum. Et pax dei quæ exuperat omnem ſenſum, cuſtodiat corda veſtra, & intelligentias veſtras in Chriſto Ieſu. De cætero fratres, quæcũque ſunt vera, quæcũque pudica, quæcũque iuſta, quæcũque ſancta, quæcũque amabilia, quæcũque bonæ famæ, ſi qua virtus, ſi qua laus. diſciplinæ, hæc cogitate, Quæ & didiciftis, & accepiftis, & audiſtis, & vidiftis in me: hæc agite, & deus pacis erit vobiscum. Gauiſus ſum autem in domino vehementer : quonſam tandem aliquãdo reſtioruiftis pro me

ſentire, ſicut & ſentiebatiſ, occupati autem eratiſ. Nõ quaſi propter penuriam dico. ego enim didici, in quibus ſum, ſufficiens eſſe. Scio & humiliari : ſcio & abundare, ubique, & in omnib⁹ inſtitutus ſum, & ſatiari, & eſurire, & abundare, & penuriam pati. Omnia poſſum in eo qui me cõfortat. Veruntamen bene ſeciſtis cõmunicantes tribulationi meæ. Scitiſ autem & vos Philippęſes, quod in principio euangelij, quãdo profectus ſum à Macedonia, nulla mihi eccleſia cõmunicauit in ratione dati, & accepti, niſi voſ ſoli, quia & Theſſalonicam ſemel, & bis in uſum mihi miſiſtiſ. Non quod quæro datum : ſed requiro fructum abundantem in rationem veſtram. Habeo autem omnia: & abundo, repletus ſum, acceptiſ ab Epaphrodito, quæ miſiſtiſ, in odorem ſuauiſtatiſ, hoſtiam acceptam, placentem Deo. Deus autem meus impleat omne deſyderium veſtrũ, ſecundum diuitiſ ſuſ in gloria, i Chriſto Ieſu. Deo autem,

autem, & patri nostro, gloria, in secula seculorū Amen. Salutate omnem sanctū, in Christo Iesu. Salutant vos qui mecū sunt, fratres, Salutant vos oēs sancti: maximē autem, qui de Cæsaris domo sunt. Gratia dñi nostri Iesu Christi cum spiritu vestro. Amen.

Ex epist. Pauli ad Colossenses, cap. i. Lectio. iii.

PAulus apostolus Iesu Christi, per voluntatem dei, & Timothe⁹ frater, iis q̄ sunt Colossis, sanctis, & fidelibus fratribus in Christo Iesu, gratia vobis, & pax, à deo patre nostro. Gratias agim⁹ deo & patri domini nostri Iesu Christi, semper pro vobis orantes, audientes fidē vestram in Christo Iesu, & dilectionē quam habetis in sanctos omnes, propter spem, quæ reposita est vobis in cælis, quam audistis in verbo veritatis euangelii, quod peruenit ad vos, sicut & in vniuerso mūdo est, & fructificat, & crescit, sicut & in vobis, ex ea die qua audistis, & cognouistis gratiam Dei, in verita-

te, sicut didicistis ab Epaphra charissimo conseruo nostro, qui est fidelis pro vobis minister Christi Iesu, qui etiam manifestauit nobis dilectionem nostrā, in spiritu. Ideo & nos ex qua die audiuius, nō cessamus pro vobis orantes, & postulantes, vt implemini agnitione voluntatis eius, in omni sapientia, & intellectu spiritali, vt ambuletis dignē, deo per omnia placentes, in omni opere bono fructificantes, & crescētes in scientia dei, in omni virtute confortati secundum potentiam claritatis eius, in omni patientia, & lōganimitate: cū gaudio gratias agentes deo patri, qui dignos nos fecit in parte sortis sanctorum in lumine, qui eripuit nos de potestate tenebrarū, & trāstulit in regnum filii dilectionis suæ, in quo habemus redemptionem, & remissionē peccatorum: qui est imago Dei inuisibilis, primogenitus omnis creaturæ, quoniam in ipso cōdita sunt vniuersa in cælis, & in terra, visibilia, & inui-

sibilia, siue throni, siue dominationes, siue principatus, siue potestates, omnia per ipsum, & in ipso creata sunt, & ipse est ante oēs, & omnia in ipso constant. & ipse est caput corporis ecclesie, qui est principium, primogenitus ex mortuis: ut sit in oībus ipse primatum tenēs: quia in ipso cōplacuit omnē plenitudinē inhabitare: & per eū recōciliare omnia, in ipsum pacificans per sanguinē crucis eius, siue quæ in terris, siue quæ in cælis sunt.

¶ Ex epist. Pauli ad Colossenses. cap. 1. Lect. iij.

ET vos cūm essetis aliquādo alienati, & inimici sensu, in operibus malis: nunc autē recōciliavit in corpore carnis suæ per mortem, ut exhiberet vos sanctos, & immaculatos, & irreprehensibiles coram ipso: si tamen permanetis in fide fundati, & stabiles, & immobiles à spe euangelij quod audistis, quod prædicatum est in vniuersa creatura, quæ sub cælo est, cuius factus sum ego Paulus minister: qui nunc

gaudeo in passionibus pro vobis, & adimpleo ea, quæ defunt passionum Christi, in carne mea est ecclesia. Cuius factus sum ego minister, secundum dispensationem dei, quæ data est mihi in vobis, ut impleam verbum dei, mysterium quod absconditum fuit à sæculis, & generationibus, nūc autē manifestatum est scētis eius, quibus voluit Deus notas facere diuitias gloriæ sacramenti huius in gentibus, quod est Christus, in vobis spes gloriæ, quem nos annuntiamus, corrigētes omnem hominē, & docentes omnē hominē, in omni sapientia, ut exhibeamus omnē hominē perfectum in Christo Iesu, in quo & laboro, certādo secundum operationē eius quā operatur in me in virtute. Volo enim vos scire qualē sollicitudinē habeā pro vobis, & pro iis qui sunt Laodiceæ, & quicunq; non viderunt faciē meā in carne: ut cōsolentur corda ipsorū, instructi in charitate, & in oēs diuitias plenitudi

nis intellectus, in agnitionem mysterij dei, & patris & Christi Iesu in quo sunt oēs thesauri sapientiae, & scientiae absconditi. Hoc autē dico: ut nemo vos decipiat in sublimitate sermonum. Nā etsi corpore absens sum: sed spiritu vobiscum sum, gaudēs, & vidēs ordinem vestrū, & firmitermentum eius, quae in Christo est, fidei vestrae. Sicut ergo accepistis Iesum Christum dñm: in ipso ambulante, radicati & superedificate, in ipso, & cōfirmati in fide, sicut & didicistis, abundantes in illo in gratiarum actione. *Quae epist. Pauli ad Colossenses. Lect. iij.*

V Idete ne quis vos decipiat, per philosophiam, & inanem fallaciam secundum traditionem hominū, secundū elementa mundi, & nō secundum Christū: quia in ipso inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter: & estis in illo repleti, qui est caput omnis principatus, & potestatis: in quo & circumcisi estis circumcisione nō manufacta in expolia-

tionem corporis carnis, sed in circūcisione Christi, cōsepulti ei in baptismo, in quo & resurrexistis per fidem operationis dei, qui suscitauit illum à mortuis. Et vos, cūm mortui essetis in delictis, & praeputio carnis vestrae, conuiuificauit cū illo: donans vobis omnia delicta, delēs quod aduersus nos erat, chirographū decreti, quod erat contrarium nobis, & ipsum tulit de medio, affigens illud cruci, & expoliās, principatus & potestates traduxit cōfidenter palā, triūphans illos in semetipso. Nemo ergo vos iudicet in cibo, aut ī potu, aut ī parte diei festi, aut neomeniā, aut sabatorū: quae sunt vmbra futurorū, corpus autē Christi. Nemo vos seducat volens: in humilitate, & religione angelorū, quae non vidit ambulans, frustra inflatus sensu carnis suae, & nō tenēs caput, ex quo totum corpus per nexus, & cōiunctiones subministratum, & cōstructū crescit in augmētū dei. Si ergo mortui estis cū Christo ab ele-

mentis huius mundi: quid adhuc tanquā viuentes in mundo decernitis, Ne tetigeris, neq; gustaueris, neque contrectaueris? q̄ sunt omnia in interitu ipso vsu, secundū p̄cepta, & doctrinas hoīm: quę sunt rationē quidē habētia sapiētīę, in superstitione, & humilitate, & nō ad parcendū corpori, nō in honore aliquo ad saturitatem carnis.

¶ Ex episto. Pauli ad Colossenses. Lectio tertia.

Igitur si confurrexistis cum Christo: quę sursum sunt quærite, vbi Christus est in dextera dei sedens, quę sursum sunt sapite: nō quę super terram. Mortui enim estis, & vita vestra est abscondita cum Christo in deo. Cū autē Christus apparuerit, vita vestra. tunc & vos apparebitis cum ipso in gloria. Mortificate ergo membra vestra, quę sunt super terram, fornicationē, immunditiam, libidinem, concupiscentiam malam, & auaritiā, quę est simulachrorum seruitus, propter quę venit ira Dei super filios

incredulitatis, in quib⁹ ambulastis aliquando, cū viueretis in illis. Nūc autem deponite & vos oīa, iram, indignationem, malitiam, blasphemiam, & turpem sermonem de ore vestro. Nolite mentiri inuicē, expoliantes vos veterem hominem cum actibus suis, & induentes nouam, cum qui renouatur in agnitionem, secundum imaginem eius, qui creauit illum: vbi non est gētilis, & Iudæus, circūcisio, & præputium, Barbarus, & Scythæ, seru⁹, & liber: sed omnia, & in omnibus Christus. Induite vos ergo, sicut electi Dei sancti, & dilecti, viscera misericordię, benignitatem, humilitatem, modestiam patientiam, supportantes inuicem, & donates vobismetipsis, siqs aduersus aliquem habet querelam: sicut & domin⁹ donauit vobis: ita & vos. Super omnia autem hæc, charitatem habete, quod est vinculū perfectionis, & pax Christi exultet in cordibus vestris, in quam & vocati estis, in vno corpore, & gra

ti estote. Verbum Christi
 habitet in vobis abundan-
 ter, in omni sapientia do-
 centes, & cōmonentes vos
 metipfos, psalmis, hym-
 nis, & cāticis spiritualibus,
 In gratia cantantes, in cor-
 dibus vestris deo. Omne
 quodcunque facitis in ver-
 bo aut in opere: omnia in
 nomine domini nostri Ie-
 su Christi, gratias agentes
 deo, & patri p̄ ipsum. Mu-
 lieres, subditæ estote viris,
 sicut oportet, in domino.
 Viri, diligite vxores, & nō
 lite amari esse ad illas. Fi-
 lij, obedite parentibus per
 omnia. Hoc enim placitū
 est in domino. Patres no-
 lite ad indignationem pro-
 uocare filios vestros: vt nō
 p̄ illo animo s̄iāt. Serui,
 obedite per omnia domi-
 nis carnalibus, nō ad ocu-
 lum seruientes, quasi ho-
 minibus placentes, sed in
 simplicitate cordis timen-
 tes Deum. Quodcunque
 facitis, ex animo operami-
 ni, sicut Domino, & non
 hominibus, scientes, quōd
 à domino accipietis retri-
 butionem h̄reditatis. Do-
 mino Christo seruite. Qui

enim iniuriam facit: reci-
 piet id quod int̄quē gessit,
 & non est personarum ac-
 ceptio apud deum.

¶ Ex episto. Pauli ad Co-
 lossenses. cap. 4. Lect. iij.

Domini, quod iustū
 est, & æquuum, ser-
 uis præstate, scien-
 tes, quod & vos dominum
 habetis in cælo. Orationi
 instate, vigilantes in ea in
 gratiarum actione orātes
 simul & pro nobis, vt deus
 aperiat nobis ostium ser-
 monis, ad loquendum my-
 sterium Christi (propter
 quod etiam vincētus sum)
 vt manifestem illud, ita vt
 oportet me loqui. In sapiē-
 tia ambulate ad eos qui
 foris sunt: tempus redimē-
 tes. Sermo vester semper
 in gratia sale sit conditus:
 vt sciatis, quomodo oportet
 vos vn̄cuique respon-
 dere. Quæ circa me sunt,
 omnia vobis nota faciet
 Tychicus charissimus fra-
 ter & fidelis minister, & cō-
 seruus in domino, quē mi-
 si ad vos ad hoc ipsum, vt
 cognoscat quæ circa vos
 sunt, & cōsoleatur corda ve-
 stra, cū Onesimo charissi-

mo & fideli fratre, qui ex vobis est, qui oīa quæ hic agūtur, nota faciēt vobis. Salutat vos Aristarchus cōcaptiuus meus, & Marcus consobrinus Barnabæ (de quo accepistis mandata, Si venerit ad vos, suscipite illum) & Iesus qui dicitur Iustus: qui sunt ex circumcisione, hi soli sunt adiutores mei in regno dei qui mihi fuerunt solatio. Salutat vos Epaphras, qui ex vobis est, seruus Christi Iesu semper sollicitus pro vobis in orationibus, vt stetis perfecti, & pleni in omni voluntate dei. Testimoniū enim illi perhibeo, quod habet multum laborē pro vobis, & p̄ iis qui sunt Laodiceæ, & qui Hierapoli. Salutat vos Lucas medic⁹ charissimus, & Demas. Salutate fratres qui sunt Laodiceæ, & Nymphā, & quæ in domo eius est ecclesiā, Et quā lectā fuerit apud vos epistola hæc, facite, vt & in Laodicensium ecclesiā legatur, & ea quæ Laodicensium est, vt vobis legatur. Et dicite Archippo, Vide ministeriū quod ac-

cepisti in domino, vt illud impleas. Salutatio mea, manu Pauli. Memores estote vinculorum meorū, Gratia Domini nostri Iesu Christi vobiscū. Amen.

¶ Sæctorum historiae pro tempore hyemali ex probatis auctoribus summam decerpit.

D E C E M B E R.

¶ Die. 3. Bibiana virgo martyr. Lectio tertia.

Bibiana virgo, beatorum martyrum Faustī & Drafoxæ filia, cum parentum exempla secuta, singulari pietate ac fide Christum coleret, & eius præcepta ingēti studio seruaret, seseque ad euangelicæ doctrinæ normam asingere summoperè cōtenderet, à Iuliano Imperatore, atrocissimo Christianorum hoste, cōprehēsa, ac Fausto præsidī tradita est. Sed hic cū eam ad idolis sacrificandum compellere aggrediretur, ab eadē est ad fidem cōuersus statimque martyrium cōstanti animo subiuit. At beata virgo, à Iuliano deos ado-

pare iussa, vnum deum ed-
ditorem, moderatoremq;
rerum omnium adorandū
afferebat. *Quam* ob rem
tam diu plūbitis cæsa est,
donec corpusculo mirabi-
liter cruciatio, spiritū emi-
sit, postridie calendas De-
cembri. Eius autē corpus
à Ioāne presbytero Romæ
iuxta palatium Licinianū
sepultum est.

*Die. 7. Nicolaus episcop⁹
confessor dup. mi. Oratio.*

DEUS, qui beatū Ni-
colauum Pontificem
tuum innumeris de-
corasti miraculis, tribue
quæsumus: vt eius meritis
& precibus, à gehannæ in-
cendiis liberemur. Per dō.

Lectio tertia.

Nicolaus illustri lo-
co Pataræ natus.
(quod oppidū est
in Lycia) orbatus in ado-
lescentia vtroque parēte,
omnes suas facultates pau-
perib⁹ distribuit. Cuius il-
lud, per sanctē, & benignē
factum in primis memora-
tur. *Quod* cū quidā eius
ciuis ex diuite pauperri-
mus factus, tres filias iam
viro maturas nō valēs prę-

inopia matrimonio collo-
care, statuisset pstituere,
Nicolaus re cognita, qua-
dam nocte per fenestrā tā-
tum pecuniarū clam proie-
cit in domū illius, quātum
doti vnus filiarum abūdē
sufficeret. *Quod* cū iterū,
& tertio fecisset, tres hone-
stissimæ virginis dotibus
acceptis, honestis viris in
matrimonium datæ sunt.
His & talibus virtutū offi-
ciis, cū magna suę sanctita-
tis præbuisset documenta,
Myram, oppidam eiusdē
provinciæ à deo videlicet
admonitus contendit, eo
potissimum tempore, quo
eius episcop⁹ obierat. Vbi
cū provinciales episco-
pi, de eligendo episcopo
consultarēt, diuinitus ad-
moniti sunt, vt eum elige-
rent, qui postridie mane
Nicolaus nomine primus
ecclesiam ingrederetur.
Quod cū accidisset Nico-
lao, comprehensus ab ob-
seruātibus magno cūctō-
rū cōsensu episcopus crea-
tur. *Quod* magis tam re-
ligiose, tam sanctē, prudē-
terq; gessit, vt omnis virtu-
tis ac pietatis clarissimum

December.

fuerit exemplū, maximū-
que sui desiderium vniuer-
sæ Lyciæ moriens ætate se-
nili, octauo idus Decem-
bris reliquerit. Vbi multis
etiā miraculis claruisse me-
moratur. *Die. 7. Ambro-
sius episcopus cōfessor du-
plex mi.* *Oratio.*

DEus, q̄ populo tuo
æternæ salutis bea-
tum Ambrosiū, mi-
nistrum tribuisti: præsta
quæsumus, vt quē docto-
rem vitæ habuimus in ter-
ris: intercessorem habere
mereamur in cælis. Per.

Lectio tertia.

AMbrosius Mediola-
nensis antistes, Am-
broσιο patre ciue
Romano Galliam admini-
strante, natus est. Cuius in
ore dormientis, in cunis
examen apum præstantiā
viri portendens, confedis-
se memoratur. Sed Romæ
liberalibus disciplinis æru-
ditus, ob ingenij eius acu-
men, & solertiam, à Probo
præfecto, vt Lyguriam gu-
bernaret missus, Mediola-
nū venit, Vbi mortuo Au-
xentio episcopo Arriano,
cūm populus in electione

præsulis disideret, & ipse
seditionis sedandæ studio,
ad ecclesiā præiisset, subita
totius populi voce Am-
brosiū episcopū acclaman-
tis, incredibili, & catholi-
corū, & Arrianorū cōsen-
su, pōtifex eligitur. Quod
onus si diu subire recusa-
uerit, tamen Valentiniano
Imperatore electionē libe-
ter approbante nō potuit
populi simul, ac imperato-
ris desiderio, & voluntati
resistere. Suscepto igitur
episcopatu, ea vitæ sancti-
monia, ac morū integrita-
te, auctoritateque munus
obiuit, vt Theodosius im-
perator (quo iubente pro-
pter magistratus occisos
Thessalonica ciuitas fue-
rat obsidiōe cæsa) Medio-
lani Ambrosio se ingressū
ecclesiæ prohibēti, & com-
missum scelus magna cum
libertate impropèranti, pa-
ruerit, & publicè pœnitē-
tiam egerit ab eodē iniun-
ctā. Demū post multos ex-
haustos labores, p̄ Christi
ecclesiā, post multa libro-
rū volumina, sanctē, & sa-
pienter cōscripta, pietate,
ac miraculis clar⁹, quicquid

in dño, pridie nosi. April. anno Christi na. cccxxx. Cuius festū ab ecclesia celebratur. vij. idus Decēb. quo die ep̄s creatus est.

¶ **Conceptio virginis dñe. Ad vesp̄as. Hymn⁹.**

Aue maris stella. &c. Añā.
Sicut lilium inter spinas,
Sicut anima mea inter filias
sic anima mea inter filias
Adz. alleluia. **Oratio.**

DEus, qui per immaculatā virginis conceptionē dignum filio tuo habitaculū præparasti: præsta quæsumus: ut sicut eā ab omni labe præseruasti: ita nos quoq; mūdus sum ab omni iniquitate, dicere audebit, nisi illa virgo prudētissima, animatū templū Dei excelsit: quā deus sic elegit, & præelegit ante mundi cōstitutionem: ut sancta & immaculata mater Dei filia, ab æterno reseruata incorrupta ab omni labe peccati.

Adz. alleluia. **Oratio.**
DEus, qui per immaculatā virginis conceptionē dignum filio tuo habitaculū præparasti: præsta quæsumus: ut sicut eā ab omni labe præseruasti: ita nos quoq; mūdus sum ab omni iniquitate, dicere audebit, nisi illa virgo prudētissima, animatū templū Dei excelsit: quā deus sic elegit, & præelegit ante mundi cōstitutionem: ut sancta & immaculata mater Dei filia, ab æterno reseruata incorrupta ab omni labe peccati.

Adz. alleluia. **Oratio.**

DEus, qui per immaculatā virginis conceptionē dignum filio tuo habitaculū præparasti: præsta quæsumus: ut sicut eā ab omni labe præseruasti: ita nos quoq; mūdus sum ab omni iniquitate, dicere audebit, nisi illa virgo prudētissima, animatū templū Dei excelsit: quā deus sic elegit, & præelegit ante mundi cōstitutionem: ut sancta & immaculata mater Dei filia, ab æterno reseruata incorrupta ab omni labe peccati.

Hilarius. O v̄go bñdicta, super oēs fœminas: quæ angelos vincis puritate: quæ oēs sanctos superas pietate.

Cyprianus. O virgo iusta, & omni iustitia plenissima: cuius cōceptio singularis.

Basilii. O Maria, tu candoris & decoris forma, cui in terris non est æqualis nec in caelis ianua.

Augustinus. O mater dñi, sicut in prima fœmina abundauit delictum: ita & in te superabundauit omnis plenitudo gratiæ: & ideo super oēs signata delicti. **Idem.** Caritas fecisti: ut non solum Maria non peccaret: sed nec peccatū cogitare potuit: & super cunctos reseruasti ab omni labe peccati.

Origenes. Quæ neque serpētis persuasione dece-

Decembris.

pta, nec eius venenosis affectibus infecta.

Ambrosius. Hæc est virga, in qua nec nodus originalis: nec cortex venialis culpa fuit.

Cyrillus. Post filium, temerarium est in Maria virgine, ponere culpam aliquam: vel peccatum.

Bernardus. Caro virginis ex Adam sumpta, maculas Adæ non admisit.

Thomas. Maria ab omni peccato originali & actuali, immunis fuit.

Dominicus. Sicut primus Adam fuit ex terra, virgine & nunquam maledicta, formatus: ita decuit in secundo Adam fieri.

¶ **Ad laudes. an.** Quâ pulchra es amica mea: colûba mea, immaculata mea, odor vestimentorû tuorû super omnia aromata. Alleluia.

¶ **Ad vesperas. Hy⁹.** Ave maris stella. an. Quâ pulchri sunt gressus tui filia principis: collû tuum sicut turris eburnea: oculi tui diuini, & cornu capitis tui sicut purpura regis: quam pulchra es, & quam decora charissîma, alleluia.

Die. 10. Melchisedes papa marty. **Lectio tertia.**

Melchisedes papa natione Apher, Maxentij, Licinij, & Maximini temporibus ecclesie præfuit. Hic instituit, vt neque die dominico, neq; quinta feria ieiunaretur, quoniã hos dies pagani quasi sacros ieiuniis celebrarēt. Multa quoque constituit ad oblationes faciendas pertinentia, eo quòd Manichæorû hæresis nũc maximè in vrbe Roma inualescebat. Quibus pactis, Maximini iussu martyrio coronat⁹, via Appia sepelitur, in Callisti cœmeterio. iij. idus Decembris, Cũ ex sacris ordinibus semel habitis presbyteros septē, diaconos sex, ep̄os duodecim creasset. Sedit aut̄ annos quatuor, menses septē, dies nouem.

Die. 11. Damasius pap. cōfessor. **Lectio tertia.**

Damasius papa natione Hispanus, qui Iuliani Imperatoris tempore præfuit ecclesie, in publico concilio ad alterij causam dixit, & innocens

absolutus est, Concordio
atque Calisto diaconis ac-
cusatoribus damnatis: qui
falsum crimen detulerant,
lataque lege, vt in posteru
falsi criminis delatores poe-
nam talionis subirent. Hic
ocio literario delectatus,
res gestas omniu superio-
rum potificum libro, que
ad Hieronymu misit, me-
morie prodidit. Tempa,
& cultu diuinu auxit. Basi-
licas duas condidit, altera
in honorem diui Laurétij
non longe à Theatro Pó-
peiano, qua fundis, domi-
busq; dotata, magnis quo-
que munerib⁹ exornauit.
alteram via Ardeatina ad
Cathacubas. Dedicauit &
Platonía, vbi corpora Pe-
tri & Pauli aliquando ia-
cuerant, versibus quoq; e-
legantibus corpora ibi se-
pulta celebrauit. Ipse pre-
terea instituit, vt psalmi in
ecclesia alternatim canere-
tur, & in fine cuiusq; dice-
retur, Gloria patri, & filio,
& spiritui sancto. Vtq; in
principio missæ confessio
diceretur, quemadmodu, &
hodie fit. Hic primus in-
terpretationi Hieronymi

sacre scripturæ auctorita-
tem dedit. Cū autē sedis-
set annos. xix. menses. iij.
dies. xj. moritur. iij. idus
Decēbris ac sepelitur via
Ardeatina cum matre & so-
rore in Basilica, quam ipse
condiderat. *Oratio.*

EXaudi dñe preces no-
stras: & interueniente
beato Damaso cōfes-
sore tuo atq; potifice: sup-
plicationes nostras placat-
us intende. Per dñm no.

*Die. 13. Lucia virgo mar-
dup. minus. Lectio. iij.*

Lucia virgo Siracusa-
na, nobilis generis, &
egregie ab infantia
pietatis, cū matre Eutitia,
quæ fluxu sanguinis patie-
batur, religionis gratia Ca-
tanam (vbi sancte Agathæ
corpus magna Sicularum
veneratione colitur) per-
uenit, & fuis ad Agathæ
sepulchrum precibus, hac
intercedente impetrauit à
Deo, vt Eutitiam sanaret.
Tunc Lucia matre multis
precibus exorat, vt facul-
tates quas sibi dare consti-
tuerat nomine dotis, eū se-
cuidā iuueni despōdisset,
sibi suo arbitratu colloca-

das traderet. Cū igitur Syracusas rediissent, Lucia oēs suas facultates vēdidit, & pecunias pauperibus distribuit. Quod ubi spōsus eius rescivit, factū ægerimē ferens, ad urbis præfectum Paschasium defert Luciam Christianā esse, ac suā perditioni seruientē, bona sua dissipasse. Paschasius autē cū nulla ratione potuisset eā à vera pietate, ad idolorū cultum auertere, multis & magnis tormētis cruciatā, tubet guttur gladio transigi. Sed hoc vulnere accepto, virgo nō ante amisit vocē, nec spiritū emisit, quā diuinit⁹ aliqua futura prædiceret, & in his ecclesie tranquillitatē futuram, post Maximiani, & Diocletiani tēpora, in quibus passa est, Idibus Decēbris. Eius autē corpus Syracusis conditū est, & longo post tempore Constantinopolim translatum, & hinc postremo Venetias.

Thomas apostolus duplex maius. **Oratio.**

DA nobis q̄s domīe, beati Apostoli tui Thomæ solēnitati-

bus gloriari: vt eius semp & patrocinii subleuemur, & fidē congrua deuotione sectemur. Per. **Lectio. iij.**

Thomas qui & Didymus appellatur, natione Galilæus fuit de numero duodecim apostolorū. Huic Christum à mortuis surrexisse dubitāti, nec cæteris apostolis quibus ipso absente apparuerat, eū surrexisse confirmātib⁹, credētī, Christus ipse tractandum se præbuit. Ingressus enī foribus clausis, huic professō se nō crediturum, nisi digitū in vulnera clauorū, & manum in læcæ plagā inseruisset, in medio apostolorum confitens dixit. Infer huc digitum tuum, & vide manus meas, & affer manū tuā, & mitte in latus meū, noliq; incredul⁹ esse. Quo factō respōdens Thomas, Tu es (inquit) dñs meus, & deus meus. Itaq; sua dubitatioē magnum indubitata fidei testimoniū, posteris credituris reliquit. Quos beatos fore tūc Christus testatus est his verbis, Quia vidisti me Thoma credidisti.

sti, beati qui inō viderūt, & crediderunt. Post Christi verò ad patrem ascensum, Thomas multum de Christiana pietate meritus, quā in Medos, Persas, Hircanos, Brachmanas, & Indorum gentē, lōgè lateq; pagauit, in æterna gētium predicatione delatus, multis editis miraculis, ab eis qui lucē veritatis infense oderant, primū est cādentibus laminis adustus, deinde in fornacē iniectus, postremò lāceis cōsossus, occubuit in Indię vrbe Calaminia, ibidemq; sepult⁹ est. xij. calend. Ianuarij.

¶ Dic. 24. Vigilia Natiuitatis Dñi etiā si incidat in sabbato aut in dñica quarta aduētus semp̄ agitur officiu de vigilia. Et dicitur ad Matut. Inuitat. Hodie scietis quia veniet Dñs, & mane videbitis gloriā ei⁹.
Hymnus. De Aduentu, videlicet. Vox clara eccē. &c. Antiphona. Crastina die delebitur iniquitas terre, & regnabit super nos saluator mundi Alleluia.

Tertia lectio Secundum Mattheum.

Cum esset dispondatz mater Iesu Maria Ioseph, antequam conuenirent inuēta est in utero habens de Spiritu sancto. Et rel. **Homil. Orige.**

Quæ fuit necessitas, vt desponsata esset Maria Ioseph, nisi propterea quatenus hoc sacramentū diabolo celaretur? Et ille malign⁹ fraudis cōmentā, aduersus desponsatam virginem, nulla penit⁹ inuenisset? Vel ideo desponsata fuerat Ioseph: vt nato infanti vel ipsi Maria curā videretur gerere Ioseph. siue in Aegyptum iens, vel idē denuo rediēs: Ideo desponsata fuit Ioseph: nō tamen in cōcupiscentia iuncta. Mater (inquit) eius, mater immaculata, mater incorrupta, mater intacta. Mater (inquit) eius. Cuius eius? Mater dei vnigeniti, dñi & regis omnium, plasmatoris, & creatoris cunctorū. Illius qui in cælis est siue matre, & in terra est sine patre. Ipsius qui in cælis secundū diuinitatem, in sinu est patris: & in terris secundū corpo-

ris susceptionē in sinu est
 matrit. O magnæ admira-
 tionis gratia. ò inenarrabi-
 lis suauitas. ò ineffabile, ma-
 gnumq; sacramentū. Ipsa
 eadem virgo: ipsa & mater
 domini. ipsa & genitrix: ip-
 sa & eius ancilla plasmatio
 ei⁹ ipsa quæ genuit? Quis
 vnquam audiuit ita: quis
 vidit talia? Et quis hoc ex-
 cogitare potuit: vt mater
 virgo esset? intacta genera-
 ret: quæ & virgo perman-
 sit, & generauit? Sicut em̄
 quondam rubus comburi
 videbatur & ignis eum nō
 tangebatur. & sicut tres pue-
 ri in camino ignis inclusi
 habebantur: & tamen eos
 non ledebat incendiū: nec
 odor fumi erat in eis: Vel
 quæadmodum Danieli in-
 tra lacum leonum incluso
 claustris nō apertis allatū
 est prandium ab Abachuc:
 ita & virgo hæc sancta ge-
 nuit dominum: sed intacta
 permanfit: genuit infantē:
 & vt dictum est, virgo per-
 mansit. ¶ *Ad laudes. Añā.*
 Lauda, & lætare filia Sio:
 quia ecce ego venio, & ha-
 bitabo in medio tui, Alle-
 luia.

Oratio.

DEus, qui nos redem-
 ptionis nostræ an-
 nua expectatiōe læ-
 tificas: presta, vt vnigeni-
 tum tuū, quē redemptorē
 læti suscipimus: veniētem
 quoque iudicem, securi vi-
 deamus. Per dominū. & c.

NATIVITAS DO-
mini vñleso Christi dup-
maius. ¶ Ad vesp. Hy⁹.



Hriste redē-
 ptor omnīū
 Ex patre pa-
 trisvñice So-
 lus ante pri-

cipiū Natus ineffabiliter.
 Tu lumen, tu splēdor pa-
 tris: Tu spes per euis om̄s,
 Intēde quas fundit p̄ces.
 Tui per orbem famuli.

Memēto salutis auctōr: q̄
 nostri quōdam corporis,
 Ex illibata virgine Na scē-
 do formam sumpseris.

Sic præsens testatur dies:
 Currens per anni circulū:
 Quod solus à sede patris
 Mundi salus adueneris.

Hunc cælum, terra, hunc
 mare: Hūc omne, quod in
 eis est Auctōrē aduētus tui
 Laudans exultat cantico.

Nos quoq; q̄ sancto tuo

Redēpti sanguine sumus:
Ob diem natalis tui Hym-
num nouum concinimus.

Gloria tibi dñe: Qui na-
tus es de virgine. Cum pa-
tre & sc̄to Spiritu. In sem-
piterna sæcula. Amen.

¶ Notādu, q̄ in oibus ho-
ris in fine oim̄ hymnorū,
tam de natiuitate, quā de
alijs festis vsq; ad epipha-
niā dicitur. **G**loria tibi do-

mine, **Q**ui na. &c. **In.** Cō-
pleti sunt dies Mariæ, vt
pareret filiū suū primoge-
nitū, Alleluia, alle. **Oro**

Concede quæsumus
omnipotēs deus: vt
nos vnigeniti tui no-
ua per carnem natiuitas li-
beret: quos sub peccati iu-
go, vetusta seruitus tenet.
Per eundem dominū. &c.

Die. 25. Ad Matut. lauda.
Christus natus est nobis,
venite adorem⁹. **Hymn⁹.**

A Solis ortus eardine
Ad vsque terræ lim-
item Christū ca-
namus principem.

Natum Maria virgine.
Beatus autor sæculi Serui
Te corpus induit: Vt carne
carnem liberans, Ne per-
deret quos condidit.

Castę parentis viscera Cę
Iestis intrat gratia: Ventes
puellę baiulat Scereta quę
non nouerat.

Domus pudici pectoris,
Templum repente fit dei:
Intacta nesciens virū: Ver-
bo concepit filium.

Enixa est puerpera. **Quē**
Gabriel prædixerat: **Quē**
matris aluo gestiens: Clau-
sus Ioannes senserat.

Fceno iacere pertulit, Prę-
sepe nō abhorruit: Paruo-
que lacte pastus est: Per
quem nec ales esurit.

Gaudet chorus cęlestiū:
Et angeli canunt Deo. Pa-
lamque sit pastoribus Pa-
stor creator omnium.

Gloria tibi domine, **Q**ui
natus. **In.** Dominus dixit
ad me: filius meus es tu, e-
go hodie genui te.

¶ Notādu, q̄ hodie omit-
tuntur prima & ij. lec. occur-
rentes in Dñicali, & loco
earū legūtur infra scrip. &
Die. 9. Ex Isaiā. Lectio. ij.

Primo tēpore alleuia-
ta est terra Zabulon,
& terra Nephtalim, &
uouissīmo aggrauata est
via maris, trās Iordanē Ga-
lilę gentiū. Populus qui

ambulabat in tenebris, vidit lucē magnā: habitātib⁹ in regione vmbre mortis, lux orta est eis. Multiplicasti gentē, non magnificasti iustitiā. Letabitur corā te, sicut q̄ letātur in messe, sicut exultāt victores, capta praeda, qm̄ diuidūt spolia. Iugū em̄ oneris eius, & virgā humeri eius, & sceptrū exactoris eius superasti, sicut in die Madiā. **Q**uia omnis violenta prędatio cū tumultu, & vestimentū mistum sanguine, erit in combustionem, & cibus ignis. Parvulus em̄ natus est nobis, & fili⁹ datus est nobis, & factus est principat⁹ super humerū eius: & vocabitur nomen eius, admirabilis, cōsiliarius. Deus fortis, pater futuri seculi, princeps pacis. Multiplicabitur ei⁹ imperium, & pacis nō erit finis. Super solū David, & super regnū eius se debet: & cōfirmet illud, & corroboret in iudicio, & iustitia, amodo, & vsq; in sempiternū. Consolamini, consolamini popule meus, dicit deus vester, Loquimini ad cor Ierusalem,

& aduocate eā, qm̄ completa est malitia eius, dimissa est iniquitas illius, Suscepit de manu dñi duplicia, pro omnib⁹ peccatis suis. Cōsurge, cōsurge, induere fortitudine tua Sio: induere vestimētis glorię tuę Ierusalē, ciuitas sc̄ti, q̄a non adiiciet vltra, vt p̄transfeat p̄ te incircūcisus, & immūdus. Excitere de puluere, cōsurge sede Ierusalē. Solue vscula colli tui captiua filia Sio: q̄a hæc dixit dñs, Gratis venūdati estis, & sine argento redimemini.

Secunda lec. secundu. Lucā.

Factum est autē in diebus illis, exiit edictū à Cæsare Augusto, vt describeretur vniuersus orbis. Hęc descriptio prima, facta est à p̄siede Syrię Cyrino. Et ibāt omnes vt profiterētur singuli in suā c̄uitatē. Ascēdit autem & Ioseph à Galilęa, de ciuitate Nazareth, in Iudęā, in ciuitatē David quę vocatur Bethlehem: eo qđ esset de domo & familia David vt profiteretur cū Maria despōsata sibi vxore, p̄cognate. Factum est autem:
cum

cū essent ibi, impleti sunt dies, vt pareret. Et peperit filiū suum primogenitum, & pānis eū inuoluit, & reclinauit eum in præsepio. quia nō erat ei locus in diuerforio. Et pastores erant in regione eadem vigilantes, & custodientes vigilias noctis super gregem suū. Et ecce angel⁹ domini stetit iuxta illos, & claritas dei circumfulsit illos, & timuerūt timore magno. Et dixit illis angelus. Nolite timere: ecce enim euangelizo vobis gaudiū magnū, quod erit omni populo: quia natus est vobis hodie saluator qui est Christus dominus, in ciuitate Dauid. Et hoc vobis signum. Inuenietis infantem pānis inuolutum, & positum in præsepio. Et subito facta est cum angelo multitudo militiæ cælestis, laudantium Deum, & dicentium. Gloria in altissimis Deo: & in terra, pax hominibus bonæ volūtatis. Et factū est, vt discesserunt ab eis angeli in cælū, pastores loquebantur adinuicem. Trāseamus vsque Bethlechem, &

B. N.

videamus hoc verbū, quod factum est, quod fecit dominus, & ostēdit nobis. Et venerunt festinantes: & inuenerūt Mariā, & Ioseph, & infantem positū in præsepio, Videntes autem cognouerunt de verbo quod dictum erat illis de puero hoc. Et omnes qui audierant mirati sunt: & de his quæ dicta erant à pastoribus ad ipsos. Maria autem conseruabat omnia verba hæc, cōferēs in corde suo. Et reuersi sunt pastores, glorificantes, & laudantes Deū, in omnibus quæ audierant, & viderāt: sicut dictum est ad illos.

¶ Lectio tertia. Sermo sancti Leonis pape.

Saluator noster, dilectissimi, hodie natus est: gaudeamus. Neque enim fas est locum esse tristitiæ: vbi natalis est vitæ. Quæ consumpto mortalitatis timore, ingerit nobis de promissā æternitate lætitiā. Nemo ab huius alacritatis participatione scernitur. Vna cunctis lætitiæ cōmunis est ratio: quia dominus noster, peccata

Y

mortisq; destructor sicut nullum à reatu liberū reperit. ita liberandis omnibus venit Exultet sanctus: quia appropinquat ad palmam. Gaudeat peccator: quia inuitatur ad veniam. Animetur gentilis: quia vocatur ad vitam. Dei namque filius secundum plenitudinem temporis, quā diuini consilij inscrutabilis altitudo disposuit, reconciliandā auctori suo, naturam generis sumpit humani: ut inuentor mortis diabolus per ipsam, qua vicerat, vinceret. In quo conflictu pro nobis inuito magno & mirabili æquitatis iure, certatum est. Dum omnipotens dominus cū seuisimo hoste nō in sua maiestate, sed in nostra humilitate congredditur. Obiciens ei eādem formā, eādemque naturā, mortalitatis quidem nostræ participē, sed peccatū totius expertem. ¶ *Ad laudes. Ant.* Exortum est in tenebris lumen rectis, misericors, & miserator, & iustus dñs. ¶ *Ad vespas. Hy.* Christe redēptor. *ve supra. aa.* Hodie Christus

nat⁹ est, hodie saluator apparuit: hodie in terra cantus angeli: lætantur archangeli. Hodie exultant iusti, dicentes. Gloria in excelsis deo. Alleluia, alleluia. *of.* Cōcede quæsumus. *ve supra.* Deinde pro cōmēratione sancti Steoha. *an.* Stephanus autem plenus gratia, & fortitudine, faciebat prodigia, & signa magna in populo. *Oratio.*

DA nobis quæsumus dñe imitari quod colimus. ut discamus & inimicos diligere: quia eius natalitia celebramus: qui nouit etiam pro persecutoribus exorare Dñm nostrum Iesum Christum filium tuum. Qui tecum.

Die. 26. Stephanus protomartyr. dñp. maius. Ad matut. Inuit. Christum natū, qui beatū hodie coronauit Stephanū, venite adoremus, *Hy.* Martyr Dei. *&c. vñ in cōi vni⁹ martyris. ana.* Ecce video cælos apertos: & Iesum statem à dextris Dei. *Lectio tertia.*

STEPHANUS vnus ex septem diaconis, qui propter fidem, & sapien-

tiam fuerunt ab apostolis electi, plenus gratia, & fortitudine, edebat coram populo magna miracula. Contra quem cum synagoga, quae dicebatur Libertinorum, & Cyrenensium, ac Alexandrinorum, & eorum qui ex Cilicia venerat, & Asia, quidam disputare coepisset, nec eius sapientiae ac spiritui, qui loquebatur obistere possent, subornarunt quosdam, qui se dicerent Stephanum audisse, cum verba blasphemiae in Deum ac Moysen protulisset. Itaque plebe ac senioribus & scribis concitatis, concursuque facto in Stephanum manus iniiciunt, ipsumque ad concilium abstrahunt, submissis falsis testibus, qui dicerent ipsum in locum sanctum, & in legem, solitum esse continenter male loqui, & affirmare Iesum Nazarenum locum illum esse demoliturum, & mores quos Moyses tradidisset, mutaturum. Rogatus igitur a principibus sacerdotum, utrum vera essent, quae ipsi obiecerentur, longe repetita narratione, multa de figuris ve-

teris testamenti, quae venturum Christum significabant, multa etiam de Iudaeorum inueterata perfidia, & peruicacia ac prophetarum persecutione disseruit. Quibus audientes illi magnopere cruciabantur. Spectans porro in caelum, Ecce (ait) video caelos apertos, & filium hominis stantem a dextris virtutis Dei. Illi vero exclamantes voce magna, comprehabant aures suas, & eum impetu facto extra urbem eiecerunt, & lapidibus obruebant, inuocantem, & dicentem. Domine Iesu suscipe spiritum meum. Postremo cum genibus flexis clamasset voce magna, Domine, ne statuas illis hoc peccatum, migravit ad dominum.

Ad laudes. an. Lapidabant Stephanum, inuocantem, & dicentem, Domine Iesu suscipe spiritum meum, & ne statuas illis hoc peccatum. *Oro.* Da nobis quae. *ve supra. De iude*
p commemoratione natiuitatis dicitur. Oro. Concede quaesumus. *Ad vesper.*
Hy. Deus tuorum. &c. *an.* Sepelierunt autem Stephanum viri timorati, & fecerunt placetum magnum super eum.

Oro Da nobis. *¶* **Deinde**
pro cōmemo. sancti Ioan.

Ann. Ille est Ioannes, qui
 supra pect^o domini in cœ-
 na recubuit. Beatus apo-
 stolus, cui reuelata sunt se-
 creta cœlestia. **Oratio.**

Ecclēsiā tuā domi-
 ne benignus illustra,
 vt beati Ioannis apo-
 stoli tui, & euangelistæ il-
 luminata doctrinis: ad do-
 na perueniat sempiterna.
 Per dominum nostrum.

**¶ Deinde fit cōme. de na-
 tiuit. vt supra in laudibus.**
Die 27. Ioānes apostolus
& euangelista dup. ma. Ad
Matut. Inuitat. & Hym. de
cōmuni apostolorum. an.

Hic est discipulus ille, qui
 testimonium perhibet de
 his, & scimus, quia verum
 est testimonium eius.

Lectio tertia.

Ioannes apostolus, & e-
 uangelista, qui cūm Ia-
 cobo fratre Christū se
 vocantem relictis retibus
 & patre Zebedæo sequut^o
 est, mira charitate Christū
 dilexit, estq̄ue ab ipso ma-
 ximē omnium discipulo-
 rum dilectus. Hunc enim
 Christus suæ transfigura-

tionis voluit cum Petro, &
 Iacobo fratre interesse, &
 cūm eisdem se comitari ad
 lairi archisynagogi filia sa-
 nādādam ingredientē, idēra-
 que cum Petro missus est,
 vt illi pascha pararent, in
 eaq̄; postrema cœna in fi-
 nu domini recubuit, & so-
 lus est ausus eūde de pro-
 ditoris nomine perconta-
 ri. Et quod est omniū ma-
 ximum mutæ dilectionis
 argumentū, Christum cūm
 pēderet in cruce, huic po-
 tissimum matrem suam cō-
 mendauit. Ad eā enim con-
 uersus, Mulier (inquit) ec-
 ce filius tuus, & ad illum.
 Ecce mater tua. Hic quo-
 que primus omnium apo-
 stolorū, post resurrectio-
 nem ad monumentū per-
 uenit. Idem cæteris euāge-
 liis approbatis ad asseren-
 dā Christi diuinitatē cō-
 tra Hebionitas hæreticos,
 scripsit euangeliū, vltimus
 omnium in Asia. Cum au-
 tem in persecutione Do-
 mitiani Ephesij captus, &
 Romæ (vt Tertullianus est
 autor) in dolium feruentis
 olei deiectus, in columis eu-
 ualisset, in Pathmon insu-

lam relegatus est, vbi Apo-
calypsim cōscripsit. Vnde
reductus Ephesum, (actis
Domitiani post eius mor-
tem à senatu rescissis) Dru-
sianam, insigni religione
mulierem, nuper defunctā
in Christi Nazareni nomi-
ne ad vitā reuocauit, quo
miraculo, multos ad verā
fidem conuertit, ibiq; vs-
que ad Traianum princi-
pem perseuerans, ecclesias
Afric à se fundatas sanctis-
simè rexit. Tandem senio
confectus, sexagesimo octa-
uo post passionem do-
mini anno, suæ verò ætatis
nonagesimonono, structū
sibi apud Ephesum sepul-
chrum viuens subiit. Tum
splendor tumulo circumfu-
sus, loci hominisque aspe-
ctum circumstantibus ade-
mit, quo postmodū remit-
tente inane apparuit con-
ditorium, nec ipse post id
tempus est in terris visus.

¶ **Ad laudes in.** Sūt de hic
stantibus, qui nō gustabūt
mortem, donec videant fi-
liū hominis in regno suo.
oro. Ecclesiam tuam. **&c.**
Deinde pro cōme. natiuit.
& sancti Stephani dicitur.

Oratio. Cōcede. **&c. oro.**
Da nobis. &c. Ad vesper.

Hymnus. Exultet cælum,
vt in cōmuni Apost. aña.
Exiit sermo inter fratres,
quodd discipulus ille non
moritur, & nō dixit Iesus,
non moritur. Sed si eū vo-
lo manere, donec veniam.

Oratio. Ecclesiā. **&c. De-**
inde pro comemora. In-
nocentium, aña. Hi sunt
qui eū mulieribus nō sunt
coinquinati, virgines enim
sunt: & sequuntur agnum,
quocunque ierit. **Oratio.**

Deus cuius hodierna
die preconium In-
nocentes martyres
non loquendo, sed moriē-
do confessi sunt: omnia in
nobis vitiorū mala mortifi-
ca: vt fidem tuā, quā lin-
gua nostra loquitur, etiam
morib⁹ vita fateatur. Per.

¶ **Deinde sit cōmemo. de**
natiuit. & sancti Steph. vt
supra in laudib. Innocēter
martyres dup. mi. Ad Ma-
tur. Inuitatorium & Hym.
de communi plurimorum
martyrū. Die 28. aña. He-
rodes irat⁹ occidit multos
pueros in Bethlehem Iu-
dæ, ciuitate Dauid.

Lectio tertia, ex capitulo secundo Matthæi.

Angelus Dñi apparuit in somnis Ioseph, dicēs. Surge, & accipe puerum, & matrem eius, & fuge in Aegyptum & esto ibi, vsque dū dicam tibi. Futurum est enim, vt Herodes querat puerū ad perdendū eum. **Qui** cōsurgens accepit puerū, & matrem eius nocte: & secessit in Aegyptū. Et erat ibi vsque ad obitum Herodis: vt adimpleretur quod dictū est à domino, per prophetam dicentem. Ex Aegypto vocaui filiū meū. Tūc Herodes vidēs, qm̄ illusus esset à Magis, iratus est valde: & mittens occidit oēs pueros, qui erant in Bethlehem, & in omnibus finibus eius, à bimatū, & infra, secundū tempus quod exquiserat à Magis. Tūc adimpletum est quod dictū est per Hieremiā prophetam, dicentem, Vox in Rama audita est, ploratus, & ululatus multus, Rachel plorās filios suos, & noluit consolari quia non sunt.

¶ Ad laud. añ. Vox in Ra-

ma audita est ploratus, & ululatus multus, Rachel, plorans filios suos. **Oro.** Deus cuius hodierna. &c.

¶ Deinde pro cōmē. nata sancti Steph. & sancti Iohā dicitur. Oremus. Cōcede.

oro. Da nobis. **oro.** Ecclesiam tuā. **¶** Ad vespe. **hy.** de cōi plurimorū marty-

rū. añ. Innocētes p̄ Christo infantes occisi sunt ab iniquo rege lactētes inter-

fecti sunt, ipsum sequuntur agnum sine macula, & dicitur semper. Gloria tibi domine. **Oro.** De^o cuius. &c.

¶ Deinde fit cōmē. de natiuit. sancti Steph. sancti Iohā. vt supra in laudibus.

¶ Notandum, q̄ licet festo sancti Thomæ Cātuarieñ. & sancti Syluestri sint simplicita, cū si aliq̄ eorū incidit in dñicā, officiu fit de festo, & nihil de dñica.

Dic. 28. Thomas archiepi. Cātuarieñ. martyr. Lec. 11.

Thomas natione Anglus, suscepto archiepiscopatu Cantuarieñ. vt in cancellariæ muneribus obeundis strenue se gesserat, sic in ecclesia

administranda fortē, & cō-

stantem animum præstitit. Nam cū rex Henricus co-
acta synodo, leges quasdā
ferre moliretur dignitati,
& cōmodis ecclesiæ perni-
ciosas, tam sanctē & cōstā-
ter se conatibus eius oppo-
sist, vt nullis neq; pollici-
tationibus, neq; minis po-
tuerit deterreri. Itaq; mis-
sus est ipse in exiliū, & to-
ta eius cognatio regno ex-
cedere iussa, cūctorum ho-
nis publicatis. Sexto autē
anno, Papa & Gallorū re-
ge intercedentibus, ab exi-
lio, cūm ingenti totius re-
gni gratulatione reuoca-
tur, magno tamen scelere
atq; fraude regis. Qui do-
lens sacrilegos suos cona-
tus Thomæ sanctitate ad
nihilum recidisse violata fi-
de mittit armatorum ma-
num, qui eum in sua eccle-
sia trucidarent. Quibus il-
le adueniētibus portas ec-
clesiæ, quas clerici ad obsi-
stendum clauserant, patefe-
cit, seque intrepidum ob-
tulit iugulandum: hoc dū
taxat precatus, ne suorum
quisquā læderetur. In me
(inquit) vnum, tela cōuer-
tite, non enim recuso pro

Dei ecclesia mortē oppo-
tere. Itaque flexis genibus
Deum adorans, gladiis im-
piorū confossus occubuit.
iij. calend. Decēb. Cuius
corpus, in eadē ecclesia cō-
ditum est magnificentissi-
mo sepulchro. *Oratio.*

DEus, pro cuius ec-
clesia gloriosus pō-
tifex Thomas gla-
diis impiorum occubuit:
præsta quæsumus: vt oēs
qui eius implorāt auxiliū,
petitionis suæ salutarē cō-
sequantur effectum. Per.

*In laudibus & vespere
pro cōmemor. natiuitatis
sancti Stepha. sancti Ioan.
sanctorū Innocen. dicitur.*

*Oremus. Deinde dicun-
tur eorum orationes, & sic
fieri debet vsq; ad circūci.*

*Die. 30. Inuit. Hymnus,
& Antiph. dñr de natiuit.
Tertia lect. Secūdū Lucā.*

IN illo tempore: Erant
Ioseph & Maria mater
Iesu mirantes super his
quæ dicebantur de illo. Et
reliqua.

Homilia Origenis.

Congregem⁹ in vñū
ea quæ in ortu Iesu
dicta scriptaq; sunt

de eo, & tunc scire poterimus singula quæq; digna esse miraculo. Quobrem mirabatur & pater (Sic enim appellatus est Ioseph) quia nutritor eius fuit. Mirabatur & mater super omnibus quæ dicebantur de eo. Quænam ergo sunt de paruulo Iesu dicta? Pastores erant in regione illa vigilantes, & obseruantes custodias noctis. Venit angelus sub ipsa hora natiuitatis Iesu & ait ad eos. Ite, & inuenietis infantem inuolutum pannis, & positum in præsepio. Necdum angelus verba finierat: & ecce multitudo celestis exercitus laudare cœpit, & benedicere Deum. Cum hoc pastores trepidi perspexissent: & angelus recessit ab eis. dixerunt ad se inuicem. Eamus vsq; Bethlehem, & videamus hoc factum, quod dominus ostendit nobis. Venerunt, & inuenerunt paruulum. Tam illi quam pastores quæ facta fuerant mirabantur. Super hoc, & de Simeone scribitur: quod rurem auxerit: & miracula vel magna pars fuerit,

Tenuit enim puerum in brachiis suis, & ait, Nunc dimittis seruum tuum domine, secundum verbum tuum in pace. Quia viderunt oculi mei salutare tuum. Fastigium, & (vt ita dicam) culmen super his quæ iactabantur de Iesu, & pater, & mater illius mirabatur: sermo Symeonis fuit. Nō enim sufficit ei tenere paruulum: & ea quæ de semetipso sunt proloqui, sed benedixit patri illius & matri. *Oratio.*

Omnipotens sempiternus Deus: dirige actus nostros in beneplacito tuo: vt in nomine dilecti filij tui mereamur bonis operibus abundare. Per eundem dominum nostrum.

Syluester pa. conf. Die. 31.

Lectio tertia.

Syluester patria Romanus, ad summum pontificatum electus est, Constantino Imperatore, qui Constantinus Christianæ religionis tam studiosus fuit, vt non alio quam crucis signo in bellis vteretur, quod instante pugna, qua Maxentium tyrannum deuicit, ex lumine factum ipse

& exercitus viderat cælo
fereno circa meridiem so-
le declinate, his verbis in-
scriptum: Constantine in
hoc vince, authoe Sozo-
meno i tripartita historia,
qui Eusebiu testari refert
se Constantinum eundem
audiuisse cum id palâ mul-
tis referret, & iureiurando
confirmaret. Quam occa-
sionem nactus Syluester,
relicto Soracte mote: quod
fuerat à tyrânis relegatus,
Romam venit, Constanti-
nûq; bene iam in Christia-
nos animatum promptio-
nè reddidit, ad optimè de
ecclesia Dei merendû. Lô-
gum utique esset recense-
re, quæ & quanta ad cultû
Dei pertinentia, optimus
Imperator, eius suâsu fece-
rit. Constitutiones autem
Syluestri præcipuè fuerunt,
vt chrisma ab episcopo
tantum consecraretur. Vt
baptizatum chrismate li-
niat presbyter in curia cau-
te. Vt clericus in curia cau-
sas ne agat, nè ve ante iudi-
cem secularè causam dic-
cat. Diaconus in ecclesia
celebrandi causa dalmati-
ca induatur, & palla lino

stella læua ei⁹ tegatur. Cû
autè in pontificatu annos,
xxij. menses. x. dies. xj. san-
ctissimè vixisset, mortuus
in cœmeterio Priscillæ via
Salaria sepelitur prid. ca-
lend. Ianuarij.

I A N U A R I I .

**Circûcisio Christi dup-
ma. ad vespe. hym.** Christe
redemptor. & c. vt in die na-
tuitatis In. Propter nimia
charitatè, qua dilexit nos
Deus, filium suu misit in
similitudinem carnis pec-
cata alleluia alleluia. ofo.

DEus, qui salutis eter-
næ beatæ Mariæ vir-
ginitate fecunda, hu-
mano generi præmia præ-
stitisti, tribue quaesamus:
vt ipsam pro nobis interce-
dere sentiamus: per quam
meruimus auctorem vitæ
suscipere dominu nostru
Iesum Christum. & c. Et nõ
fit cõme. de alijs octa. Ad-
matut. Inuit. Christus na-
tus est nobis, venite adore-
mus. Hymnus. A solis or-
tus. & c. vt in die natiuitatis.
In. O admirabile commer-
tium, creator generis hu-
mani animatû corpus tu-

mens de virgine nasci dignatus est, & procedens homo sine semine, largitus est nobis suam deitatem.

¶ *Lect. iij. ex cap. 2. Luc.*

ET postquam consummati sunt dies octo: ut circumcideretur puer: vocatum est nomen eius Iesus, quod vocatum est ab angelo, priusquam in utero conciperetur.

¶ *Ex sermo. sancti Bernardi.*

Magnum, & mirabile sacramentum. Circumciditur puer, & vocatur Iesus. Quid sibi vult ista connexio? Circumcisio nepe magis saluandi, quam saluatoris esse videtur: & saluatorem circumcidere decet, magis quam circumcidi. Sed agnosce mediatorem dei, & hominum: qui ab ipso natiuitatis suae exordio, diuinis humana sociat, ima summis. Nasquitur ex muliere: sed cui sanctitatis fructus sic accedat, ut non decidat flos virginitatis. Panis suoluitur, sed panis ipsi angelicis laudibus honorantur. Absconditur in praesepio, sed patet radiante stella de cae-

lo. Sic & circumcisio veritatem susceptae probat humanitatis, & nomen quod est super omne nomen, gloria indicat maiestatis. Circumciditur tanquam verus Abrahamae filius, Iesus vocatur tanquam filius dei.

¶ *Ad laudes an.* Mirabile mysterium declaratur hodie, innouatur natura, Deus homo factus est, id quod fuit permansit, & quod non erat assumpsit, non commixtionem passus, nec diuisionem. *Oro.* Deus, qui salutis, &c. *vt supra.*

¶ *Ad Vesperas. Hymnus.*

Christe redemptor. *vt supra in.* Magnum hereditatis mysterium, templum Dei factus est uterus nesciens virum, non est pollutus ex ea carnem assumens, omnes gentes venient dicentes. Gloria tibi domine. *Oro.* Deus

qui salutis, *vt supra.* *Deinde pro commemoratione sancti Stephani.* *in.*

Stephanus autem plenus gratia, & fortitudine faciebat prodigia, & signa magna in populo. *Oratio.*

Omnipotens sempiternus deus, qui primitias martyrum in

beati leuitæ Stephani sanguine dedicasti, tribue quod sumus, ut pro nobis intercessor existat, qui pro suis etiam persecutoribus exorauit dominum nostrum Iesum Christum filium. &c.

¶ Die. 2. Et non sit commemoratio de aliis octauis.

¶ In octaua sancti Stephani Inuitatorii, hymni, antiphonæ, & tertia lectio dicitur sicut in die sancti Stephani. O. Omnipotens, ut supra: & est notandum, quod in laudibus, post predictam orationem, dicitur etiam orationes sancti Iohannis, & Innocentium. Vesperæ dicuntur, de sancto Stephano: & post eius orationem pro commemoratione octauæ sancti Iohannis dicitur antiphona.

Iste est Iohannes, qui suprapectus domini in cæna recubuit, beatus apostolus cui reuelata sunt secreta cælestia. Oratio Ecclesiæ tuæ, ut supra in eius festo. & non sit commemoratio de Innocentibus. Die. 3. In octaua sancti Iohannis Inuitatorii, hymni, antiphonæ, tertia lectio, & oratio dicitur sicut in eius festo, & in laudibus, post orationem

sancti Iohannis, dicitur etiam oratio Innocentium.

Vesperæ dicuntur de sancto Iohanne. & post eius orationem pro commemo. octauæ Innocentii dicitur antiphona.

Hi sunt qui cum mulieribus non sunt coinquinati, virgines enim sunt, & sequuntur agnum, quocumque ierit.

O. Deus cuius hodie, na. &c. ut in eorum festo.

Die. 4. In octaua Innocentii Inuitatorii, hymni, antiphonæ, tertia lectio, & oratio dicuntur sicut in eorum festo. Die. 5. In vigilia Epiphaniæ, Inuitatorii hymni, antiphonæ, & oratio dicuntur sicut in die circuncisionis, siue in eadem in dominica, siue in alio quocumque die.

Secundum Matth. Lect. iij.

In illo tempore, Defuncto Herode, ecce angelus domini apparuit in somnis Ioseph in Aegypto, dicens. Surge, accipe puerum, & matrem eius, & vade in terram Israel: defuncti sunt enim qui querebant animam pueri. Et reliqua. Homilia sancti Hieronymi presbyteri.

EX hoc loco intelligimus non solum Herodem: sed & sacerdotes, & scribas, eodem tempore necem domini fuisse meditados. **Q**ui surgens accepit puerum, & matrem eius. Non dixit, accepit filium suū, & uxorem suā, sed puerū & matrem eius, quasi nutritius, non maritus. Audiens autem, quod Archelaus regnaret in Iudæa, p̄ Herode patre suo, timuit illō ire. Multi propter ignorantiam historie labuntur errore: putantes eundem esse Herodem, a quo in passione sua dominus irridetur: & qui nunc mortuus esse refertur. Ergo Herodes ille qui cū Pilato postea amicitias fecit, huius Herodis fili⁹ est, frater Archelai. **Q**uem & ipsum Tyberius Cæsar Lugdunum (quæ Galliarum est ciuitas) relegauit: fratremque eius Herodē successorum regni fecit. Lege Ioseph historiā. Et veniens habitauit in ciuitate quæ vocatur Nazareth: vt adimpleretur quod dictum est per prophetas. **Q**uoniam

Nazarenus vocabitur. Si fixam de scripturis posuisset exemplum: nunquā diceret quod dictum est per prophetas: sed simpliciter quod dictum est per prophetam. Nunc autem, pluraliter prophetas vocans, ostēdit se nō verba de scripturis sumpsisse: sed sensum. Nazareus em̄ sanctus interpretatur. Sāctum autem dominū futurū omnis scriptura commemorat.

EPIPHANIA
domini duplex maior ad
vesperas. **Hymnus.**

Hostis Herodes impie Christum venire quid times? Non eripit mortalia.

Qui regna dat caelestia.
Ibant magi, quam viderāt
Stellā sequentes præuiam.
Lumen requirūt lumine:
Deum facentur munere.

Lauacra puri gurgitis
Cælestis agnus attingit:
Peccata, quæ non detulit:
Nos abluendo sustulit.

Nouum genus potentiar:
Aquæ rubescunt hydriar:
Vinumque iussa fundere:
Mutauit vnda originem.

Gloria tibi domine: Qui apparuisti hodie Cum patre, & sancto spiritu In semper eterna secula. Amen.

Et sic terminatur hymnus in omnibus horis per octauam an

Magi videntes stellam, dixerunt ad inuicem. Hoc signum magni regis est, eamus, & inquiremus eum, & offeramus ei munera, aurum, thus, & myrrham. alleluia alleluia. *Oro.*

Deus, qui hodierna die unigenitum tuum gentibus, stella duce, reuelasti: concede propitius: ut, qui iam te ex fide cognouimus: usque ad contemplandam speciem tuæ celsitudinis perducamur. Per eundem Christum.

Die 6 Ad Matutinum. Inuitatoriū. Christus apparuit nobis, venite adoremus. *Hymnus.* Hostis Herodes, ut supra an. Reges Tharsis, & insularum munera offerent, reges Arabum, & Saba dona adducent alleluia, alleluia.

Notandum, quod hodie omittuntur prima, & secunda lectiones occurrentes dominicali & loco earum

leguntur infra scriptæ.

¶ Prima lec. ex Isaiâ. ca. 55.

Omnes sitientes venite ad aquas: & qui non habetis argentum, properate, emite, & comedite. Venite, emite absque argento, & absque ulla commutatione, vinum, & lac. *Quare* appeditis argentum non in panibus, & laborem vestrum non in futuritate? Audite audientes me, & comedite bonum, & delectabitur in crassitudine anima vestra. Inclinate aurem vestram, & venite ad me audite, & viuet anima vestra, & feriam vobiscum pactum sempiternum, misericordias David fideles. Ecce, testem populis dedi eum, ducem ac præceptorem gentibus. Ecce, gentem quam nesciebas, vocabis: & gentes quæ te non cognouerunt, ad te current propter dominum deum tuum, & sanctum Israel: quia glorificauit te. *Quærite* dominum dum inueniri potest, inuocate eum dum prope est. Derelinquat impius viam suam, & vir iniquus cogitationes suas, & reuertatur

ad dominum, & miserebitur eius, & ad deum nostrum, quonia multus est ad ignoscendum. Surge illumina re Ierusalem: quia venit lumen tuum, & gloria domini super te orta est. Quia ecce tenebrae operient terram, & caligo populos super te autem orientur dominus, & gloria eius in te videbitur. Et ambulabunt gentes in lumine tuo, & reges in splendore ortus tui. Leua in circuitu oculos tuos, & vide omnes isti congregati sunt, venerunt tibi. Filij tui de longe venient, & filiarum de latere surgent. Tunc videbis, & afflues, & mirabitur, & dilatabitur cor tuum. quando conuersa fuerit ad te multitudo maris, fortitudo gentium venerit tibi. Inundatio camelorum operiet te. Dromedarij Madian & Ephraim: omnes de Saba venient, aurum, & thus deferentes, & laudem domino annuntiantes.

Secundum Matth. ca. 2. Le. 11.

Cum natus esset Iesus in Bethlehem Iudae in diebus Herodis regis, ecce magi ab oriente ve-

nerunt Ierosolymam, dicentes: Vbi est qui natus est rex Iudaeorum? vidimus enim stellam eius in oriente, & venimus adorare eum. Audiens autem Herodes rex turbatus est, & omnis Ierosolyma cum illo. Et congregans omnes principes sacerdotum, & scribas populi sciscitabatur ab eis ubi Christus nasceretur. At illi dixerunt ei, in Bethlehem Iudae: Sic enim scriptum est per prophetam, Et tu Bethlehem terra Iuda, nequaquam minima es in principibus Iuda, ex te enim exiit dux, qui regat populum meum Israel. Tunc Herodes clam vocatis magis, diligenter didicit ab eis tempus stellae quae apparuit eis, & mittens illos in Bethlehem, dixit. Ite, & interrogate diligenter de puero: & cum inueneritis, renuntiate mihi, ut & ego veniens, adorem eum. Qui cum audissent regem, abierunt, & ecce stella quam viderant in oriente, antecedebat eos, usque dum veniens, staret supra ubi erat puer. Videntes autem stellam, gauisi

sunt gaudio magno valde. Et intrantes domum inuenerunt puerum cum Maria matre eius, & procidentes adorauerunt eum: & apertis thesauris suis, obtulerunt ei munera, aurum, thus, & myrrham. Et responso accepto in somnis, ne redirent ad Herodem, per aliam viam reuersi sunt in regionem suam.

Homilia sancti Gregorii pape. Lectio tertia.

Sicut ex lectione euangelica, fratres, auditis, celi rege nato, rex terre turbatus est, quia nimirum terrena altitudo, confunditur, cum celsitudo celestis aperitur. Sed querendum nobis est: quidna sit, quod redemptore nato, pastoribus in Iudæa angelus apparuit: atque ad adorandum huc ab oriente magos, non angelus, sed stella perduxit? Quia videlicet Iudæis, tanquam ratione utentibus rationale animal, id est, angelus predicare debuit: Gentes vero quia uti ratione nesciebant: ad cognoscendum dñm: non per vocem, sed per signa perdu-

citur: Vnde & per Paulum dicitur, linguæ in signum sunt, non fidelibus, sed infidelibus: prophetiæ autem, non infidelibus, sed fidelibus. Quia & illis prophetiæ, tanquam fidelibus, non infidelibus: & istis signa tanquam infidelibus non fidelibus data sunt. Et notandum, quod redemptorem nostrum cum iam perfectæ esset ætatis eisdem gentibus apostoli predicat: eumque paruulum, & necdum per humani corporis officium loquentem: stella gentibus denuntiat & quia nimirum rationis ordo poscebat, ut loquentem dominum, loquentes nobis, predicatoris innotesceret: & necdum loquentem elementa multa predicarent. Sed in omnibus signis quæ vel nascente domino, vel moriente monstrata sunt: considerandum nobis est, quantum fuerit in quorundam Iudæorum corde duritia, qui huc nec per prophetiæ donum: nec per miracula agnouerunt. Omnia quippe elementa, auctorem suum venisse testata sunt. Ut enim de his quodam vsu humano

loquar, Deum hunc cæli esse cognouerunt: quia p-
tinus stellam miserunt. Ma-
re cognouit, quia sub plā-
tis ei⁹, se calcabile præbuit.
Terra cognouit: quia eo
moriente contremuit. Sol
cognouit: quia lucis suæ
radios abscondit. Saxa, &
parietes agnouerunt: quia
tempore mortis suæ scissa
sunt. Infernus agnouit: quia
hos quos tenebat mortuos,
reddidit. Et tamē hūc
quem deum omnia insensibi-
lia elementa senserunt:
adhuc infidelium Iudæo-
rum corda Deum esse mi-
nimē cognoscunt, & du-
riora faxis, scindi ad pœni-
tentiam nolunt: eū quē cō-
fiteri abnegant, quem ele-
menta (vt diximus) aut si-
gnis, aut scissionibus Deū
clamant. ¶ **Ad laudes añā.**
Ante luciferum genitus, &
ante scæcula domin⁹ salua-
tor noster hodie mūdo ap-
paruit, Alleluia alleluia.
¶ **Ad Vesperas. Hymnus.**
Hostis Herodes. **vt supra**
añā. Tribus miraculis or-
natum diem sanctum colim-
us. Hodie stella magos
duxit ad præsepium, ho-

die vinum ex aqua factum
est ad nuptias, hodie à Io-
anne in Iordane Christus
baptizari voluit, vt salua-
ret nos alleluia.

¶ **Hæc antiphona dicitur**
ad vespervas infra octauā.

¶ **Notandum, quod cui-
bet dici per totam octauā**
assignatur propria tertia:
lectio, tamen cum incide-
rit dominica infra octauā
epiphaniæ omittitur tertia
lectio de octaua, & legitur
de dominica infra octauā,
vt ibi inuenies.

Die. 7. de octaua epipha-

¶ **Ex homilia sancti Grog-**
gorij pape. Lectio tertia.

Qui etiam ad dāna-
tionis suæ culmen,
eū quem natura
despiciunt, nasciturū lon-
gè ante præscierunt. Et nō
solum quia nasceretur no-
uerūt: sed etiam vbi nasce-
retur. Nam ab Herode re-
quisiti: locū natiuitatis ei⁹
exprimunt, quem scriptu-
ræ autoritate didicerūt. Et
testimonium proferunt, quod
Bethlehem honorari nati-
uitate noui ducis ostendi-
tur: vt ipsa eorum scientia,
& illis heret ad testimoniū
dānationis,

dánationis, & nobis ad adiutoriu credulitatis. Quos profectò bene Isaac, cum iacob filium suum benediceret, designauit. *Qui & caligantib⁹ oculis, & prophetans in presenti filium suum non vidit: cui tamen multa in posteru prouidit quia nimiru iudaicus populus, pphetia spiritu plenus, & cæcus, eum de quo multa in futuro prædixit: in presenti positum nõ agnouit, Sed natiuitate regis nr̄i cognita, Herodes ad callida argumenta conuertitur. ne terreno regno priuaretur. Renunciari sibi ubi puer iueniretur postulat: adorare se velle simulat: vt quasi hũc, si inuenire possit, extinguat. Sed quanta est humana malitia contra consilium diuinitatis? Scriptum quippe est, Non est sapientia, non est prudentia non est consiliu contra dominum.*

Die 8. de octaua epipha.

Sermo s. Aug. epi Lec. iij.

AD partum virginis adorandũ magi ab oriente venerunt. Hunc diem hodie celebra

B.

N.

mus: huic debitum solentati sermonẽ persoluimus. Illis dies iste prim⁹ illuxit, anniuersaria nobis festiuitas redit. Illi erant primitiæ gentiu, nos populi getiu. Nobis hoc lingua nunciavit apostoloru: stella illis, tãquam lingua celoru. Et nobis idem apostoli, tanquam, alij celi, enarrauerunt gloriã dei, Cur enim nõ agnoscamus eos celos, qui facti sunt sedes dei? Sicut scriptum est. Anima iusti sedes est sapientiæ. Per hos enim celos ille celorum fabricator, & habitator itonuit, quo tonitruo mundus tremuit, & ecce iã credit magnum sacramentũ. In præsepe tũc iacebat: & magos ab oriente adducebat. Abscõdebatur in stabulo, & agnoscebatur in celo. vt agnitus in celo, manifestaretur in stabulo. Et appellatur epiphania dies iste quod latinẽ manifestatio dici potest, simul eius celsitudinẽ humilitatemq; cõmendans, vt qui in aperto celo sydereis signis monstrabatur: in angusto diuersorio quæsitus inueni-

Z

retur. Inualidusque in infantibus membris, inuolutus in pannis: adoraretur à magis: timeretur à malis.

Die. 9. de octaua epipha.
Sermo sancti Augustini, episcopi. Lectio tertia.

Nuper celebrauimus diem quo ex Iudæis dominus natus est: hodie celebramus, quo à gentibus adoratus est. Quoniam salus ex Iudæis est: sed hæc salus usque ad fines terræ. Nam & illo die pastores adorauerunt, hodie magi. Illis angelis: istis autem stellis nunciauit. Vtrique de cælo didicerunt, cum regem cæli in terra viderunt: ut esset gloria in excelsis deo: & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Ipse est enim pax nostra: qui fecit utraq; vnum. Iam hic infans natus, atque annuntiat, ostenditur lapis ille angularis. Iam in ipso primordio natiuitatis apparuit, duos ex diuerso parietes in se copulare iam cepit pastores à Iudæa: magos ab oriente perducens, ut duos cõderet in se, in vnum nouum hominem: faciens pacem. Pacem

his qui longè: & pacem his qui appè. Ideoque, illi in ipso die de proximo venientes: de longinquo isti hodie peruenientes duos dies celebrandos posserts signauerunt, vna tamen lucem mundi vtrique viderunt. Sed hodie de istis loquendum est: quos de remotis terrarum partibus fides duxit ad christum.

Die. 10. de octaua epipha.
Sermo sancti Leonis papæ. Lectio tertia.

Celebrato proximo die, quo intemerata virginitas humani generis edidit saluatorem, epiphaniæ nobis dilectissimi veneranda festiuitas dat per seuerantiam gaudiorum, ut inter cognatarum solennitatum vicina sacramenta: exultationis vigor, & feruor fidei non tepescat. Ad omnium enim hominum spectat salutem quæ in infantia saluatoris, ac mediatoris dei & hominum, iam vniuerso declarabatur mundo, cum adhuc exiguus detineretur oppidulo. Quamuis enim Israeliticam gentem, & ipsius gentis vnâ familiam delegisset de qua naturam hu-

manitatis affumeret: noluit tamen intra maternæ habitationis angustias, ort⁹ sui latere primordia. Sed mox ab omnib⁹ voluit agnosci, qui dignatus est pro oibus nasci. Tribus igitur Magis in regione orientis: stella nouæ claritatis apparuit, quæ illustrior cæteris pulchriorq; syderib⁹, facile in se intuentiū oculos, aīosq; cōuerteret: vt cōfestim aduerteretur: nō esse ociosū, qđ tā insolitū videbatur.

*Die. II. de octaua epiphæ.
Ex sermone sancti Leonis
papæ. Lectio tertia.*

Dedit ergo insipientibus intellectum, qui præstitit signū: & quod fecit intelligi, fecit inquiri. & se inueniendum obtulit requisitus. Sequuntur tres viri superni luminis ductum, & præuij fulgoris indictum, intenta cōtemplatione comitātes: ad agnitionē veritatis gratiæ splendore ducuntur: qui humano sensu signatū sibi regis ortum, æstimauerūt in ciuitate regia esse quærendū. Sed qui serui suscepserat formā, & non iudicare

venerat, sed iudicari Bethlehē præelegit natiuitati, Ierosolymam passioni. Herodes verò audiens Iudæorum principē natum: successorē suspicat⁹ expauit. Et molitus necem salutis auctori: falsum spondit obsequiū. Quam felix foret si magorum imitaretur fidē: & cōuerteret ad religionem quod disponebat ad fraudem. O cæca stultæ emulationis impietas: quæ perturbandum putas diuinum tuo furore cōsiliū. Dominus mūdi temporale non quarit regnum: qui præstat æternū. Quid incommutabilē dispositarū rerum ordinem vertere, & alienum facinus præoccupare conaris? Mors Christi non est tēporis tui. Ante condendum est euangelium: ante prædicādum est dei regnum: ante sanitates donandæ, ante sunt facienda miracula.

¶ Aduertendū, qđ quando epiphania dñi inciderit in Dominica, tunc in sabbato sequenti omittenda est sequens tertia lect. & loco eius legendum euangelij.

Cum factus esset Iesus, cū
homilia, vt inuenies in do
minica. iij. post aduētum.
Die. 12. de octaua epipha.
¶ Sermo sancti Leonis pa
pæ. Lectio tertia.

Vstum, & rationale,
I dilectissimi. & veræ pie
tatis obsequium est, in
diebus qui diuinæ opera
misericordiæ protestatur,
toto corde gaudere: & ho
noricæ ea quæ ad salutem
nostrā gesta sunt, celebra
re. Vocate nos ad hanc deu
otionē, ipsa recurrētium
temporū lege: quæ nobis
post diē in quo coæternus
patri filius dei nat⁹ ex vir
gine est: breui interuallo
epiphaniæ intulit festum:
ex apparitione domini cō
secratum. In quo magnum
fidei nostræ præsidium pro
uidentiā diuina constituit
vt dum solenni veneratio
ne recolitur, adorata i ex
ordiis suis saluatoris infan
tia, per ipsa originalia do
cumenta probaretur veri
hominis i Christo orta na
tura. Hoc est enim quod
iustificat impios: hoc est
quod ex peccatoribus fa
ciunt sanctos, si in vno eodē

que domino Iesu Christo:
& vera deitas: & vera creda
tur hūanitas. Deitas, qua
ante omnia sæcula in for
ma Dei æqualis est patri:
humanitas, qua in nouissi
mis diebus in forma serui
vnitus est homini. Ad ro
borandam ergo hanc fidē,
qua contra oēs præmunie
bamur errores: ex magno
factum est diuinæ pietatis
consilio vt gens in longin
qua oriētalis plagæ regio
ne consistens, quæ spectā
dorū syderū arte pollebat:
signum nati pueri, qui su
per omnem Israel esset re
gnaturus, acciperet.

Hodie in vesp. dicitur. An.
assignata ad primas vesp.
Die. 12. Octaua epiph. diu.
Secundum Iohannē. cap. 1.
Lectio tertia.

In illo tempore: Vidit
Iohannes Iesum venientē
ad se, & ait: Ecce agnus
Dei, ecce qui tollit pecca
ta mundi. Et reliqua.

Homilia sancti Augu. epi.

Nemo sibi arroget &
dicat, quia ipse au
erat peccata mun
di. Iam intēdite cōtra quos
superbos intendebat Ioan

nes digitum. Nondū erant
nati hæretici: & demōstra-
bantur: iam intendebat cō-
tra illos. Cōtra illos clama-
bat tunc à fluuio: contra
quos modo clamat ex euā-
gelio. Venit Iesus. Et quid
dicit ille? Ecce agnus Dei,
Si agnus innocens: & Ioan-
nes agnus, an non & ipse
innocens? Sed quis inno-
cens, aut quantū innocēs?
ōēs ex illa radice veniunt,
& ex illa ppagine, de qua
cantat gemēs Dauid, Ego
in iniquitatibus cōceptus
sum: & in peccatis mater
mea in vtero me aluit. So-
lus ergo ille agnus qui nō
sic venit. Non enim in ini-
quitate conceptus est: qui
non de mortalitate conce-
ptus est: nec eū in peccatis
mater eius in vtero aluit,
quē virgo concepit, virgo
peperit: quia fide cōcepit,
fide suscepit. Ergo ecce a-
gnus dei. Nō habet iste tra-
ducem de Adam. Carnem
tantū assumpsit de Adam:
peccatū nō assumpsit. **Qui**
nō assumpsit de massa nra
peccatū: ipse est qui tollit
peccatū nostrū: ecce agn⁹
Dei: ecce qui tollit pecca-

ta mundi. Nostis quia qui-
dam hoīes dicunt aliquan-
do, nos tollimus peccata
hoībus quia sancti sumus.
Si enim nō fuerit sanctus
qui baptizat: quomō tollit
peccatū alterius, cū sit ille
homo plenus peccato? Cō-
tra istas disputationes ver-
ba nostra nō dicamus. hūc
legamus. Ecce agn⁹ dei: ec-
ce qui tollit peccata mūdi.

**Die. 34. Basilii episcopi
confessor. Lectio tertia.**

Basilii⁹ Cappadox ge-
nere, Cæsariæ primū
in sua regione, dein-
de Athenis eruditus, in eā
magnitudinem omnis ge-
neris doctrinarum euasit,
cum egregia sanctitate: ut
inde magni cognomen in-
uenerit. Reuersus igitur in
patriā cum magna omniū
expectatione Cæsariā vo-
catur: vt morū, ac pietatis
institutor, moderatorq; ef-
set: præsulisq; Eusebii ad-
iutor: cui morienti in epi-
scopatu successit. In quo
sic Valētis Imperatoris Ar-
riani sibi infesti tractauit
animum sanctitate, & cōse-
quentibus signis: vt cum se
vellet in exilium mittere,

sententiam mutare coegerit. Sella enim, qua gestandus erat Valens, subito cōfracta, & dissoluta est. Cūque de more exilij multū scripturus esset, perficere nō valuit, calamo nihil atramenti reddente. Cūque secundus, & tertius calamus hoc pertulisset, & adhuc legem impiā firmare contenderet, cōmota est eius dextera, eūque subito tremor inuasit. Tunc eius aīo terrore impleto, ambabus manibus chartā rupit. Et quę nox data est Basilio ad deliberandum, eadē vxor imperatoris, velut tortoribus tradita, cruciatur. Filius vero, qui eis erat vnicus extinctus: paternę pietatis creditur exoluissē supplicia. Erat autem Basilius in victu, & cultu abstinentissimus: vna tantū tunica se amiciebat, humi cubitabat totis sæpe noctibus vigilabat, omnis expers libidinis tota vita perseuerauit. Primus oīm cœnobia excogitauit. & ritum illū monachorum antiquum atq; agraphem, ad formulam religioni propiorē reduxit.

Scriptit multa sanctissimè, & eloquentissimè: nemo enim sacra volumina (vt testatur Gregorius Nazianzenus, qui vitam eius cōscripsit) nec eloquentius eo, nec verius, nec vberius enarrauit. Obiit autem corpore iam per abstinentiam consumpto: cum ossibus ac pelle tantum superstes esset calendis Ianuarij.

D. c. 15. Martina virg. martyr. Lectio centia.

Martina virgo Romana, ex nobili & p̄ficia familia Christianę pietatis egregia cultrix, & ab ineunte ætate sacris literis dedita, & ærudita, dum sequitur euangelicam doctrinā, suarum facultatū magnā partē pauperibus distribuit. Quamobrem facta rea, quod relicto deorum cultu seruiret nouę religioni, ab Alexandro Imperatore Appollini sacrificari iubetur, nisi mallet supplicia, mortemque subire. Cum igitur in fide Christi perstaret, equuleo suspēsa ferreis vngulis exaratur, & sic cruciata in carcerem conicitur, si fortē

sententiã mutaret. Sed post-
 stridie rursus diis immola-
 re iussa, & perinde cõtem-
 pto principis impio iussu,
 fauissimè torquetur, mãm-
 illis ferro laniatis, rursus
 que in carcerè recluditur.
 Paucis verò diebus interie-
 ctis, desperata mutatione
 sententiæ, in publicis spe-
 ctaculis obiecta est imma-
 nibus bestis, quarum nulla
 virginem inuasit, aut quo-
 quomodo læsit. Tunc verò,
 iussu Imperatoris, extra vr-
 bem educta, & in Christia-
 na cõfessione, & pietate cõ-
 stantissimè perseuerans, ca-
 pite plectitur calen. Ianua-
 rij. Cuius corpus sepultu-
 re datum est à sancto Ca-
 listo papa.

¶ *Dic. 16. Marcellus papa
 martyr. Lect. iij.*

Marcellus patria Ro-
 manus, à Constantino & Galerio vs-
 que ad Maxentium gessit
 pontificatũ. Huius hortatu
 Priscilla, & Lucina ma-
 tronæ Romanæ adductæ
 sunt altera, vt cœmeteriũ
 suis sumptibus via Salaria
 construeret, altera vt eccle-
 siam dei hæredem suorum

honorũ institueret. Titu-
 los quinque; & viginti in vr-
 be Roma idem disposuit,
 quasi dioceses ad cõmodi-
 tatem baptisimi, & eorum,
 qui ad fidẽ Christi ex gen-
 tibus quotidie veniebant,
 & ad martyrum sepulturas.
 Quibus rebus iratus Ma-
 xentius, Lucina relegata,
 ipsam minis impellere co-
 natus, vt se pontificatu ab-
 dicaret, atq; nomen Chri-
 stianũ deponeret. In quo-
 cũ se ab eo negligi animad-
 uerteret ipsum in viuaria
 ad curã publicarũ bestiarũ
 dånauit ex quo loco nec
 orationes ille, nec ieiunia
 prætermittens, parrochias
 etiã epistolis, quãdo aliter
 non licebat, multos annos
 gubernauit. Demũ ex scẽ-
 da illa, atq; incõmoda ha-
 bitatione, pædore & situ
 cõfectus obiit. eiusq; san-
 ctissimũ corpus in cœme-
 terio Priscillæ in via Salaria
 sepelitur. xvij. calend. Fe-
 bruarij. Sedit autẽ annos
 quinque, menses sex, dies
 vnum & viginti. *Oratio.*

Preces populi tui quæ-
 sumus domine clemen-
 ter exaudi: vt beati

Marcelli martiris tui, atq; pontificis meritis adiuu-
mur: cuius passione lata-
mur: Per dominum. &c.

*Die .17. Antonius abbas
duplex mi. Lectio .iiii.*

ANtonius in Aegy-
pto nobili genere
natus, Constantini
magni tempore, cū intrās
ecclesiam, vt solebat, audif-
set illud euangelij, Si vis
perfectus esse, vende om-
nia quę habes, & da paupe-
ribus, velut ea sibi tunc pe-
culiariter dicta interpreta-
tus, omnib⁹ suis possessio-
nibus distractis, pretiū di-
stribuit pauperibus, ipseq;
in vastā Aegypti solitudi-
nem recessit, Vbi quā plu-
rimos annos incredibili par-
sifonia, & sanctitate vitā
gessit, vix humanā: sæpe à
dæmonibus ipsi sanctimo-
niam invidentibus variis
imaginib⁹ infestatus: quos
ipse ope diuina fretus tam
cōstanter spernebat, vt cō-
uiciis etiam, & maledictis
persequeretur exprobrās
illis imbecillitatem in eos,
quos diuina gratia nō de-
stituisset. Itaque tanto iam
terrori dæmonibus erat sæ-

pe à se deuictis, vt multi
per Aegyptum ab illis agi-
tati, noīe Antonij super ip-
sos inuocato, liberarētur.

Huic Constantinus Impe-
rator se, & filios per literas
commendauit, vt pro eis
Domino supplicaret. Ita
miraculis clarus, annum
agens vltra centesimum, à
vita migravit, decimosex-
to calend. Februarij.

*Die .18. Prisca virgo mari.
Lectio tertia.*

PRisca nobilis Roma-
na, decimotertio æta-
tis suę anno qđ Chri-
stianę fidei esset accusata,
iussu Claudij Imperatoris
ad templū Appollinis du-
citur, vt diis immolaret,
quod cū facere recusaret,
alapis cæsa, in carcerē tru-
ditur. Educta postmodum
in Christi confessione ni-
hilominus peristeret fla-
gellis verberata, feruenti
adipe toto corpore perun-
gitur ac rursus in carcerē
reducitur. Die tertia in am-
phiteatrum producta ex-
ponitur immanissimo leo-
ni, qui ad pedes eius man-
suetus se proiecit. Tunc in
ergastulo virgo reclusa tri-

duo in edia maceratur. De
inde e'culeo suspensa, & vn
gulis ferreis exarata, in ro
gum mittitur, à quo tamē
diuina ope incolumis eua
sit. Tandē extra urbē edu
cta, capitis abscissione mar
tyrio coronatur. Cui⁹ cor
pus à Christianis sublatū
via Ostiēsi milliario ab vr
be. x. sepelitur. xv. calend.
Februarij, *Die. 29. Telef
phorus pa mar. Lect. iij.*

T Elefphorus natione
Græcus Antonino
Imperatore pōtifex
factus, constituit, vt proxi
mē ante pascha ieiunium
quadrageimæ obseruaretur
: vtq; in natali Christi
tres missæ celebrarentur.
Prima, media nocte, cūm
Christus est natus in Be
thlehem. Secunda in auro
ra, quādo à pastoribus est
cognitus, postrema, circa
eam horam, qua redēptio
nis humanæ mysteriū age
batur. Item, vt ante sacri
ficiū caneretur. Gloria in
excelsis deo. Ordinationi
bus. iij. mense Decēb. ha
bitis, presbyteros. v. diaco
nos. xvij. epōs. xiiij. crea
uit. Cū aut sedisset aunos.

xj. mēses. iij. dies. xxij. mar
tyrio coronat⁹ est, ac i Va
ticano sepult⁹ nonis Ianu.
*Fabianus papa & Sebastia
nus mart. du. mi. Oratio,*

Infirmittatem nostrā re
spice oīpotens deus, &
quia pondus proprię a
ctōnis grauat: beatorum
martyrū tuorū Fabiani &
Sebatliani intercessio glo
riosa nos protegat. Per du
minum. *Ac. Lectio. iij.*

Fabian⁹ patria Roma
nus, à Gordiano &
Philippo ad Decium
Imperatorem pontifex ec
clesiæ p̄fuit. Hic septem
diaconis regiones diuisit.
qui à notarijs res martyrū
gestas scribentibus, collige
rent. Statuitq; , vt singulis
annis in die cenæ domini
christus renouaretur, ac ve
tus combureretur in eccle
sia. Huius tēpore orta est
hæresis Nouatij Romanæ
ecclesiæ presbyteri, negā
tis apostatas, etiā pœnitē
tes, ab ecclesia recipi debe
re. Sed congregato Romæ
concilio lx. episcoporum
totidemq; presbyterorum
cū diaconis cōplurib⁹ hęc
hæresis Nouatiana dānata

fuit. & cū alijs error quo- que Helchefatarū afferen- tium non esse criminofum in tormētis Chriflum vo- ce tenus ab eo negari, qui corde ipfum coniteretur. Fabianus denique. xij. ca- lēd. Februa. martyrio co- ronatus in cœmeterio Ca- lilti via Appia fepelitur, cū fediffet annos. iij. mēfes. xj. dies. xj. Sebastianus ci- uis Mediolanēfis, fed Nar bonæ ortus, vel vt alij tra- dunt oriūduſ, vir nobilis, & Imperatori Diocletiano charus, primæq; cohortis ductor multos Chriftia- norum in tormentis defi- cientes, tam fortiter, & fan- ctē in fide confirmavit: vt martyriū cōſtanter ſubie- rint. Quorū fuere Mar- cus, & Marcellian⁹ fratres, qui Romæ in domo Nico- ſtrati vincti aſſeruabātur, cui⁹ Nicoſtrati vxor Zoe, exorante Deū Sebastiano vocem ante ſex annos per morbum amiſſam recepit. Quib⁹ reb⁹ cognitjs Dio- cletianus, Sebastianū ad ſe vocat, & grauiffimē incre- patum, omni ratione à fi- de conatur auertere. Sed

hoc fruſtra tentato iubet eum ſtipite alligatum à ſa- gittarijs configi. Frequen- tibus igitur ſagittis confi- xus, cū ab omnibus aut perneatus, aut p̄tinus mo- riturus crederetur, tamen conſequenti nocte, ab Hy- rene ſancta matrona ſepe- liēdi gratia ſublatus viuus reperitur, & ope diuina breui eſt in domo illius in priſtinā valetudinem reſti- tutus. Itaq; paulō poſt ſa- ctus obuam Diocletiano ad rei miraculū attonito, liberē cœpit impietatem, & ſauitiam in Chriftianos improperare. Tunc verò iuſſu eiufdē Imperatoris, tandiu virgis cœſus eſt, do- nec animā exhalauit. Eius verò corpus in cloacā de- iectum, Lucinæ opera (cui Sebastianus per ſomnium viſus, & vbi ſuum corpus eſſet, & vbi cōdi vellet de- monſtrauit) ad cathacum- bas ſepultum eſt. vbi tem- plum extat eiufdem nomi- ne dicatum. Paſſus eſt au- tem Romæ. xij. calendas. Februarij.

Die. 21. Agnes virgo mar- tyr duplex minor. Oyatid.

OMnipotens sempiternus Deus, qui infirma mundi eligis: vt fortia quæque confundas concede propitius: vt qui beatæ Agnetis martyris tuæ solemnia colimus: ei⁹ apud te patrocinia sentiamus. Per dominum. &c.

Lectio tertia.

AGnes virgo Romana claris parentibus orta, cum ab vrbis præfecti filio amore flagrantissimo coniugem magnis pollicitis, & contentione peteretur, omnibus spreto in ea responsione persistit, se ab amatore Christo fuisse occupatam, ipsique soli se datam fidem præstare oportere. Ita cum neque blanditiis, neque minis commoueretur à Symphronio præposito, nec iussa Deæ Veltæ sacrificare paruisset, vestibus spoliata, præeunte præcone in lupanar ducta est, vbi cælestis lumen sic eam circumfulsit, vt à nemine videri posset. Cumque præfecti filius virgini insultaturus intrasset confestim exanimis iacuit qui mox oratione virginis suscitatus, egressusque

in publicum clamare cœpit, Tempora deorum esse demonum domicilia, & solum Christianorum verum esse Deum. Quo miraculo templorum pontificibus commotis, ac virginem magam esse clamitantibus, Symphronio licet iam Agnetem libenter absolueret, timens tamen pontificum calumiam, causam virginis cognoscendam Aspasio vicario commisit. Hic autem in conspectu omnium rogum accendi, & in eum virginem protrudi iussit. Quo facto flammis diuisis, ipsa in medio illæsa permansit, & ignis circumstantes exurebat, qui tamen ad orationem virginis statim extinctus est. Tunc Aspasius ira concitatus iussit eam decollari. Et sic martyrio coronata, ad sponsum Christum emigravit duodecimo calendas Februarij. Parietes autem eius corpus abstulerunt, & via Numentana in prædiolo suo, non longe ab vrbe sepeliterunt. Quibus in sepulchro cum fletu, & lamentatione assidentibus, frequenti virginum cœtu circumsepta, candida &

Isaurius.

refulget, Agnes apparuit, hortataque est illos ut piis lacrymis sinem imponerent, quandoquidem ipsa in caelum sublata, uberrimum ferret sui martyrii premium. Igitur fama sanctitatis eius ubique dispersa, quotquot credentes ad sepulchrum eius venissent, à quacunq; infirmitate sanabantur.

Die. 23. Vincentius & Anastasius marty. Lectio. iij.

Vincentius Oschæ natus, quod oppidum est Hispaniæ citerioris, ab ineunte ætate studio literarum deditus & sacris literis æruditus, à Valerio Cæsaraugustano episcopo, cui blesâ lingua erat, munus iniunctum predicandi euangelium pro ipso sanctissime, & constanter obibat. Quo cognito Decianus, provinciæ præses, in persecutione Diocletiani, & Maximiani capti eum iubet Cæsaraugustæ cum Valeriano, & victum ad Valentiâ deduci, ubi propter fidei constantiam verberibus primum vsque ad tortorum lassitudinem cæsus est: deinde in equuleo

ferreis unguibus exaratus postremo in craticula prunis subiectis impositus, & ferreis pectinibus alte impressis excarnificatus, quæ cum inuictò animo pertulisset, in carcerem retruditur, ubi paulo post spiritum ad martyrii coronam accipiendam emisit vndecimo calendas. Februa. Quo die, martyrium quoq; celebratur Anastasij natione Persæ: qui Heraclio Imperatore, cum Ierosolymam, & loca sancta visisset extra castrum Bethsalé cum sexaginta Christianis, quæ Cæsarea Palestinæ ipsum fuerant secuti iussu regis Cordrog fuit stragulat⁹. *oro.*

Adesto domine supplicationibus nostris, ut qui ex iniquitate nostra reos nos esse cognoscimus: beatorum martyrum tuorum Vincentij, & Anastasij intercessione liberemur: Per dñm.

Die. 25. Alfonsus archiepiscopus confes. Lectio. iij.

Alfonsus, qui & Alfonso ab aliis dicitur, nobili genere Toletu natus, liberalium di-

disciplinarum, sacrarumque
 literarum studio deditus,
 Eugenij toletani, Isidoriq;
 Hispalensis præsulum, san-
 ctorum doctissimorumq;
 virorum monitis, atq; præ-
 ceptis morum sanctitatem
 egregiã, & singularem cū
 pietate doctrinam est ade-
 ptus. Itaque primum fact⁹
 monachus in Agaliésii mo-
 nasterio, breui ppter vir-
 tutum præstantiam abbas
 est à monachis delectus.
 Deinde mortuo Eugenio,
 cleri, populique Toletani
 magno cōsensu, sufficitur
 in episcopatu. Quod mu-
 nus mira prudentia, & san-
 ctitate administravit. Hæ-
 reticos quosdã qui in His-
 pania Hæresim Heludian-
 nam, tollentem perpetuam
 Marię dei genitricis virgi-
 nitatem, disseminabant, do-
 ctissimè cōfutavit, ab His-
 paniaq; depulit. Quã dis-
 putationem, explicavit li-
 bro quem inscripsit de Ma-
 rię virginitate, rem mira-
 culo confirmante. Cùm e-
 nim Alfonso ad pces ma-
 tutina: in ecclesiam nocte
 descenderet, cōmites eius
 in ecclesię limine, fulgore

quodam repentino deter-
 riti, retro cesserunt. Ille ve-
 rò intrepidus ad aram p-
 gressus virginem ipsam vi-
 dit, & adoravit, ab eadem-
 que vestem, qua in sacrifici-
 cis uteretur, accepit. Abiit
 autem anno sui episcopa-
 tus sanctissimè gestis circiter
 decimo, & sepult⁹ fuit
 in Basilica Laocadię.

*Die 24. Timothe⁹ episco-
 pus mari. Lectio tertia.*

Timothe⁹ Lystris op-
 pido Lycæonię na-
 tus ex Iudæa matre,
 & patre gentili Christianę
 religionis cultor erat, cū
 Paulus in ea loca perue-
 nit. Qui motus Timothei
 sanctitate, & optima fama,
 qua idē inter Christianos
 illius tract⁹, celebrabatur,
 assevit ipsum sociū, & co-
 mitē suę peregrinationis,
 Ac ne offenderetur, qui
 ex Iudaismo conuersi fue-
 rant ad Christum, Timo-
 theumque nouerāt filium
 esse patris gētilis ipsum cir-
 cuncidit, quod licebat ad-
 hac nondum satis euange-
 lio promulgato. Cùm autē
 peruenissēt Ephesum, ibi-
 dem Timotheus à Paulo

relictus est, vt ecclesiã doctrina exemploque iuaret. Ad hũc Paulus, vt doctrina, qua presentẽ instituerat, absentem quoque cõfirmaret, duas epistolas scripsit, alteram à Laodicea, alterã ab vrbe Roma. Postremo Timotheus cũ in festo celeberrimo Dianæ populum ab impio sacrificio conaretur auertere lapidibus obrutus est à furenti populo, vnde penẽ mortu⁹ sublat⁹ à Christianis, & ad montem vrbi vicinum eductus, spiritũ emisit nono calendas Febr. **Die. 25. Conuersio Pauli ad ma. Ad vespe. Hymn⁹.**

Doctor egregie Paulus, qui ante, Saulle mores instruit. Et mente polum nos transferre satage. Donec perfectũ largiatur pleni⁹. **F**uacuatio quod ex parte gerimus. Sit trinitati sempiterna gloria. Honor, potestas, atq; iubilatio: In vnitatem cui manet imperiũ. Ex tũc, & modo per æterna secula. Amen. **Antiph.** Vade Anania, & q̄re Saulum, ecce enim orat: quia vas electionis est mihi, vt

portet nomen meum corã gentibus, & regibus, & filiis Israel.

Oratio.

Deus, qui vniuersũ mundum beati Pauli apostoli prædicatione docuisti: da nobis quæsumus: vt, qui eius hodie cõuersionem colimus: per eius exempla ad te gradiamur. Per dominum. **xc.**

¶ Ad Matut. Inuita. Laudemus deũ nostrũ in cõuersione doctoris gentiũ. **Hymn⁹** Doctor egregie, vt **3. an.** Mihi viuere Christus est, & mori lucrũ, gloriari me oportet in cruce dñi nostri Iesu Christi.

Lectio tertia.

Paulus, qui ante, Saulus, Giscalis oppido Iudææ ortus Beniamina tribu, patria à Romanis bello capta, cum parentibus Tarsum, quæ Ciliciæ est, migravit. Mox Ierosolymis operas dedit Gamalieli Mosaicæ legis peritissimo. Stephani martyrio interfuit accepitque à Iudæorum pontifice literis, vt eos velut impios insectaretur, qui christũ Nazarenum Dei filium asse-

rerent: quū Damascū pergeret, subita lux obiter in speciem fulguris eum occupauit, ad terramque paupore deiectus, vocem audiuit velut increpātis, Saul, Saule, qd me persequeris? Ille torpore, & metu pressus: Quis (inquit) es? Vbi verò Iesum, esse Nazarenum audiuit, cuius ipse nomen infestaretur, subita religione tactus venerabundus petiit, quid iuberet se facere. Pergeret porro ire responsum est, fore, vt quum Damascū venisset, ibi audiret, quid factum opus esset. Stabant eius comites miraculo rei attoniti, ceterum Saulū se & grē attollentem per manus in urbem deducunt. Fuit illi triduum Damasci nihil videns. Occurrit illuc Ananias caelesti oraculo iussus ad eum ire (erat is vnus ex Christi discipulis) ad cuius accessū confestim lux Saulo restituta est. Doctusq; ab illo, quod à Deo optimo maximo effectus esset ad Christianū dogma propagandum, paucis diebus, quibus Damasci fuit cum

discipulis similiter versatus, Christumque Nazarenum dei filiū asserere exorsus confestim in se omnium oculos vertit. Mirati subitam, in homine mutationem Iudæi, mirati vim dicendi, extemporalemq; facultatē, nec erat in synagoga, qui disputati illi resisteret, acceperat enim spiritum sanctū. Mox Damasco profectus, Christi nomen longē lateque prædicatione propagauit.

¶ *Ad laudes An.* Libēter gloriabor in infirmitatibus meis, vt inhabitet in me virtus Christi. *Ad vesp. hy.* Doctor egregiū, vt s. ana. Sancte Paule apostole, fideicator veritatis, & doctor gētum, intercede pro nobis ad Deū, qui te elegit.

Dic. 26. Poycarpus episcopus martyr. Lectio. iij.

Poycarpus Ioannis apostoli discipulus, & ab eo Smyræ, episcopus præfectus, probatissimis fuit moribus, & ingenti doctrina, cuius magistrōs habuerat nonnullos apostolorū. Hinc propter quasdā de die paschæ

contentiones Romam venit tempore Anacleti paps, ubi multos a Valentini & Marcionis hæresi ad rectam fidem reuocauit, rebusque cum Anacleto copositis, Smyrna rediit. Ibi que per aliquot annos ecclesia sanctissime administrata, Marci Aurelij persecutione, in Christianos per totam Asiam fruente, accusatus, & comprehensus, cum ad tribunal proconsulis se Christianum esse constanti animo profiteretur, nec posset minis deterreri, vniuersa multitudine gentiliu, & Iudeorum id clamoribus efflagitate, a preconsule damnatur: ut viuus igne combureretur. Sed in rogum, vinctis post tergum manibus, iniectus, permanebat illesus. Flama enim in modum camerę curuata quasi velum nauis veto sinuate corp^o martyris tenebat potius quam adurebat. Quo animaduerso sceleris ministri, corpus, cui flamae pepercerant, iubent gladio a carnifice transfodi. Quo facto beatissimi martyris spiritus vinculis

corporis solutus, ad deum euolauit. Passus est autem annum agens. lxxxvi. vij. calendas Februarij.

Die 27. Ioanes Chryso-
stomus eps confesi. Lect. iii.

Ioannes Chryso-
stomus Antiochiæ natus, cum
esset liberalibus artibus
eruditus, relictis forensi-
bus & secularibus studiis,
quibus ab incute ætate va-
cauerat, totum se sacrarum li-
terarum studio tradidit. Er-
go a Meletio Antiochiæ
epo, lector, & diaconus &
ab Euagrio illius successo-
re, sacerdos ordinatus, tum
doctrinę, tum sanctitatis
notę, omnium voce celebra-
batur. Qua fama mot^o Ar-
chadius Imperator ipsum
in Antiochia accersiri iu-
bet, ut Nestareo Constan-
tinopolitano epo mortuo
succeedat. Suscepto autem epi-
scopatu, cum vitia clerico-
rum partim exemplo, par-
tim etiam verbis, & legiti-
mis pœnis insectaretur, ma-
gnam ipsorum in se inuidiam
concitauit. Eudoxię quo-
que augustę ob Seuerianum
Gabaliensem episcopum, a se
tanquam hæreticum vrbe
pulsam,

pulum, magnum odiū incurrit (erat enim Seuerianus Eudoxiæ intimus & familiaris) quamobrem eadē contra Ioannem quorundam episcoporum cōcilium cogendū curauit: ad quod velut hostile, cū Ioannes vocatus ire recusasset, dānatus est: & in exiliū missus, sed paulō post coorta in vrbe ob id magna seditione, ab exilio reuocatus est. Cui redeunti populus cū magna gratulatione frequentissimus occurrit. Deinde cū in diuæ Sophiæ foro ante Augustæ argentam imaginem ludos ageretur, rursus irata Eudoxia, quasi factū id fuisset in suam contumeliam, dat operam, vt Ioannes ab inimicis episcopis vrbe pelatur. Ad quod synodo acta, hoc modo præsentata causa, quod post priorem dispositionem, siue concilij decreto in sede resedisset, damnatus iterum mittitur in exilium. A quo dū iubente papa Innocentio ex concilij, quod Romæ coegerat, decreto reuocaretur mortuus est, multis

B. N.

calamitatibus propter ecclesiam, & morum correctionē exhaustis: multisque libris mira doctrina, & eloquentia sanctitateq; conscriptis. Obiit autem xvij. calend. Octob. **Q**uo die vehemens grando Constantinopolis suburbanis magnum detrimentum inuexit. **Q**uod creditum est euenisse propter iniustam Ioannis damnationem, & eā opinionem confirmauit mors Augustæ post. xix. diem secuta. Itaque postea corpus eius Theodosius Archadij filius Constantinopolim transferendū, ac religiose sepeliendum curauit vj. calend. Februarij.

Lucianus presbyter martyr. Die. 18. Lectio tertia.

MAximini Imperatoris persecutione in Christianos per vniuersam propemodum Asiam, præsertim Antiochiæ, sæuiente, Lucianus presbyter Antiochiensis continentia, & eruditione singulari: vita, & studiis semper martyr, comprehensus est. Cūque ad tribunal fuisset constitutus, incre-

AA

patu à iudice, q̄ vir prudens sequeretur sc̄ctā, cuius non posset reddere rationem: data sibi facultate dicendi, tā eloquenter, sapienterque de fide disseruit, vt iam inciperet astantibus suā disciplinā persuadere.

Quo iudex animaduerso, iubet eum in carcerem retrudi, & ibi absque populi tumultu necari. Sepultus est autem Helenopoli Bithyniæ, quam urbem, cum prius Deprana vocaretur, in honorem præfati martyris Constantinus imperator instaurauit, & ex nomine Helenæ matris nuncupauit. Passus est autem septimo idus Ianuarij.

Die. 29. Paulus primus cremita. Lectio tertia.

Paulus, à quo primum Peremus habitari cœpta est, ex Thebaide Aegypti urbe oriundus, literis Græcis, & Aegyptiis apprime eruditus, parentibus amissis cūm esset annorum. xvj. Decio Imperatore in Christianos se uiente, in solitudinem secessit. Vbi (auctore Hieronymo, qui vitam eius con-

scripsit) ad saxei montis radices spelūcam, quā vetus palma, & fons limpidissimus exornabat, ad vitam peragēdā elegit, palma eadem obsoniū & indumentum suggerente. Cū autem centum tredecim annorum esset, à beato Antonio nonagenario in illa solitudine inuistur. Quibus inter se iucundissime colloquentibus, coruus panē integrum ante ipsos deposuit. Tunc Paulus, Sexaginta (inquit) anni sunt, quibus dimidiatū semper panem accipio, nūc ad aduentum tuū militibus suis Christus duplicauit annonam. Tunc ad marginem nitidissimi fontis consideres facta oratione, pane & aqua refecti, noctem peruigiles traduxerunt. Postridie Antonius, cūm Pauli mortem instare ipso prædicte cognouisset, lachrymans ad monasteriū suum reuertitur, relaturus pallium, quōd ipsi dederat Athanasius ad Pauli corpus inuoluendum, vt ab ipso fuerat rogatus. Rediēs autem vidit inter angelorum

caterus eius animam nitens candore fulgentem in sublime conscendere, & statim cum gemitu & lachrymis exclamat, cur me Paulus deseris? cur insalutatus abis? & accurrens in speluncam cadaver inuevit genibus complicatis, erecta ceruice, extensis in altum manibus oranti simile quod cum mortuissimus obuoluisset pallio, nec quo terram fodere haberet, ecce duo leones, ex interiori parte solitudinis venientes, unius hominis capacem locum effodere. Vbi humato corpore, ac tumulo composito, tunicam Pauli, ex palmarum foliis contextam, secum deferens Antonius ad monasterium suum reuersus est.

¶ Die. 30. Iginus papa martyr. *Lectio tertia.*

Iginus papa natione Græcus, patria Athenis. Antonino Pio Imperatore pontifex factus, clericorum ordinem prudenter per gradus distribuit, instituitque ne templum sine celebratione dedicarentur, neue augerentur numero, aut diminuerentur incognito metropolitano,

vel episcopo. Item, ne tigna, reliquaue templorum materia in prophanos usus conuerteretur. Præterea, ut unus saltim patrum, unaqueque matrum infantibus adhaeret in baptismo. Postremo de ecclesia dei optimè meritus, cum mense Decembri ordinationes ter habuisset, creassetque presbyteros. xv. diaconos. v. episcopos; sex, martyrio coronatus in Vaticano monte sepelitur. iij. idus Ianuarij, cum sedisset annos. iij. menses tres, dies. iij.

¶ Die. 31. Hilarius episcopus confessor. *Lectio. iij.*

Hilarius natione Gallus, propter ingenium eius doctrinam, ac sanctitatis opinionem magno totius populi consensu Pictauesium, in regione Aquitania, episcopus creatur, quo munere sanctissime fungens Arrianam heresim, tum temporis vigentem insectatus est. Factione Saturnini Arelatensis episcopi de synodo Bituricensi in Phrygia relegatus, multos libros contra hæreticos confecit. Duo decim aduersus Arrianos. Et item librum

Februarius.

aduersus Valentē, & Vrsatium historiam Ariminensis, & Seleutiensis synodi continentem, & alium contra Dioscorum, præter alia multa opera. Qui diu vexatus hæreticorum persecutione, cum apud Constantinopolim librum pro se Constantino Imperatori porrexisset, ipsius voluntate in Gallia rediit: quæ provincia Hilario auctore dolu Arrianæ perfidiæ dānauit. Claruit etiā multis miraculis: quorū illud in primis refertur, infantē sine baptismo in ortuum vitæ ac matri ab ipso susse restitutum. Post varia igitur certamina ob fidem suscepta, sanctitate, ac doctrina clarus, idibus Ianuarij migravit ad dominum.

FEBRUARIUS.

Ignati⁹ epus mar. Dic. 1.
Lectio tertia.

Ignati⁹ Antiochiæ post Petrum tertius episcopatium fortitus, Traiani tempore accusatus quod Christian⁹ esset, ad bestias damnatur, Romam mittendus. Quo cum à Syria vin-

ctus deportaretur, omnes Ahiæ ciuitates, ad quas apulisset, euangelicis cohortationibus docebat, remotiores etiam epistolis exiit. In quarum vna, quæ Smyrnæ dum apud Polycarpum diuersaretur, ad Romanos scripsit: inter cetera hæc de sua damnatione refert, O salutes bestias quæ præparantur mihi. Quando venient? quando emittentur? quando eis frui licebit carnibus meis? quas & ego opto acriores parari, ne forte (vt in nonnullis fecerunt) timeant contingere corpus meū. Nunc incipio discipul⁹ esse Christi. Ignes, cruces, bestię, descriptiones membrorum, ac totius corporis pœnæ, & omnia in me vnum supplicia diaboli arte quæ sita cumulentur, dum modo Iesum Christum merear adipisci. Romam igitur perductus, & bestiis expositus, cum iam à leonibus discerperetur, ardore martyrij moriens, in hæc verba prupit, Frumentum ego sum Dei. Bestiarum dentibus molor & subigor, vt panis mundus

efficiat Christo. passus est
autem calend. Februar. an-
no vadesimo Traiani.

**Purificatio Mariz virgi-
nis duplex ma. Ad vespas.**

Hymnus. Ave maris stel-
la. **Ac. An.** Senex puerum
portabat, pater autē senē
regebat quem virgo pepe-
rit, & post partum virgo
permanfit, ipsum, quē ge-
nuit, adoravit. **Oratio.**

Omnipotens semp-
terne Deus, maiesta-
tem tuam supplices
exoramus: vt sicut vnige-
nitus tuus hodierna die cū
nostrę carnis substantia in
templo est pręsentatus. ita
nos facias purificatis tibi
mentibus pręsentari. Per.

Die. 2. Ad Matutinum.

Invitatoriū Ecce venit ad
templum sanctā suū do-
minator dominus: gaude
& latare Sion occurrens
Deo tuo. **Hymn.** O glo-
riosa domina. **Ac. Antiph.**
Benedicta tu in mulieri-
bus, & benedictus fructus
ventris tui.

Secūdam Lucam. Lec. iij.

In illo tempore: Postq̄
impleti sunt dies purga-
tionis Mariz, secūdam

legem Moſi: tulerunt illū
in Ierusalē: vt ſisterent eū
dño, ſicut ſcriptum eſt in
lege domini. Et reliqua.

Homilia ſancti Amb. cęp.

Et ecce homo erat in
Ierusalem, cui nomē
Symeō: & homo iſte
iuſtus, & timoratus: expe-
ctans redēptionem Iſrael.
Non ſolum ab angelis &
prophetis: à parentibus &
paſtoribus: ſed etiam à ſe-
nioribus & iuſtis, genera-
tio domini accepit testi-
monium. Omnis gr̄as, & vtēr-
que ſexus, vt̄torū mira-
culorum fidem aſtraunt.
Virgo generat, ſterilis pa-
rit, mutus loquitur, Eliſa-
beth pphetat, magus adō-
rat, vt̄ro clauſus Ioannes
exultat, vidua conſitetur,
iuſtus expectat. Et bene
iuſtus, quia non ſuam, ſed
populi gr̄tiā requirebat:
cupiēs i pſe corporez vin-
culis fragilitatis abſolui:
ſed expectans videre pro-
miſſum. Sciebat enim quia
beati oculi qui viderent
Chriſtum domini. Et acce-
pit eum in manibus ſuis: &
benedixit Deum. & dixit.
Nunc (inquit) dñe dimitte

Februarius.

seruum tuū in pace. Vide te iustum, velut corporea mole inclusum velle abfolui: vt sic possit esse cum Christo. Dissolui enim & esse cū Christo multò melius est. Qui vult ergo dimitti veniat in tēplum: veniat in Ierusalem: expectet Christū dominū: accipiat in manibus verbum dñi: cōplectatur velut quibusdam fidei suæ brachiis: tūc dimittetur, vt non videat mortem qui viderit vitam.

¶ *Ad laudes an.* Cū inducerent puerū Iesum patres eius, accepit eū Simeō in vlnas suas, & benedixit Deum dicens, Nūc dimittis seruum tuum in pace.

¶ *Ad vespas hymnus.* Aue maris stella. *Ant.* Hodie beata virgo Maria, puerū Iesum præsentaui in templo, & Symeon repletus Spiritu sancto, accepit eū in vlnas suas, & benedixit eum in æternum.

¶ *Dic. 3. Blasius episcopus martyr. Lectio tertia.*

Blasius cūm Sebastæ, quæ ciuitas est Capadociæ, sanctimonia polleret, electus est à

Christianis eiusdē ciuitatis episcopus, Diocletiano imperatore. Sed persecutione in Christianos inualescente, in spelūcam Argei vicini mōtis confugit, ibique tamdiu latuit, donec ab Agricolai præsidis militibus in eo monte venantibus est repertus. Cuius præsidis iussu captus, & in vincula coniectus est, atque inde multos ægrotantes, qui ad ipsum afferebatur, sanauit, & in his puerū iam conclamatum spina strangulante, quæ transuersa in gutture ipsius inhaererat. Productus autem Blasius ad præsidem, semel & iterum, cum diis sacrificare renuisset, primū virgis cæsus est, deinde ferreis pectinib⁹ in eculeo laniatus, postremò capite plexus martyrio coronatur tertio nonas Februarij.

¶ *Dic. 4. Phileas epus, & Philoromus mar. Lec. iij.*

Phileas nobili loco natus Thumis vrbe Aegypti egregie liberalibus disciplinis eruditus, & magnis honoribus in re publica Romana functus,

vum se totū ad verā Christi philosophiam traduxisset, ppter multa documēta, & ingētē sanctitatis ei⁹ opinionē: magno suorū ciuū cōsensu, episcopus efficitur. Quo mnnere p̄ an nos aliquot sanctissimē fūctus, demū sub Diocletiano Imperatore, in vincula cōiectus est: vbi egregium librū de laudibus martyruū conscripsit. Qui flentibus propinquis, ac miserabiliter deprecantibus ne se liberōsque suos, & familiam perditū iret nullos se propinquos habere respōdit, nisi apostolos, & martyres Dei. Ita cū neque horum, neque p̄sidis monitis à pio instituto reuocari potuisset capitali sentētia dānatur cum Philoromo cēturione. Qui conātibus & iudice, & propinquis à vera pietate Phileā summo- uere, exclamauerat, Quid frustra constantiam fortissimi viri tentatis? Cur eum cogitis negare Deū, vt hominib⁹ obsequatur? Qvōmodò potest terrenis lachrymis flecti, cuius oculi caelestem iam gloriam cō-

tuentur? Itaque à turba furentē comprehensus iussu p̄sidis martyrio, vna cū Philea coronatur. pridie nonas Februarij.

¶ Die .5. Agatha v̄go mar.
 Lectio tertia.

Decio Imperatore, Quintianus Sicilię p̄ses captus amore nobilis, atque egregia forma virginis Agathę, in vrbe Catana, cū ipsam Christianam esse, & sanctę pudicitię cognouisset, capi eam iubet p̄ tanta superstitionis causa. Ipsamq; Aphronisiz euidam septē filiarum meretricum matri & leuę turpi cōsuetudine deprauandam tradit. Sed post diem trigesimum, cū Agatha meretriciā turpitudine multò magis exosa, sanctior ac in virtute cōstātor persistere nūciaretur, produci eandem ad se Quintianus, optareq; iubet diis ne sacrificare mallet, an supplicia ingentia subire. Quę cū nullis suppliciiis à fide Christi se posse summoueri respōdisset, alapis vehementer caesa in carcerem truditur. Ac po-

stredie cum eodem animo
perseueraret, seculos cru-
ciatur tota primū, ac dei-
de abscissa māmilla. Quo
patientissimē tolerato, post
diem quartum acutis testu-
lis, & substratis carbonib⁹
imponitur, ac volutatur.
Hoc dum fieret, magnus
terremotus urbem cōcus-
sit quo paries corruēs, Sil-
uinum, & Falconum præ-
fidis do nesticos oppressit.
Itaq; ciues timore percul-
si, magno clamore i Quin-
tianum, dānata eius in vir-
ginem seuitia, concitātur.
Tunc verō Agatha in car-
cerē retrudi iubetur, quo
cum esset semimortua re-
ducta, Deum vt suam ani-
mam reciperet precata, ex
hac vita migravit nonis Fe-
bruarij.

Oratio.

DEus, qui inter cæte-
ra potentie, tuæ mi-
racula, etiam in se-
xu fragili victoriam mar-
tyrij cōtulisti: concede p-
pitius: vt cuius natalitia co-
limus: per eius ad te exem-
pla gradiamur. Per domi-
num nostrum Iesum,

¶ *Adauctus & socij marty.*
Dis. 7. Lectio sexta.

TEmpore Diocletia-
ni, & Maximiani Im-
peratorum seuiente
in Christianos persecu-
tione ciuitas quædā Phry-
giæ, quæ publicè, & ma-
gno ciuiū omniū cōsensu,
Christi fidē profitebatur,
cū nulla ratione adduci
posset, vt deos alienos ado-
raret, obsessa ab impiorum
exercitu, vniuersa sine vl-
lo sexus, aut ætatis disci-
mine incenditur, tanta im-
piorum crudelitate, vt nul-
lus omnino ciuis huic vr-
bis calamitati superfuerit,
Cuius beati numerosiq; que
martyrij simul ab vniuersa
ciuitate suscepti, autor &
dux extitit vir pietate, &
religione, magnitudineq;
animi clarus Adauct⁹ Ita-
lus natione. Qui multis ho-
norib⁹ reipublice funct⁹,
tum quoq; publicum mu-
nus in illa vrbe administra-
bat. Huius enim in confes-
sione Christi constantiam
omnis populus sequutus
est, eoque duce clarissimi
martyrij palmam adeptus
vij. Idus Februarij.

¶ *Coimcha virgo marty.*
Dis. 8. Lectio sexta.

Alexandriæ Decio Imperatore tâta in Christianos persecutio exorta est, vt nullû fidelibus iter nec die, nec nocte pateret. Nam quicumque à furente populo comprehensus esset indicta causâ, vel pedibus trahebatur ad mortê, vel igni succedebatur. Cùm igitur demonum stimulis exagitationum vulgus nihil aliud, quam piorum sanguinem sitiret, Cointham virginem nobilem correptâ, & deos adorare recusantem, imo potius execratam, vinculis pedibus per omnes vrbes plateas trahunt, sædoque & horrido supplicij genere discerpunt sexto idus Februarij.

¶ *Apollonia virgo mar.*

Die. 9. Lectio tertia.

Apollonia virgo in vrbe Alexandrina scruente in Christianos, tempore Decij Imperatoris, persecutione, cùm iam in senili ætate, à furente populo correpta, & ad idola perducta adorare reculasset, dætes ei primû effossi sunt omnes, de-

inde congestis lignis incensoque rogo cõbusturos feminantur carnifices viuâ, nisi Christû detestata, deos alienos adoraret. At illa in fide Christi cõstantissimè perseuerans, crudelissimâ mortê subire maluit, quàm à vera pietate discedere. Itaque corpore seuissimis flammis absumpto, inuictus spiritus in cælum ad martyrij coronam euolauit. v. idus Februarij.

¶ *Cathedra Petri apostoli dup. ma Ad vespas. Hy.*

Quodcunque vinculis super terrâ strinxerit. Erit in astris religatû fortiter: Et quod resoluit in terris arbitrio: Erit solutum super celi radium: In fine mundi iudex erit sæculi.

Gloria patri per immensâ sæcula. Sit tibi nate decus, & imperium: Honor, potestas, sanctoq; spiritui, Sit trinitati salus individua, Per infinita sæculorum sæcula. Amen. Antiphona. Tu es pastor ouium, princeps apostolorum, tibi traditæ sunt clauæ regni cælorum.

Oratio:

Deus qui beato Petro (Apostolo tuo, collatis clauibus regni caelestis, animas ligandi, atque soluendi pontificium tradidisti: concede, ut intercessionis eius auxilio à peccatorum nostrorum nexibus liberemur. Qui vi.

¶ Dic. 33. Ad Matut. Inuitatorum. Tu es pastor ouium princeps apostolorum. tibi tradidit Deus clauis regni caelorum. **Hymnus.**

Iam bone pastor Petre clemens accipe vota precantum, & peccati vincula Resolue tibi potestate tradita: **Q**ua cunctis caelum verbo claudis, aperis.

Sit trinitati sempiterna gloria: Honor, potestas, atque iubilatio, In unitate cui manet imperium, Ex nunc & modo per aeterna secula. Amen. **In.** Tu es Petrus, & super hanc petram aedificabo ecclesiam meam.

Lectio tertia.

Cathedra summi pontificatus, cuius hodie festum celebramus, promissa est Petro, cum Christus ei dixit (ut habetur Matthaei sextode-

cimo capite) Ego dico tibi, quia tu es Petrus & super hanc petram aedificabo ecclesiam meam: & portae inferi non praevalent aduersus eam, Et tibi dabo clauis regni caelorum, Et quodcumque ligaueris super terram, erit ligatum & in caelis, & quodcumque solueris super terram, erit solutum & in caelis. His igitur verbis, Christus cathedram summi sacerdotis Petro pollicitus antequam pateretur, eadem tradidit post resurrectionem: cum ter ipsi suum gregem pascendum commendaret. De quo sic scripsit Iohannes. Dixit Simoni Petro Iesus, Simo Iona diligis me plus his? Dicit ei, Etiam, Domine, tu scis, quia amo te. Dicit ei, Pasce agnos meos. Dicit ei iterum, Simon Iona diligis me? Ait illi, Etiam domine, tu scis, quia amo te. Dicit ei, Pasce agnos meos. Dicit ei tertio Simo Iona amas me? Contristatus est Petrus, quia dixit ei tertio amas me. Et dixit ei, Pasce oues meas. Petrus igitur post ascensionem Christi ad patrem, cum Pontum,

Galatiam, Bithiniam, & Cappaciam peragrasset, fidem Christi prædicando, & sermonem miraculis confirmando, Antiochiam reuersus est: ibiq; cathedrâ, hoc est sedem apostolicâ, fixit, tenuitque septem annos, donec iussu Dei (vt verbis vtar Marcelli papæ & martyris) eam transtulit Româ, immobilêmque locauit: vt ad comoditatem Christianorum, & religionis augmentum, sedes summi sacerdotij, & ecclesiæ caput esset in ea potissimû vrbe, quæ principatum orbis obtinebat.

¶ *Ad laudes Antiphona.*

Quodcûque ligaueris super terram, erit ligatum & in cælis, & quodcûque solueris super terram, erit solutum & in cælis, dicit dominus Simoni Petro.

¶ *Ad vespas. hy^o.* Quodcûque. &c. In. Dum esset summus pontifex, terrena non metuit, sed ad cælestia regna gloriosus migravit.

¶ *Dic. 14. Memoria. apost. nu. ma.* ¶ *Notûdû q; in anno bissextili hoc festû celebratur die, xxv. Februarij*

vt supra dictum est in regulis generalibus. Oratio.

Deus, qui beatû Mathiam apostolorum tuorum collegio sociasti, tribue quæsumus vt eius interuentione tua circa nos pietatis semper viscera sentiamus. Per dominum nostrum.

Lectio tertia.

MAthias de numero lxx. discipulorum ascitus est in apostolatû, in locum Iudæ proditoris. Nâ post Christi ad patrem ascensum, Petrus Apostolus in medio discipulorû Christi circiter. cxx. consistens. Oportet (inquit) viri fratres, impleri scripturâ, quâ prædixit Spiritus sanct⁹ per os Dauid de Iuda, q; fuit dux eorû, qui cõprehenderunt Iesum: qui connumeratus erat in nobis, & sortitus est sortem ministerij huius. Et hic quidẽ possedit agrum de mercede iniquitatis, & suspensus crepuit medius, & diffusa sunt omnia viscera eius. Et notû factum est omnibus habitantibus Ierusalem: ita vt

appellaretur ager ille lingua eorū, Haceldema, hoc est, ager sanguinis. Scriptū est enim in libro psalmorū, Fiat cōmoratio eorum deserta, & non sit qui inhabitet in ea. Et episcopatum eius accipiat alter. Oportet ergo ex his viris, qui nobiscum sunt cōgregati in omni tempore, quo intrauit, & exiuit inter nos dominus Iesus, incipiens à baptisinate Ioannis, vsque in diem, qua assumpt⁹ est, à nobis testē resurrectionis eius nobiscū fieri vnū ex istis. Et statuerūt duos, Ioseph, qui vocatur Barfabas, & cognominatus est iustus, & Mathiam. Atque orantes dixerunt, Tu domine, qui corda nosti omnium, ostēde quem elegeris ex his duobus vnū, accipere locū ministertij huius, & Apostolat⁹, de quo prauaricatus est Iudas, vt abiret in locum suū. Et dederunt sortes eis, & cecidit sors super Mathiam, & annumeratus est cum vndecim Apostolis. Mathias igitur (vt quidā tradunt) cū in Macedonia primū, de-

inde in Iudæa verbū dei latissimè disseminasset, multōsque prædicatione, & cōsequētibus signis ad Christi fidem conuertisset: à Iudæis, id ægre ferentibus, comprehensus, lapidibus penè obrut⁹ est, ac postremo securi percussus. vj. calendas Martij.

¶ Iulianus & Eunus martyres. Dic. 27. Lectio. iij.

INeunte principatū Decio Imperatore, tam vehementer in Christianos sauitum est, vt iuxta verbum domini scandalizaretur propemodum etiā iusti. Cū igitur Alexandriæ suppliciorum immanitate quidā perterriti fidem negassent, pleriq; tamen spiritu domini cōfirmati, admiranda martyrij sui spectacula præbuerunt. Imprimisque Iulianus venerabilis senex, podagra laborans, vt neque incedere posset, neque stare, qui cū duobus ministris Christianis, à quibus sella portabatur, ad iudicē constitutus, nullis minis potuit nec ipse nec alter ministrorum Eunus nomine à vera ple-

tate, & Christi confessione deterreri. Perseuerantes ergo iubentur camelis impoliti per totam urbem circumduci, & flagris hinc inde populo spectante usque ad mortem lanari. Et sic martyris coronati sunt tertio calendis Martij.

MARTIVS.

¶ *Emetherius Celedonius & Asterius martyr. Dic. 3.*
Lectio tertia.

Emetharius, & Celedonius apud Legionem Hispanie civitatem exurgente persecutionis procella, ob Christi fidem plurimis tormentis afflicti Calaguriam inde perducti sunt, atque ibi capitibus abscissione martyris palam sunt consecuti.

Asterius patria Romanus, ordinis senatorij, illustris familia, glorieque rerum gestarum fuit sed Christiana pietate & magnis in virtute Christi miraculis editis clarior. Quorum illud in primis memoratur. Apud Casarem Philippi, in radice montis Panij ubi ori-

tur Jordanis fluvius, veteri gentis illius instituto, immolabatur soleni quodam die victima, quæ demonis prestigiis repente sublata, in cælum efferi credebatur. Cui spectaculo cum forte Asterius interesset, & omnes videret attonitos specie miraculi, publicum errorem miseratus, Deum fuis lacrymis exoravit, ut prestigias diabolicas detegeret. Itaque primus victima flumini deferri cum ceteris astantibus conspecta est, ac mentes ipsorum errore pernicioso liberata. Hic cum in urbe Casarea Palestinae martyrio interfuisset beati milis Marini, corpusque illius humeris ad sepulturam efferret abstractus ab infideli populo in fide constantis glorioso martyrio coronatur. v. no. Martij. Valeriano & Gallieno Imperatoribus.

¶ *Dic. 4. Lucius papa martyr.*
Lectio tertia.

Lucius patria Romanus Gallo, Volustiano, Gallieno, & Valeriano Imperatoribus pontificatum gessit. Quorum

temporibus tanta in Christianos seuitia exorta est, vt paucę ipsorum domus, nedum ciuitates aut prouincię fuerint eius calamitatis expertes. Hic igitur Romam mortuo Voluffiano, à quo relegat⁹ fuerat, reuersus, constituit vt bini presbyteri, ac terni diaconi, episcopū ubiq; comitantur: testes videlicet eius vitę, actionumque futuri. Ordinationibus sacris ter mense Decembri habitis, Presbyteros. iij. diaconos iij. episcopos. vj. creauit. Demum iubente Valeriano acerrimo Christiani nominis hoste, martyriū passus, in cœmeterio Calisti sepultus est. iij. non. Martij, cū sedisset ann. ij. menses. iij. **Qui** Valerian⁹ meritis suę impietatis pœnas mox dedit. Nā paulò post Christianū nomen ab ipso vexari cœptū, i bello Persico victus est, viuusq; venit in hostium potestatem. Apud quos tam miserabiliter in turpissima seruitute vixit, vt quoties Pacorus Persarum rex equum ascenderet, velut scabello

dorso eius vteretur.

g. Dic. 7. Thomas confessor.
LECTIO tertia.

Thomas vir doctrina, & sanctitate clarus, Aquini natus loco illustri ex comitum familia patria vastata à Conrado Imperatore, relictus est à profugis parentibus in cœnobio Casinensi monachis commendatus. Vbi aliquandiu literis studuit, ac religioni. Deinde monachus predicatorū ordinis fact⁹, Alberto Magno præceptor operam dedit in conuentu Colonensi. Eoq; processit eruditionis indefessa cura, & ingenij magnitudine, vt facile principatum obtinuerit in gymnasio Parisiensi. Vbi philosophiã, theologiã, & que docuit, cum maxima sua laude. Tot libros de philosophia, ac theologia doctissime conscripsit, vt longū sit enumerare. Quorum summã theologicam, quatuor libris adhibitã etiam quadã lima, senex cõplexus est. Romam verò accersitus ab Urbano papa, spretis dignitatib⁹, quę

Utro ipsi à pontifice offerbantur, nulli rei præterquam lectioni, & scriptioni vacabat. Qui etiam uiuens miraculis claruit. Sed iussus à Pontifice Gregorio. x. Lugdunum ad conciliū, quod ibi cogebatur, contendere: dū profectio- nem pararet, feбри correptus ad monasterium Fos- sam nouam appellatum, emigravit ad dñm anno Christi nati. M. cclxxiij. non. Martij, suæ uerò æta- tis quinquagesimo. Quem postmodum Ioannes papa xxij. sanctorum confesso- rum numero aggregauit.

Quadragesima milites mar- tyres. *Lectio tertia.*

A Pud Sebasten Ar- menie minoris vr- bem, tempore Lici- nij imperatoris, præside Agricolao, quadragesima mi- lites Christiani cõprehen- si, post vincula, & crucia- tus custodibus impositis, in stagnum missi sunt in- stante bruma, ut aqua no- cturno frigore concrescē- te, constricta ipsorum cor- pora distrūperetur, apposi- to tamē balneo, quo pate-

ret effugiū, si quis eorum à cõfessione Christi discessis- set. Itaque vnus frigoris ve- hementiã nõ ferens, nega- to Christo ad balneū con- fugit. Sed cū primū attigit calorem expirauit. Quo perspecto cæteri grã Chri- sti recreati in Dei laudes eruperunt. Circa horã ve- rò tertiam noctis resplen- dit velut sol lumē, super eos, & glacies dissoluta est. Custodibus autem somno grauatissimus custodię p- fectus vigilabat, qui au- dias orantes, miracūque lucem, ac glaciem resolu- tam: vidit super eos coro- nas descendentes numero triginta nouem. Tunc ve- rò miraculo cõmotus ex- pergefactis sociis proiecit vestimenta in facies eorū, ac exiliunt in stagnum cla- more se Christianum esse professus. Cū autem illu- xisset, & extracti ferē om- nes essent exanimis, igne combusti sunt, ac cineres in fluuium proiecti, ut per omnem creaturam eorum transiret certamen, ut verè possint vocem illā vsurpa- re, Trāsumus per ignem

& aquam & eduxisti nos in refrigerium. Passi sunt autem. vij. idus Martij. **Oro.**

Paxta quæsumus omnipotens Deus, vt qui gloriosos martyres fortes in sua confessione cognouim⁹: pios apud te in nostra intercessione sentiamus. Per dominum.

¶ Die. 15. Gregorius papa & confessor dup. tui. Oratio.

Deus, qui animæ famuli tui Gregorij æterne beatitudinis præmia contulisti: concede propitius: vt qui peccatorum nostrorum pondere premimur, eius apud te precibus subleuemur. Per.

Lectio tertia.

Gregorius patria Romanus, ex ordine senatorio magno omnium consensu, inuitus etiam, cum monachus esset, atque leuita, Pontifex creatur anno domini D. c. xix.

Qui sic vixit, vt clarissimum exemplum reliquerit successoribus suis, vel morum sanctitatis, vel diligentie in rebus agendis, vel doctrinæ: quam variis scriptis ostendit quæ multa &

præclara posteritati reliquit. Hic instituit vt Kyrie eleison nouies in ecclesia caneretur. Item vt cantaretur Alleluia, præterquam à septuagesima vsq; ad pascha. Idem in canone rededit illud. Diesque nostros in tua pace disponas. Necnon supplicationes maiores, quas græci litanias vocant: & stationum magnam partem instituit. Ad hoc probis, doctisque viris ad predicandum euangelium missis, Angli, fidem Christi integre publico consensu acceperunt. Eiusdem potissimum opera Gotthi ad catholicam fidem ex Arriana secta rediere. Hic paternam domum in monasterium conuertit, vbi pauperes peregrinos alebat. Obiit anno sui pontificatus. xiiij. mensē. vj. quarto idus Martias, sepultusque est in Basilica Petri.

¶ Ioseph confessor duplex minor. Oratio.

Concede quæsumus omnipotens Deus, vt beati Ioseph, vniuersi filij tui matris sponsum intercessione, ab omnibus

bus aduersitatibus liberemur. Per eundem. &c.

Die. 19. Ex homilia sancti Bernardi super Missus est. **Lectio tertia.**

Missus est Angelus Gabriel à Deo, in ciuitatē Galilææ, cui nomē Nazareth ad virginem desponsatam viro, cui nomen erat Ioseph. Virum nominat, nō quia maritus: sed quia homo virtutis erat, vel potius, quia iuxta alium euangelistā nō vir simpliciter, sed vir eius dictus est. Meritō enim appellatur, quod necessariō putatur, Debit igitur vir eius appellari, quia necessē fuit & putari, sicut & pater saluatoris nō quidem esse, sed dici meruit, vt putaretur esse, dicente hoc ipso euangelista, & ipse Iesus erat incipiens, quasi annorum triginta, vt putabatur filius Ioseph. Nec vir ergo matris, nec filij pater extitit, quamuis certa (vt dictū est) & necessaria dispensatione vtrumq; ad templū, & appellatus sit, & putatus: conuice tamē ex hac appellatione qua licet dispen-

ria meruit honorari à deo, vt pater Dei, & dictus, & creditus sit. Coniice & ex proprio vocabulo, quod augmentum nō dubitans interpretari, quis & qualis fuerit hō iste Ioseph, simul & memento magni illius quondā patriarchæ vediti in Aegypto, & scito ipsius istū nō solū vocabulū fuisse sortitum, sed & castimoniam adeptū, innocentiam assequutū, & gratiam. Siquidem ille Ioseph fraterna ex inuidia venditus, & ductus in Aegyptum Christi venditionē præfigurauit. Iste Ioseph Herodianā inuidiam fugiēs, Christū in Aegyptū portauit. Ille domino suo fidē seruans dūq; noluit cōmisceri. Iste dominā suā, dñi sui matrē virginē agnoscens, & ipse cōtinens fideliter custodiuit.

Die. 21. Benedictus abbas dap. mi. Lectio tertia.

Benedictus ex Nursia ciuitate claris parentibus ortus, & Romę liberalibus disciplinis eruditus, ab ipsa infantia Christiana egregia pietate coluit, & miraculis claruit. Quod

Martius.

vt faceret expeditiōis in so-
litudinem, & specū quan-
dam profundam, ad locū
qui dicitur Sublacus, seces-
sit. Vbi triennio latuit, cū-
ctis hominib⁹ incognitus,
præter Romanum mona-
chū, qui ei necessaria sub-
ministrabat. In qua solitu-
dine, cum die quodam dia-
bolica tentatione ardore li-
bidinis vreretur se in spi-
nis, & vepribus nudum vo-
lutauit, donec cruentus, &
laceratus tentationem su-
peraret. Deinde vocatus à
quibusdā monachis, vt ip-
sorum monasterio præ-
fret, quidam ipsorum disso-
luti cum paulò seuerius ab
eo tractarentur, ipsum ve-
nenato vino necare consi-
tuerunt. Quod cum ei in
poculo vitreo porrigerēt,
ille rem diuinit⁹ agnosces:
solo signo crucis manu fa-
cto, vas intactum mirabi-
liter confregit. Et dimisso
monasterio, ad solitudinē
remeauit. Quod cum mul-
ti discipuli cōuenisēt duo
decim monasteria constru-
xit, quę optimis institutis,
exemplō sanctitatis, mul-
tis etiā sequentibus signis,

& miraculis fundauit, mo-
nachorumq; regulam pru-
dentissimē ac iuculenter
scripsit. Obiit autem diem
suis, quē multò ante præ-
cognouit. xj. calē. April.

¶ **Annuntiatio beate Ma-
rie virginis duplex maus.**

¶ **Ad vesp̄as. Hymnus.**
Aue maris stella. **Antiph.**



Illus est Ga-
briel angelus
ad Mariam vir-
ginē despon-
satā Ioseph,

Oratio Deus qui de bea-
te Marię virginis, &c.

Die. 25. Ad Matut. Inuita.

Aue maria grā plena Do-
minus tecū. **Hy⁹.** Quem

terra. **Añā.** Spiritus sanct⁹

in te descēdet Maria, & vir-

tus altissimi obūdrabit ti-

bi. **Lect. iij.** Missus est an-
gelus. **Ad laudes. Añā.** Ne

timeas Maria inuenisti em

gratiā apud dominum, ec-

ce concipies, & paries filiū

alleluia. **Ad vesp̄. Hymn⁹.**

Aue maris stella. **Antiph.**

Ecce ancilla Domini fiat

mihī secundum verbū iurū.

¶ **De prædicta inuenies in**

offitio eiusdē virginis pro

sebbatis aduēt⁹ assignato.

A P R I L I S .

Dic. 4. Isidorus episcopus confessor. Lectio tertia.

Isidorus natione Hispanus, ex noua Carthagine, cui pater ipsius Seuerianus dominabatur, à sanctis uiris Leandro archiepiscopo Hispalensi, & Fulgentio episcopo Astigitano fratribus suis, sanctè, & liberaliter in studio literarum educatus est, & ingenium doctrinà Latinè, Græcè, atq; Hebraicè cum magna nominis claritate cōsequutus. Hic adolescens, adhuc hæresim Arrianā, quæ gentē Gothorum Hispaniæ latissimè dominantem penitus iam pridè inuaserat, tam constanter palam arguebat, ut prope fuerit ut ab Arrianis necaretur. Sed cohibitus à Leandro hūc sibi successorem fore præfagiente, & ut se commodiori tēpori reseruaret admonitus, indignationē temperauit. Igitur Leandro uita functo, Isidorus magno regis & populi cōsensu in Hispalensi archiepiscopatu sufficitur. Quam electionē sanctus Grego-

rius papa cōfirmauit, eiq; pallium misit in Hispaniā. Fuit autē Isidori tanta doctrinæ, ac sanctitatis opinio, ut coacto concilio generali, ultro fuerit à pontifice maximo uocatus, ubi mirum est, quantū ponderis, & authoritatis habuerit in singulis rebus Isidori sententia apud pontificē, & omnes prælatos. Reuersus autem in Hispaniā, cū suam mortem & Hispaniæ vastationem à Saracenis publicè prædixisset, migravit è uita, pridie nonas Aprilis, Anno Christi nati sexcētesimo uigesimo secundo, sepultusque fuit Hispali. Vnde postea translatus est in urbem Legionem à Fernando rege Legionenē. qui hoc ad Eneō Saraceno Hispali regnate magnis precib⁹ & præmiis impetrauit. Cuius nomine templum ædificatū est Legionē ubi sepulutus miraculis clarus colitur magna populi religione.

¶ **Xvitus pap. mar. Le. iij.**

Xvitus papa, qui patria Romanus fuit, ecclesiæ præfuit, ab

Aprilis.

Adriani imperatoris tempore, vsq; ad Verū & Anniculum cōsules. **Q**ui curam præcipuā (vt par erat) rei diuinæ gerens, constituit, ne quis præter ministros sacrorum mysteria & vasa sacra cōtingeret, præsertim fœmina. Item vetuit lege, Ne quod sacerdotes corporale vocant, ex alio, quam ex lineo panno, eoque purissimo fieret. Huius fuit institutum ne episcopus, qui ad sedem apostolicam fuisset ob aliquā causam, siue controuersia vocatus, ad ecclesiā suā prius reuertetur, quam literis apostolicis, vel formatis plenè fuisset instructus, atque purgatus, vt postquā fuisset domū reuersus cognoscerent vicini, quemadmodū Romæ ipsius, aliorumq; causā discussā fuisset. Vtq; in missā cantaretur, Sanctus, Sæctus, Sanctus dominus deus sabaoth. Xystus denique, vbi ordinationes ter mēse Decēbr. habuisset, martyrio coronatus in Vaticano. viij. id. April. sepelitur, cū sedisset ann. x. mēses. iij. dies. xxj.

Die. xi. Leo primus papa confessor. Lectio tertiā.

Leo papa natione Tuscus, patre Quintiano, eo tempore pontificatum gessit, quo Attila rex Hunnorum flagellū dei appellatus, Aquileiam primo in Italiæ limite positā, post longā triennij obsessionem captā diripuit, atque incendit. Vnde Romā infestis signis progredienti, & copias, qua Mintius Padū influit, traicere paranti: Leo pontifex vir sanctissimus occurrit, & ne vltra progredereetur, ope diuina mirabiliter persuasit. Attila enim non tam Leonis oratione se ab instituto reuocatum esse, incusantibus amicis, testatus est, quam duorum virorum auctoritate. Qui loquēte Leone, sibi visi essent strictis gladiis, necem, nisi paruisset, intentantes. Hi autē Petrus & Paulus apostoli, fuisse crediti sunt. Ita factū est, vt Attila in Pannoniā exercitū reduceret: Leo Romā cū magno triumpho rediret. Vbi totus ad cōfirmendam, tuendamq; catholicā

fidem cōuertitur: quę tum potissimum à multis hęreticis impugnabatur, præcipue à Nestorianis, & Eutichianis, qui in cōcilio Calcedonenſi tunc celebrato damnati sunt. Vbi & Manichęorum libri fuerunt incensi. Interim verò cū Vandali Romā diripuissent, ac tēpla spoliassent: vrbis, ac templorū reparationi mirum in modū intētus, multis præclarissimisq; rebus gestis moritur, & in Petri Basilica sepelitur. iij. Idus April. cū sedisset ann. vnū & xx. mēsem vnū dies. xij.

Die. 12. Iustinus philosophus martyr. Lectio. j.

Iustinus Neapoli natus in Palęstina philosoph⁹ fuit Platonicus. Qui factus Christianus, plurima studiorum suorum monumenta pro fide Christiana posteritati reliquit. Et in his apologeticum librum pro Christianis ad Antonium Pium, & alterum ad successorē huius Antonii Verū. Item duos libros cōtra paganos. Hic cū in vrbe Roma frequenter pro fide Christi disputasset, &

Crescentem quendā cynicum (moribus, & professione verè canem) multa in Christianos conuicia iactantē, sæpe redarguisset, ab eodē accusatus, q̄ Christianus esset, capiteq; damnat⁹, martyrio coronatur. Quod ita futurū martyr ipse prædixerat in defensione secunda, quam pro Christianis ediderat. Passus est autē imperantibus Marco Aurelio Vero & Antonino eius filio id. April.

Die. 14. Valerianus Tyburtius, & ceteri martyr.

Lectio tertia.

Valerian⁹ genere Romanus, & idem nobilissimus tēpore Marci Aurelij Antonini Imperatoris, Czeliā sibi æquē nobilissimā accepit vxorē, cuius impulsu, atq; precibus (erat enim ab ineunte ætate fidē edocta) ad Christianam religionē reiectis idolis cōuerſus est, & à sancto Urbano papa baptizatus. Quē Tyburtius eius germanus imitatus ab eodem Pontifice baptizatur. Almachius igitur præfectus, & Christianorum seq-

uissimus hostis, cū hos esse Christianos, & patrimonio iam omne pauperibus erogasse cognouisset, eosdē ad se vocat, & acriter increpat. Et post longā de fide Christi, deq; cultu idolorum disputationē inter ipsos vtro citroq; habitam, ad Iouis simulachrū eosdem deduci iubet, aut sacrificaturos, aut aliquo mortis genere quā immanissimē interituros. Illi vero in confessione Christi perstantes, & paratā sibi & fidelibus gloriā prædicantes, mortē impietati prætulērūt. Itaq; extra urbē educti, ad quartum lapidem. xvij. calend. Maij cū summa fidei cōstantia trucidātur. Quam demiratus Maximus vir nobilis, qui horum decollationi præfuit, cum nōnullis satellitū conuersus est: & ppter Christi confessionem oēs vsq; ad necē plumbatis cæsi, eoq; supplicij genere martyrio coronati sunt, & ad dñm iustissimī cōmigrarūt. **oro**

Pax illa quæ sumus omnipotens deus, vt qui sanctorum martyru

tuorum Tyburtij, Valeriani & Maximi solemnia colimus: eorum etiam virtutes imitemur: Per dñm.

Die. 18. Apollonius Senator martyr. Lectio tertia.

Apolloni⁹ Romanę urbis senator, non solum opibus, sed liberalib⁹ etiā disciplinis, ac morum integritate clarus, ad Christū cōuersus, Lucio Aurelio Cōmodo Imperatore Christianę pietatis egregius cultor fuit, cū iam persecutio sublata esse videretur, lego promulgata, Ne Christiani q̄rererētur ad pœnā, sed oblati duntaxat punirerent, pœna etiā mortis delatoribus pposita. In ea igitur Christianorum tranquillitate, Apollonius à seruo proditus, & apud Perennium iudicē accusatus, fidei suę rationem reddere iubetur, sumpta pœna legitima de seruo delatore. Cū ergo inigne volumen in defensionē Christianę fidei à se cōpositū, in senatu publicē legisset, senatus cōsultodanatus est: & pro Christi cōstanti cōfessione capite

truncatus. xiiij. calē. Maij.
Lex enī erat, Ne Christiani
facti rei absque Christi
abnegatione dimitterētur.

*Dic. 22. Caius papa mar-
tyr. Lectio tertia.*

CAius papa natione
Dalmata, ordines di-
stinxit, quibus gra-
datim ad episcopatū ascen-
deretur. Quorū primum
tenebat hostiarius, alterum lo-
cator, tum exorcista, sequi-
tur acolicus, subdiaconus,
diaconus, presbyter, eps.
Idem cōstituit, Ne cui pro-
phano sacris initiatū, nec
pagano vel heretico lice-
ret Christianum hominē
in iudicium vocare. Item,
vt nemo episcopū, aut cle-
ricum apud seculares iudi-
ces accusaret. Postremō or-
ta in Christianos tempore
Dioletiani persecutio ma-
xima, cū in subterra-
neis locis diu vitās impio-
rum furorē latuisset, capti
à persecutoribus, vñ cū
Gabinio fratre, eiusq; filia
Susanna, martyrio corona-
tur. x. calen. Maij, & in cœ-
meterio Callisti via Appia
sepelitur, cū sedisset an-
nos. xj. mēses. iij. dies xij.

Marcus euāgelista dup-
ma. Ad veli. & Mat. Hym-
ni, Anx. & Inuita. dicitur
de cōmuni Apoſto. Oſo.

DEus, qui beatū Mar-
cū euāgelistā tuū,
euāgelicę prædica-
tionis gratia sublimasti, tri-
bue quęsumus, eius nos
semper, & eruditione pro-
ficere, & oratione defendi.
Per dominū nostrū. &c.

Dic. 27. Lectio tertia.

Marcus discipulus
& interpres Petri,
quemadmodū Pe-
trum referentem audiebat,
rogatus Romę à fratribus,
breue scripsit euāgelium.
Quod cū Petrus audisset,
probauit: & ecclesię legen-
dum sua autoritate edidit,
vt testatur Clemens pres-
byter ecclesię Alexandri-
næ. Marcus igitur assum-
pto, quod scripserat, euan-
gelio, perrexit in Aegy-
ptum, & primus Alexan-
drinę Christū annuntians,
cōstituit ecclesiā tanta do-
ctrina, & vitę continentia,
vt omnes sectatores Christi
ad exemplum sui cogere.
Tandem cū ecclesiā à se
optimē cōstitutā octo an-

nos sanctissimè rexisset, ibidè mortuus est & sepultus. vij. calen. Maij octavo Neronis anno. Corpus autem eius, post aliquot ætates, Venecias translātū est. *Die. 16. Cleus & Marcellinus papæ marty. Lect. iij.*

Cletus patria Romanus, tempore Vespasiani, adhortāte Clemente pontificatum suscepit inuitus. Qui cū nihil, quod ad ecclesiam dei augendam pertinere arbitretur prætermisisset: creatis (vt præceperat Petrus) xxv. presbyteris, ab ecclesia optimè constituta Domitiano Imperatore martyrio coronatur, & in Vaticano sepelitur. vj. calend. Maij, cūm sedisset annos xij. mens. j. dies. xj.

Marcellinus pontifex patria Romanus, in persecutio- ne Diocletiani & Maximiani, squissima, minis perterritus simulachra deorū adorauit. Sed non multo post magna pœnitentia ductus, Sinuessam (vbi concilium. clxxx. episcoporum coactum erat,) squalidus

& cilicio indut⁹, peruenit: seq; ab eis petit, pro instantia, & scelere cōmissō, pœnis meritis puniri. Cæterum à nemine damnatus est, cūctis acclamantibus eadē animi infirmitate Petrum deliquisse, qui veniā à deo similibus lachrymis fuisset affecutus. Tunc Romā reuersus Diocletianū adit, & quod se scelestissimè ad tantum nefas, impulisset increpat, eius dānans impietate. Quibus ille iratus, iubet ipsum cum aliis Christi fidelibus abstrahi ad supplicium. vj. calend. Maij. Quorum occisorum corpora. xxxvj. dies iussu eiusdem iacuerunt insepulta, donec Marcellus admonitus i somnūs à beato Petro, eadem condidit in cœmeterio Priscillę. Sedit autē Marcellinus annos nouem, menses. ij. dies. xvj.

Die. 25. Petrus martyr ordinis prædicatorū. Lec. ij.

Petrus martyr patria Veronēsis ordinis prædicatorū, doctor eximius, & catholicæ fidei acerrimus defensor, tanquā rosa de spinis ortus est pa-

rentibus hæreticis hæreticorum mirabilis insectator. Itaq; & in adolescentia sua mundum, parentesq; relinquens ordinem prædicatorum, ingressus est, in quo triginta annis laudabilem vitam perduxit. Cui igitur à Cumis profectus Mediolanum contenderet, missus à pötifice cötra Manichæos, anno Christi M. cclij. iij. ca lend. Maij ab hæreticis interceptus, & occisus martyrii coronâ adeptus est. Quo multa post mortem edete miracula, plurimi hæreticorum ad gremiüm ecclesiæ rediere. Quâ ob re, ab Innocentio papa. iij. catalogo sanctorum martyrum consecuto anno scriptus est.

M A I V S.

¶ **Festum sanctorum apostolorum Philippi & Iacobi dup. ma. Ad vespas.**

Ann. Domine ostende nobis patrem: & sufficit nobis. Alleluia.

Oratio.



Eus, qui nos annua apostolorum tuorum Philippi & Iacobi

solennitate lætificas, præsta

quæsumus vt quorum gaudemus meritis, instruamur exemplis. Per dñm. &c.

¶ **Die. 2. Ad Maius. Ann.**

Tanto tempore vobiscum sum: & nõ cognouistis me. Philippe qui videt me: videt & patrem meum: Alleluia.

Lectio tertia.

Iacobus Apostolus, cognomento iustus, frater domini vocatus, Mariæ Cleophæ filius, sanctus fuit ab ineunte ætate, victu & cultu frugalissimus. Qui statim post Christi ascensionem, Ierosolymorum episcopus, ab apostolis constitutus, eam ecclesiam annis triginta summa cum laude rexit. Rogatus autem à Iudæis, vt in die Paschæ, quæ plurima turba conuenire solebat, ex loco sublimi ad populum concionaretur, & à cultu Iesu, quæ per errorem multi sequerentur, oratione & auctoritate sua populares auerteret, pinnam templi cöscendit. Vbi magna Iudæorum, gentiliumque astante multitudine, à scribis & Phariseis quid ipsi de Christo videretur alta voce rogatus, respödit,

Quid me interrogatis de
 filio hominis? Ecce ipse se-
 det in celo à dextris sum-
 mæ virtutis. Et ipse ventu-
 rus est in nubibus cæli,
Quo sermone audito, feri-
 bz & Pharisei conclamāt,
 Proh, iustus etiā errauit,
 Ascenderuntque, & præci-
 pitauerunt eum, & lapidi-
 bus obruere cœperunt. Il-
 le verd conuersus, & super
 genua procumbens, quæ
 illi ob assiduū orādi vsum
 in camelorum speciem oc-
 caluerāt, pro ipsiſ orabat:
 donec veste fullonis capi-
 te comminuto spiritū emi-
 sit calendas. Maij. **Q**uo in
 loco prope templum est
 sepultus.

Philippus Apostolus,
 quum annos circiter
 viginti euāgelium in
 Scythia prædicasset, om-
 nemq; serē gentem illā ad
 verę pietatis cultum tradu-
 xisset, ab infidelibus tract⁹
 ad Martis statuam, vt sacri-
 ficaret: draco inde repente
 exitit, qui pontificis siliū
 certo impetu adortus, læ-
 taliter percussit, & mox
 duos tribunos, ac multi p-
 terea ab eo afflati, cōfestim

in pestiferum languorem
 inciderunt. Philippus autē
 percussam multitudinem
 affatus, Si quæ vobis dixero
 (inquit) sedulo curabitis,
 polliceor futurū vt malē
 affecti ad pristinam valo-
 tudinē, & qui mortui sunt
 diuina virtute ad vitam re-
 uocētur, pestiferq; serps
 statim abigatur. Et rogan-
 tib⁹ quid opus esset factō,
 Ite (inquit) & dæmonis hu-
 ius, quæ colitis simulachrū
 deicite, locumq; vnde il-
 lud demoliti fueritis, signo
 crucis insignite: idque in
 Christi Nazareni memo-
 riam, mecū supplices ado-
 rate. Facessunt Scythæ piū
 opus, quo rite procurato,
 & qui defuncti fuerant re-
 uixere, & perniciosā pestis
 illa procul discussa est, ne-
 que vnquam postea visus
 draco. His Philippus, mul-
 tisque aliis rebus diuinitus
 gestis, quum Hieropolim
 Phægyie ciuitatem venis-
 set, ab Hebionitis cruci af-
 fixus, & lapidibus obrutus
 est calend. Maij.

¶ Ad Laudes. Antiphona.
 Ego sum via, veritas: & vi-
 ta: nemo venit ad patrem.

nisi per me: Alleluia.

¶ Ad vesperas. Antipho.

Si manseritis in me: & verba mea in vobis mauerint: quodcūque petieritis fiet vobis: Alleluia: Alleluia: Alleluia.

Die. 2. Athanasius episcopus confessor. Lectio. iij.

Athanasius episcopus vir omni virtutum genere & doctrina clarissimus, veræque religionis propugnator egregius, fuit natione Aegyptius, Alexandriæ ortus. Quia ab Alexandro episcopo Alexandrino presbyter factus, ipsum secutus est ad conciliū Nicenum. Vbi cū Arrium vehemēter repressisset, maximū in se odium Arrianorum concitauit. A quibus postquā eidem Alexandro in episcopatu successit, difficile dictū est, quot insidias, quotque in cōmoda passus fuerit. Quorum nonnulla recensēbimus. Coactus apud Tyrū concilio episcoporum magna ex parte Arrianorum, muliercula quædam ab eis subornata est, quæ Athanasium accusaret, quod à se

hospitiū susceptus, illata vi pudicitia eius violasset. Introduci ad hæc iubetur Athanasius, cum quo ingressus est Timotheus presbyter suus. Cumque mulier ea quæ edocta fuerat perorasset: Timotheus Athanasium se esse simulās. Egone (inquit) mulier apud te aliquis sum diuersatus, aut vim tibi, vt asseris, intulit? Tūc illa peccatiter Timotheū obuiurgans, Tu (inquit) mihi vim fecisti, Tu comaculasti castitatē meā, & ad iudices cōuersa quæ diceret vera esse iurare cepit, ignorās videlicet eū, à quo vim se pressam mēitura subiciebatur. Et sic cum risu simul, & indignatione muliercula reiecta est à iudicibus, & Athanasius liberatus. Aliud deinde intentatū est crimē. Arsenius, Athanasij lector eiusdem Athanasij, quæ offenderat, castigatōne, apud Arrianum quendā latitabat. Qua occasione vtētes aduersarij, humanū brachiū loculo delatū ostēdebant, quæ ex Arsenij corpe ab Athanasio abscissū esse ī ma

gicæ artis vsum criminabatur. Arsenius autē dolls cogitis, siue eum humanitas contemplatio, siue diuina perpulit prouidentia, clam per noctis silētia eua-
 des, Tyrum ad Athanasium se contulit. Quo in concilium præter spem omnium producto & vtrumq; brachium illæsum ostēdente, inimicorū scelus perspicue detectum est. At non propterea Arriani quievere, sed multo maiore odio Athanasium prosequēbantur, cuncta ab eo magicis artibus facta esse calūniantes. Itaq; horū insidias fugiēs, & Constantij Imperatoris, qui fauebat Arriani iram pertimescēs: magna parte orbis peragrata, sex continuos annos in sicca cisterna sine solis aspectu latuit, amico ei quodā necessaria clam suppeditante. Postremò inde egressus ad Constantis partes, pflugus abscessit, quo adnitante, sedē suam recepit. Ceterū postea Constante mortuo, rusus in Galliam aufugiens, exulauit apud Treuiros. Vnde Alexandriā reuersus,

cū postea Imperatoris Iuliani postatæ iussu, ad necē quæreretur, per flumiū nauicula fugiens, ex industria in occursum se iussequentiū recurrit. A quibus interrogati qui cō eo erāt, quid de Athanasio accepissent? nō longē ipsum euntem se vidisse respōderunt. Atq; ita illis in diuersum festinantibus. Athanasius evasit. Qui nō multo post Alexandriam rediens, alia suborta tēpestate, quatuor mensibus in paterno sepulchro delituit. Tādē his, permultisque aliis periculis, diuina ope liberatus, Alexandriæ mortuus est, miraculis clarus, cū eam sedē sex & quadraginta annos per varia certamina rexisset, multaq; opera doctissimē composuisset.

INVENTIO
 sanctæ Crucis duplex ma-
 jor Ad vesp̄as. Hymnus.



V̄stris sex, q̄
 iam peractis
 tempus im-
 plens corpo-
 ris: Se volen-
 te natus ad

hoc passiōi dedit: Agnō

in cruce leuatur, Immolan-
dus stipite.

Hic acetum, fel, arundo,
Sputa, clauis, lancea Mite
corpus perforatur, San-
guis, vnda profluit, Terra,
pôtus, astra, mûdus. Quo
lauantur flumine.

Cruce fidelis inter oēs Ar-
bor vna nobilis: Nulla syl-
uatalem profert Fronde,
Flore, Germine: Dulce li-
gnû, dulces clauos, Dulce
pondus sustinet.

Flecte ramos arbor alta,
Têsa laxa viscera. Et rigor
lentescat ille, què dedit na-
tiuitas: Vt superni mèbra
regis Miti tendas stipite.

Sola digna tu fuisti Ferre
secli preciû: Atq; portum
pparare Nauta mûdo nau-
frago: Què facer cruor p-
unxit Fusus agni corpore.

Gloria, & honor Deo Vt
quequo altissimo: Vna pa-
tri, filioq; in clyto paracle-
to, Cui laus est, & potestas
Per immèsa secula. Amè.

Ana. O cruce splendidior
eunctis astris, quæ sola fui-
sti digna portare talentum
mundi, Dulce lignû, Dul-
ces clauos. Dulcia ferens
pondera salua præsentem

cateruam in tuis hodie lau-
dibus congregatam. Alle-
luia, Alleluia, Alleluia, Al-
leluia.

Oratio.

Deus, qui in præcla-
ra salutiferæ Crucis
inuentione, passio-
nis tuæ miracula suscitasti:
cõcede, vt vitalis ligni pre-
cio, æternæ vitæ suffragia
consequamur. Qui viuus

Die. 4. Ad Maium. Inuitat.
Christû regè crucis xû: ve-
nite adoremus. Alleluia.

Hymn. 7. Lustris sex. vt 7.

Ana. Inuentæ crucis festa
recolimus, cuius preconium
per vniuersum orbem mi-
canti lumine fulget: Alle-
luia. **Lectio tertis.**

HElena Constantini
mater, mulier reli-
gione, & pietate in-
signi, diuinarû rerum stu-
dio nocturnoque visu im-
pulsâ Ierosolymâ petiit, vt
dominicâ quæreret crucè,
vnde humana salus pepen-
disset. Vbi autè hæc desof-
sa erat, ibi ex industria sue-
rat Veneris simulachrum
cõstitutum ab impijs fidei
persecutoribus, vt omne
dominicę passionis monu-
mentum aboleretur. Et si

quis Christianus eo loco
Christū adoraret, Venerē
videretur adorare. Ceterū
simulachro inde deiecto,
locoq; ruderib⁹ purgato,
CruX reperta est & cū ea
duæ alix quibus affixi fue-
rant duo latrones. Sed ob-
turbabat reperti muneris
Ixtitiā vniuscuiusq; crucis
indiscreta proprietat. Ade-
rat quidem & titulus ille,
qui Hebraicē, Græcē, & La-
tinē à Pilato fuerit cōscri-
ptus, sed nec ipse satis eui-
denter dñici p̄debat signa
patibuli. Diuino aut mira-
culo mox consecuto, oīs
prorsus ambiguitas subla-
ta est. Cū enim Macari⁹
Ierosolymitanus episcop⁹
fuis ad deū precibus, vt id
reuelaret, frustra duas no-
bili cuidam fœminę longa
ægritudine confectæ, & iā
prope defunctæ admouif-
set. admota tertia repente
adapertis oculis mulier cō-
surrexit, & stabilitate viriū
recepta alacrior multo q̄
cū sana fuerat tota domo
discurrere, & magnificare
dei potentia cœpit. Hele-
na igitur euidenti indicio
voti cōpos facta templū,

vbi crucem repererat: ma-
gnificē construxit. Ibiq;e
partē crucis reliquit the-
cis argēteis cōclusam: par-
tē filio detulit. Cuius pars
postea reposita fuit Romę
in æde Sessoriana, quæ san-
ctæ crucis in Ierusalē nū-
cupata est. Attulit etiā cla-
uos tres, quib⁹ Christi cor-
pus fuerat affixū. Quorū
vno, Constantinus pro a-
muleto in cono galeę vsus
est. Alterum deiecit in ma-
re, ad fœdam tempestatem
compescendam. Reliquū
inseruit bellatoris equi frę-
no, veterem prophetiā ad-
implens. Olim enim sic Za-
charias propheta clamaue-
rat. Erit quod super frenū
equi est sanctum domino.
Qui Constantinus legem
tulit, ne quis drinceps sup-
plicio crucis afficeretur.
Ita res quæ antea mortali-
bus probro fuerat, venera-
tioni esse cœpit.

¶ **Ad laudes. Antiphona.**

Hęc est arbōr dignissima,
in qua salutis auctor pro-
pria morte mortē omniū
superavit. Alleluia.

¶ **Ad vesper. Hy⁹, aña, &
oīo vii. in primus vesper.**

¶ Die. 5. Alexander papa
Martyr. Lectio tertia.

Alexander patria Ro-
manus, qui Adria-
ni Imperatoris tem-
pore pontificatū gessit, in
memoriā passionis Christi
in sacrificio addidit, **Qui**
pridie, quā pateretur. Vt
que ad illū locū, Hoc est
corpus meū. Idē instituit,
vt aqua benedicta admix-
to sale in tēplis, & cubicu-
lis ad fugandos dæmones
retineretur. Vtq; in conse-
cratione sanguinis & cor-
poris Christi vinum aquæ
misceretur, ad significan-
dam Christi & ecclesiæ cō-
iunctionē panisq; azymus
nō fermentatus cōsecraretur.
Cū autē ordinationi-
bus ter mense Decēbri
habitis presbyteros, v. dia-
conos. iij. epōs quinq; per
diuersa loca creasset, mar-
tyrio coronat⁹, cū Euctio
& Theodoro diaconis, via
Nomentana, vbi interfe-
ctus fuit. vij. ab vrbe milia
rio sepelitur. v. non. Maij.
Sedit autem annos. x. men-
ses. vij. dies. ij.

¶ Ioanes an portā Istinā
dup. mi. Ad vesp. & Marti-

ti. hym. anæ & inuit. de cō-
muni. Apost. Die. 6. Oro.

Deus, qui conspicias,
quia nos vndiq; ma-
la nostra perturbāt:
præsta quæ sumus: vt beati
Ioannis Apostoli tui inter-
cessio gloriosa nos prote-
gat. Per dñm. **Lectio. iij.**

Ioannes Apostolus dile-
ctissimus Christo, post
ipsius ascensionē maxi-
mō studio, magnisq; mira-
culis Christianā pietatem
propogauit. Huius em̄ &
Petri p̄dicatione post clau-
dum sanātū ad portā tem-
pli Speciosam appellatā,
quinque millia hoim vno
die conuersa sunt ad fidē.
Idemq; duo post Stephanū
martyrū in Samariā, quæ
Philippo p̄dicatē, baptis-
mum acceperat, peruene-
runt, eandemq; in fide cō-
firmarūt, & per ipsorū ma-
nus impositionē spūs san-
ctus in baptizatorū corda
descendit. In diuisione au-
tem orbis terræ, Ioāni ob-
tigit Asia prouincia, Cui⁹
ecclesias eū sapientissimē
à se fundatas sanctissime
moderaretur, captus fuit
in persecutiōne Domitiani.

ni in vrbe Epheso. Vnde
 Romam adductus, cum à
 Christi fide auerti nõ pos-
 set, in eadē vrbe Roma (vt
 Tertullianus est author)
 in dolium feruētis olei de-
 mergus est. Sed cū incolu-
 mis inde euasisset, relegat⁹
 est in Pathmū insulā, vbi
 Apocalipsim conscripsit.
 Post mortē verò Domitia
 ni, cuius acta oīa fuerunt
 à senatu rescissa, Ephesum
 reuersus, Drusianā magnē
 in Christum pietatis sœmi-
 nam, pauldante defunctā,
 spectante populo ad vi-
 tā, diuina ope reuocauit.
 Quo miraculo multi sunt
 ad Christi fidem conuersi.
**¶ Apparitio scti Michae-
 lis Archangeli dñi. minus.**
¶ Ad vesperas. Hymnus.
Tibi Christe splendor
 patris, Vita, virtus
 cordium, In conspe-
 ctu angelorū, Votis, voce
 psallim⁹: Alternātes cōcre-
 pādo Melos dam⁹ vocib⁹.
 Collaudamus venerātes,
 Oēs cæli milites: Sed præ-
 cipue primatem Cælestis
 exercitus Michaelē in vir-
 tute Cōterentē Zabulon.
 Quo custode procul pel-

le Rex Christe piissimē o-
 mne nefas inimici, Mun-
 do corde, & corpore Para-
 diso redde tuo, Nos sola
 clementia.

Gloriā patri melodis Per-
 sonemus vocibus: Gloriā
 Christo canamus: Gloriā
 paraclito: Qui trinus &
 vnus Deus, Extat ante se-
 cula. Amen. Añā. Dum sa-
 crū mysteriū cerneret Io-
 annes, Michael Archange-
 lus tuba cecinit. Ignosce
 Domine Deus noster qui
 aperis librū, & soluis signa-
 cula eius, alleluia. **Orō.**

Deus, qui miro ordi-
 ne angelorum mini-
 steria, hominumq;
 dispensas: concede propi-
 tius: vt quibus tibi mini-
 strantibus: in cælo semper
 assistitur, ab his in terra vi-
 ta nostra muniatur. Per.
**Dic. 26. Ad Matutinū In-
 uitatoriū.** Regem archan-
 gelorum Dominum veni-
 te adoremus. **Hymnus.**

Christe sanctorū de-
 cus angelorum, Re-
 ctor humani gene-
 ris, & auctor Nobis æter-
 num tribue benignus scā-
 dere cælum.

Ange-

Angelum pacis Michael ad istam, Caelitus mitti rogitamus aulam: Nobis vt crebro veniente crescant Prospera cuncta.

Angelus fortis Gabriel, vt hostem, Pellat antiquum, volitet ab alto: Sæpius tem plum veniens ad istud, Visere nostrum.

Angelum nobis, medicū salutis, Mitte de cælis Raphael, vt oēs sanet ægrotos, paritèrque nostros, Dirigat actus.

Hinc Dei nostri genitrix Maria: Totus & nobis chorus angelorū Semper assistat, Simul & beata Concio tota.

Praestet hoc nobis deitas beata patris, ac nati, paritèrque sancti Spiritus, cuius reboat in omni gloria mundo. Amen. *Añā.* Cōcussū est mare, & cōtremit terra vbi archangelus Michael descendebat de cælo.

Lectio tertia.

Quoniam hodiè festum Michaelis archàngeli celebramus, non erit ab re pauca de ordinibus, præstatiæque

angelorum commemorare, quos Deus initio mundi creauit nulla infectos prauitate, licet ipsorum quidam ex omnibus ordinibus sua culpa cum principe diabolo corruerint. Angelorum igitur, qui in officio persistentes fuerunt, in gratia confirmati, tres omninò esse hierarchias gratissimis sanctorum voluminum, & auctorum testimonii accepimus: supremam scilicet, mediam, & infimam, quarū singulæ ternos ordines contineat, suprema Seraphinos, Cherubinos, & thronos: media, dominationes, principatus, & potestates, infima virtutes, archangelos, & qui angeli proprio vocabulo, quod est alioquin omnibus commune, nominantur. Conficitur autem vnusquisque ordo præstatiæ & similitudine mueris, & gratiæ: qua quidam angelorum conueniunt inter se. Nam licet cuncta gratiarum munera omnes acceperint, alia tamen aliis largius tributa sunt. Itaque Seraphini appellatur, qui

B. N.

CC

caeteris charitate præstant: cherubini, qui sapiëntia, ac caeteri eodem modo. Sed quanquam angeli quo superiores sunt, hoc rariùs à Deo, in ministerium aliquod mittantur (tutelares enim quorum cuiùsque fidei singuli homines committuntur ex infimo ordine sunt) tamen ex ordine quandòque mitti testatur Paulus, qui omnes (inquit) sunt administratori spiritus, in ministeriù missi. Itaque Michaelē, qui nunc princeps ecclesię dicitur esse, vt olim synagoga, licet, tum angelus, tũ archangelus nominetur, esse tamen supremę hierarchie existimarunt viri nõnulli sacrarũ literarum eruditissimi, autore Daniele, qui Michaelē vnum esse dicit de primis principib⁹. Michaelis igitur festum, quod. viij. idus Maij celebratur ab eius apparitione, & quod. iij. cal Octob. ab eius Basilicę dedicatione nomen accepit, quæ ipsi fuit dedicata in antro ad cacumen Gargani montis Apulię, qui procurrat in

Adriaticum mare. Quo in loco propter multa, & magna edita miracula cõm ab aliis populis religiosè colitur Michael, tum maximè ab accolis Sipuntinis, qui se patrociniõ eius sæpe adiutos esse profitentur.

¶ *Ad laudes. añ.* Factũ est silentium in cælo, dũ draco committeret bellum, & Michael pugnauit cũ eo, & fecit victoriã alleluia.

¶ *Ad vesperas. Hymnus.* Tibi Christe. vt supra. añ. Princeps gloriosissime Michael archangele, esto memor nostri, & hic, & vbiq; semper precare pro nobis filium dei alleluia alleluia.

¶ *Die. y. Gregorius Nazianzenus episcopus confessor.* *Lectio tertia.*

Gregorius, q̄ ex singulari rerum diuinarum doctrina Theologi cognomē inuenit, natus est in Cappadocia, sed Athenis educatus, ac eruditus omni philosophia: vnde in patria reuersus, factus est episcopus primũ Sasimorũ, deinde Nazianzenus, vt refert Hieronymus, qui hoc præceptore

se profiteretur sacras scripturas explanare didicisse. Tū Constantinopolim translatus, ubi populū erudendo infectum hæreticorum veneno tantum profecit, vt tunc primū sibi populares Christiani esse videretur, auctore Gregorio, qui multo etiā magis exēplo, quam sermone mores hominum instituebat. Sed cū cōceptū esset à nōnullis virtuti eius inuideri seditiose molietibus, vt eiecto Gregorio episcop^o alter sufficeretur, ille recognita, absit (inquit) vt sim ego causa seditionis: si propter me exorta est tempestas, tollite me, & proiicite in mare, vt vos iactari desinatis. Reuertitur igitur in Nazianzenam ecclesiam, quam cū diu sanctissimè gubernasset, iam affecta ætate ipse sibi successorē elegit, & se virtutum, diuinarūque rerum cōtemplationi, sacrarumq; literarū studio dedit. Quo in genere Græcè multa scitu dignissima partim carmine, partim prosa oratione sancte, ac elegantissimè con-

scripsit rursū vitā monachi agens. In quibus studiis ab hac vita migravit, Theodosio Imperatore.

¶ **Dic. 14. Victor & Corona martyres. Lectio tertia.**

Victor miles Antonino Imperatore in Syria passus est. Productus enim ad tribunal iudicis Sebastiani, cū diis immolare contēneret, immaniter cruciatur. Nā primū, digitis malleo cōfractis, in fornacem ardētem missus est, nec tamē à flamma læsus. Deinde veneno sumpto nihilo magis ab eo læditur. Quo miraculo victus artifex, qui venenum porrexerat, relictis idolis, ad Christum cōuersus est. Tum Victor seruēti oleo perfunditur, atque oculis priuatur. Postremò capitis obtrūcatione, martyrium consummauit. Cuius exēplo mota scēmina quædam Corona nomine, cū ingenti voce Christū conclamaret, & se Christianā esse fateretur, ab eodem iudice comprehensa, duab⁹ proximis palmis vi magna hinc inde curuatis,

manus & pedes dstringitur, laxatisque, & in diuersum reductis discerpitur: & sic palmis dissecta, martyrij palmam est consecuta pridie idus Maij.

Potentiana virgo. Dic. 19.

Potentiana virgo Pudens Romani ciuis filia cum miro amore coleret Christianam religionem, orbata parētibus, cum sorore sua Praxede assidue ieiunijs & orationibus vacans, omne patrimonium sibi ex hereditate relictum, vendidit, & pauperibus distribuit. Huius opera à Pio Romano pontifice tota ipsius familia ad Christum conuersa est, baptizatsq; sunt vtriusque sexus numero .xcvj. Et cum Antonius Pius Imperator edicto publico sanxisset, vt Christiani priuatis sacrificijs contenti à publicis abstinerent: Pius pontifex vna cum Christianis in domo Potentianæ sacra faciebat. **Q**uos omnes virgo mirare religione, & comitate recipiebat: & necessaria eis subministrabat. His igitur virgo, ac talibus vir-

tutis, & pietatis operibus diu sancta, migravit ad dominum, & iuxta patrem suum sepulta est, via Salaria, in cœmeterio Priscillæ xiiij. calend. Iunij.

Bernardinus confessor. Dic. 20. Lectio tertia.

Bernardinus natione Italus, Senis in Etruria nobilibus parentibus, & diuitibus ortus, tã venerabilis erat, à puero innata quadam honestate, & viciorum odio, vt adolescentibus eius equalibus si fortè in eos lasciuum aliquem sermonem conferentes incidisset, sola presentia silentiũ imponeret, his verbis inter se commoventibus, Bernardinus adest. Tãta erat huius in pauperes Christi benignitas, vt sæpe illis prandium sibi paratum distribuerit. Cum autè magna pestis, quæ totam Italiam inuasit, Senis vehementissimè scuiret, & relicto Xenodochio illo celebri à cunctis ministris, ægrôtates miserabiliter cõfictarentur, Bernardinus ægrotorum curam in flore iuuentutis cum omnium

admiratione simul & miseratione propter ingēs periculum, suscepit. Deinde omni substantia pauperibus distributa, beati Francisci religionem suscepit, & totam fermē Italiam, prædicans euangelium Christi, lustrauit, multaque in nomine Iesu signa, & miracula fecit. Tres episcopatus sibi oblatos recusauit. Tandem vita per omnem ætatem sanctissime gesta migravit ad dominum in vrbe Aquila, vbi sepultus est honorificè. Postea verò à Nicolao. v. in catalogo sanctorum adscriptus est. xiiij. calend. Iunij.

Vrbanus papa martyr.

Die. 25. Lectio tertia.

Vrbanus patria Romanus, Aurelio Antonino Imperatore pōtificatum adeptus, multos sanctitatis exemplo, & doctrina singulari ad fidē traxit. Et in his Valerianū beatæ Cæcilie spōsum, & Tyburtiū eiusdem Valeriani fratrem: qui postea martyrium constati animo pertulerunt. Hic probato concilio, superioris tempo-

ris episcoporum, & fidelium, quibus commodius visum erat, vt possessiones attribuerentur ecclesiis, q̄ vt venderentur, quemadmodum fiebat initio nascētis ecclesiæ, sic scripsit de bonis ipsius ecclesiasticis, quorum decet dispensatores esse episcopos, & clericos. Non ergo debent, inquit, in aliis vrbibus quàm ecclesiasticis, & prædictorum Christianorum, fratrum, id est, clericorū, vel indigentium cōverti, quia vota sunt fidelium, & preterita peccatorum, ac patrimonialia pauperum, atque ad prædictum opus explendum domino traditæ. Demum cum sedisset annos. iij. menses decem, dies. xij. martyrio coronatus est, & in cœmeterio. Prætextati, via Tyburtina sepultus octauo calendæ Iunij.

Oratio.

Dique sumus omnipotens Deus: vt qui beati Urbani martyris tui atque pontificis sollemnia colimus: eius apud te intercessionibus adiuuemur. Per dominum.

**¶ Die. 30. Felix papa mar-
syr.** *Lectio tertia.*

Felix patra Roman^o,
Aureliano Imperato-
re pontificatum ade-
ptus est. Hic instituit, vt
martyrum memoria singu-
lis annis sacrificiis celebra-
retur. Nec nisi in loco sa-
cro missa perageretur, præ-
terquã cogente necessita-
te. Templumq; iussit, si de
consecratione ipsius dubi-
taretur, denud consecrari,
neque enim iteratum videri
deberi dicebat, quod fa-
ctum esse nesciretur. Po-
stremo cum mense Decem-
bri, presbyteros nouem,
diaconos quinque, episco-
pos quinque creasset, mar-
tyrio coronatus, via Aure-
lia sepelitur. iij. calend. Iu-
nij in Basilica quã ipse cõ-
diderat, atque diuauerat.
Sedit autẽ annos quatuor,
menses tres, dies. xv.

I V N I V S.

**¶ Die. 1. Pamphilus pres-
byter mar.** *Lectio tertia.*

Pamphilus presbyter
Cæsariensis tantõ di-
uinorum voluminũ
amore flagrauit, vt celeberrimam bibliothecã vndiq;

summo studio conquisiis
libris Cæsareæ construxe-
rit: magnãque partem
Origenis operum, sua ma-
nu descripserit. Quẽ Hie-
ronymus se vidisse, ac ha-
buisse, ingentis quẽ cupidi-
tate, quasi thesaurum ali-
quẽ seruasse, testatur. Scri-
psit nõnulla, quibus insti-
gnem doctrinã, & magnã
vitæ sanctimoniam poste-
ris manifestam, ac testatam
reliquit. Demum post bea-
ta studia, & multos pro ec-
clesia Dei, ac gloria nomi-
nis Christiani exhaustos
labores apud Cæsareã Pa-
lestinẽ, pro fide Christi, in
psecutione Maximini Im-
peratoris calend. Iunij mar-
tyrio coronatus est.

**¶ Die. 2. Marcellinus & Pe-
trus martyres.** *Lectio. iij.*

Temporibus Diocle-
tiani Imperatoris,
Romæ, Petrus ex-
orcista iussu Sereni iudicis
pro Christi nomine in car-
cerem coniectus: Paulinã
Artemij carceris custodis
filiam ab immundo spiri-
tu liberauit, ipsumque Ar-
temium cum coniuge & fi-
lia, ac tota domo, & plerisq;

que vicinis, qui ad miraculum conuenerant: ad Christum conuertit, & hos oēs Marcellinus presbyter baptizauit. quo nūtiato Serenus Marcellinum & Petrum ad se productos, multis minis ab incepto deterrere tentauit. Cui cum Marcellinus Christiana libertate ad omnia responderet, pugnis eum contusum separata Petro, nudumque in carcere, testis vitreis prostratum trudi iubet sine cibo, & sine lumine. Petrus itidem alio in loco arctissimis vinculis constringitur. Sed diu cruciati cum fortiores in dies atque in Christi confessione constantiores inueniretur, extra urbem educti iij. no. Iunij capite plexi, martyrio coronantur. Lucilla uero matrona Christiana ipsorum corpora uehiculo delata, noctu in via Labicana, tertio ab urbe milliario sepeliuit.

¶ Die. ii. Barnabas apost. duplex manus. Oratio.

DEus, qui nos beati Barnabae Apostoli tui meritis, & intercessionem latificas: concede

propitius, ut qui eius beneficia poscimus: dono tuae gratiae consequamur. Per dominum. **Lectio tertia.**

Iosephus, qui cognominatus est Barnabas, natione Cyprius ad Christianum dogma gentibus cum Paulo predicandum in apostolatū extra duodecim assumptus est. Hic agrum, quem habebat, uendidit, & attulit precium, & posuit ante pedes Apostolorum. Qui cum missus a Ierosolymitana ecclesia euangelizandi gratia Antiochia peruenisset, ubi Graecorum aliquot crediderat, uidissetque gratiam Dei, gauisus est, & hortabatur omnes in proposito cordis permanere in domino, quia erat vir bonus, & spiritu sancto ac fide plenus, & apposita est multa turba in domino. Profectus inde Tharsum, ut quæreretur Saulum, perduxit ipsum Antiochia, & annum totum conuersati sunt ibi in ecclesia, & docuerunt turbam multam, ita ut cognominaretur primū Antiochiae discipuli Christiani.

ni. Qui discipuli, prout quisque habebat, proposuerunt in ministeriū mittere habitantibus in Iudæa fratribus. quod & fecerūt, mittentes ad seniores, per manus Barnabæ, & Sauli. Qui, expleto ministerio, reuersi sunt à Ierosolymis, assumpto Ioanne, qui cognominat⁹ est Marcus. Erant autem in ecclesia, quæ erat Antiochiæ, prophetae & doctores, in quibus Barnabas, & Saulus. Ministrantibus autem illis domino, & ieiunantibus dixit Spiritus sanct⁹. Segregate mihi Saulum, & Barnabam in opus ad quod assumpsi eos. Tunc ieiunantes, & orantes, imponentesque eis manus, dimiserunt illos. & ipsi quidem missi à Spiritu sancto, abierunt Seleuciam, & inde Cyprū: multasque præterea vrbes, ac regiones cum magno prædicationis profectu peragrarunt. Postremo Barnabas à Paulo discedens ad Cyprum nauigauit assumpto Marco. Vbi circa septimum Neronis annū, martyrij coronam est adeptus.

iiij. idus Iunij.

¶ *Die. 13.* Antonius confessor. *Lectio tertia.*

Antonius natiōe Hispanus, Vlyssiponæ natus cū adolescens adhuc esset canonicus regularis, audito martyrio quorundam monachorum ex ordine sancti Francisci, ad Morachium Mauritanie vrbes occisorum, eundem ordinē sancti Francisci professus, & à prælatis obtēta copia, martyrij cupidus, Saracenis prædicaturus nauim ascendit, sed Deo aliter ordināte vi tempestatis prohibitus est. Cæterum, ut cōsanguineorum, & amicorum impedimēta vitaret, in Italiam venit. Qui cū aliquando iussu pōtificis, Romæ peregrinis multarum nationum prædicaret, variis linguis locutus, & ab omnib⁹ intellectus esse traditur. Itaque sermonem ipsius, domino signis cōfirmate, quasdam hæreses in Italia cōfutant, factiones diremit, & inimicos reconciliauit. Tandē plenus sanctitate, & miraculis clarus

Patauij moritur idibus Junij. & in ecclesia nomine ipsi⁹ fabricata egregio tumulo sepultus est. & à Gregorio nono statim in sanctorum confessorum consortium relatus.

¶ *Die. 18. Marcus & Marcellianus. Lectio tertia.*

MArcus & Marcellianus fratres, Romæ Diocletiano Imperatore, pro Christi fide, in vincula cōiecti sunt ab urbis præfecto Chromatio: ad mortemque damnati, nisi ante diem trigesimum ad cultum deorum rediissent. Ad quos cū Trāquillinus pater, & mater Maria, & plerique cognatorum ventitarent, vt ipsos ab incepto seducerent, à beato Sebastiano confirmati in fide perstiterunt. **Q**ui Sebastianus nō solum horum sanctorum parētes, sed Chromatium quoque ad Christi fidem conuertit. **Q**uam ob rem Chromantius magistratu ab imperatore priuatus, in exilium missus est. Cui succedēs Fabianus, Marcum, & Marcellianum deorum

cultum aspernantes, post diuinam carceris afflictionem, ad stipitem alligari, pedesque clauis cōfigi iussit. Sed hūc cruciatū, cū die ac nocte magno animo Christū laudātes pertulissent, latera trāfixi lanceis, martyrij palmam sunt adepti. **Q**uorū corpora à Christianis ablata noctu in via Ardeatina ad. xiiij. cal. Iulij sepeliuntur. *Orazio.*

PRæsta quæsumus omnipotens Deus: vt qui sanctorum martyrum tuorum Marci & Marcelliani natalitia colimus, à cunctis malis imminētibus eorum intercessionibus liberemur. *Per dām.*

¶ *Die. 19. Geruasius, & Protasius mar. Lectio. iij.*

Geruasius, & Protasius fratres, patrē habuerunt Vitale, qui Rauēnz, & matrem Valeriam, quæ Mediolani, pro Christi fide martyriū tulerunt. Parentum igitur pietatem, & fidem æmulātes, post ipsorū mortem iuxta consilium euangelicū omnes suas facultates pauperibus distribuerunt, & sex-

vos quos habebant liber-
tate donarunt. Quibus re-
bus, & singulari vitæ fan-
ctitate commoti gētilium
sacerdotes, Christianæ re-
ligioni infesti, magnum in
ipsos odiū, atque inuidiā
conceperunt. Cū ergo
per id tempus, Astatius co-
mes in bellum proficisce-
retur, hęc nefariam ratio-
nem pios fratres è medio
tollendi sacerdotes inue-
runt, vt Astatio, velut di-
uinitus admoniti, persua-
derēt negatam ipsi esse de-
creto deorum victoriā, ni-
si Geruasium, & Protasiū
à Christi fide desciscere ip-
sisque diis sacrificare com-
pelleret. Quod cū Asta-
sius ab ipsis nec precibus
impetrare, nec minis ex-

torquere potuisset, eodem
iubente Geruasius plum-
batis tandiu caesus est, do-
nec spiritum emisit. Prota-
sius verò fustibus primum
sæuisimè verberatus, po-
stremo capite truncatus est.
Quorum corpora Philip-
pus quidem vir religiosus
ac pius clam sustulit, & in
sua domo sepeliuit. Vbi
cū diu latuissent, ab Am-
brosio episcopo Mediola-
nensi diuinitus admonito
inuenta sunt, & cum ma-
gna populi veneratione,
in honestissimo, & sacro
loco reposita. Passi sunt
autem Mediolani. xij. ca-
lendas Iunij.

¶ Finis.

COMMUNE SAN- ctorum.

¶ Notandum, q̄ Inuitato-
ria, Hymni, Antiph. tertiz
lectiones & orationes in-
frascriptorum comunium
dicuntur, quando celebra-
tur aliquod festum cui ni-
hil est propriū assignatū,
& si alicui aliquid fuerit as-
signatum, quod defuerit,
petendum est ex infrascr-
iptis communibus.

¶ Notandum præterea, q̄
si in aliqua regione, aut ci-
uitate, incidit festum ali-
cuius sancti eius regionis,
aut ciuitatis patroni, & no-
fuerit de cōtentis in calen-
dario huius Breviarij, cele-
brabitur apud ipsos, eo die
quo hæctenus celebrari cō-
fuevit, & officiū fiet vt in
infrascriptis communib⁹.
Si autem eo die incidit
in calendario aliud festum
simplex, fiet commemora-
tio de eo ad primā, si verō
fuerit du. trāsferatur quē-
admodū hæcten⁹ ipsi trās-
ferre cōfueuerunt. Aduer-
tendū insuper, quod licet i

quibusdā cōmunibus assi-
gnentur duæ tertiz lectio-
nes, nō tamē sunt ambe le-
gendæ, sed altera tantum,
quā quisq; maluerit, leē no-
tandū, q̄ in cōmunibus in
quibus vna tantū assigna-
tur, an. ad vespe. illa dicen-
da est in virisq; vesp. qua-
do celebratur aliquod fes-
tum du. & similiter facien-
dum de hymno. Si dictum
festum habet vtrasq; vesp.
vt in regulis generalibus.

¶ Commune Apostolorū
& euangelistarum.

¶ Ad vesp̄as. Hymnus.



Exultet ex-
lum laudi-
bus, Resul-
tet terra
gaudijs: A-
postolorū

gloriam:
Sacra canunt solemnia.
Vos seculi iusti iudices,
Et vera mundi lumina,
Votis precamur cordium:
Audite preces supplicum.
Qui cælū verbo claudis,

Commune

Serasque eius soluitis:
Nos à peccatis omnibus
Soluite iussu quaesumus.

Quorum pcepto subditur
Salus, & laquor omnium,
Sanate ægros moribus,
Nos reddentes virtutibus.

Vt eum iudex aduenerit
Christus in fine seculi,
Nos sempiterni gaudij
Faciatur esse compotes.

Deo patri sit gloria,
Eiusque soli filio
Cum spiritu paracleto,
Et nunc, & in perpetuum.

Amen. Antiphona. In om-
nem terram exiuit sonus
eorum, & in fines orbis terræ
verba eorum.

¶ Ad Matut. Inuit Regem
apostolorum Dominum ven-
nite adoremus. **Hymnus.**

Aeterna Christi mu-
nera Apostolorum
gloriam Laudes can-
nente debitas lætis cana-
mus mentibus.

Eccliarum principes,
Belli triumphales duces,
Cælestis auxilij milites,
Et vera mundi lumina.

Deuota sanctorum fides,
Inuisa spes credentium,
Perfecta Christi charitas,
Mundi triumphat principem.

In his paterna gloria,
In his voluntas spiritus,
Exultat in his filius,
Cælum repletur gaudio.

Te nunc redemptor quæsumus,
Ut ipsorum consortio
Largas precantes seruos,
In sempiterna secula. **Amen.**

¶ An. Constitues eos princi-
pes super omnem terram,
memores erunt nominis
tui domine.

¶ Ad laudes. Antiph. Vos qui
reliquistis omnia, & sequu-
ti estis me, centuplum ac-
cipietis, & vitam æternam
possidebitis.

¶ Ad vespas. Antiph.
Tradent enim vos in concilij
& in synagogis suis
flagellabunt vos, & ante re-
ges, & præfides ducemini
propter me, in testimoniũ
illis, & gentibus.

¶ Comune vnus martyr.
¶ Ad Matut. Inuitat. Re-
gem martyrũ dominum ven-
nite adoremus. **Hymnus.**

Martyr dei, qui vni-
cum Patris sequen-
do filium victis triũ-
phant hostibus,
Victor fruens cælestibus,
Tui precatus munere,
Nostrum reatum dilue,

Arcens mali contagium,
Vitz remouens tædium.

Soluta sunt iam vincula
Tui sacraci corporis,
Nos solue vinculis seculi
Amore filij Dei.

Deo patri sit gloria. &c.
Antiph. Qui me confes-
sus fuerit coram homini-
bus, cõstebor & ego cum
coram patre meo.

**¶ Tertia lectio. Sermo san-
cti Augustini.**

TRiūphalis beati mar-
tyris. N. dies hodie
nobis anniuersaria
celebritate recurrit, cuius
glorificationi sicut cõgau-
det ecclesia, sic eius propo-
nit sequenda vestigia. Si e-
nim compatimur, & cõglo-
rificabimur. In cuius glo-
rioso agone, duo nobis p̄-
cipuè consideranda sunt,
indurata videlicet tortoris
sẽuitia, & martyris inuicta
patientia: Sicut a tortoris,
vs eam detestemur. Patien-
tia martyris, vt eam imite-
mur. Coronata itaque est
beati martyris patientia,
mancipata est æternis cru-
ciatibus tortoris incorre-
cta malitia. Hoc attédēs ī
agone suo gloriosus Chri-

sti athleta. N. non exhor-
ruit carcerē, ad imitatio-
nem capitis sui tolerauit
probra, sustinuit irrisiones,
flagella nō timuit, & quot
ante mortem pro Christo
pertulit supplicia, tot ei de
se obtulit sacrificia. Quod
enim propinante aposto-
lo biberat, alte retinebat:
quia non sunt condignæ
passiones huius temporis,
ad futuram gloriam, quæ
reuelabitur in vobis.

**¶ Alia tertia lectio. Secū-
dum Lucam, cap. 14.**

IN illo tempore: Dixit
Iesus turbis, Si quis ve-
nit ad me, & nō odit pa-
trem suum, & matrem, &
vxorē & filios, & fratres,
& sorores: adhuc autem &
animam suam: non potest
meus esse discipulus. Et re-
liqua. **Homilia sancti Gre-
gorij papæ.**

SI cõsideremus, fratres
charissimi, quæ & quã
ta sunt quæ nobis pro-
mittuntur in cælis: vilescit
animo omnia, quæ habentur
in terris. Terrena nan-
que subilãtia, supernæ fel-
licitati comparata pondus
est, non subsidiū. Tempo-

ralis vita, æternæ vitæ cō-
parata: mors est potius di-
cēda quàm vita. Ipse enim
quotidianus defectus cor-
ruptionis: quid est aliud,
quàm quædam prolixitas
mortis? **Q**uæ autē lingua
dicere, vel quis intellectus
capere sufficit, illa supernę
ciuitatis, quanta sint gau-
dia? Angelorum choris in-
teresse. cum beatissimis spi-
ritibus glorię conditoris
assistere: præsentē dei vul-
tum cernere: incircunscri-
ptum lumen videre: nullo
mortis metu affici: corrup-
tionis perpetuę munere
lætari? Sed ad hæc audita,
inardescit animus: iamque
illuc cupit assistere: vbi se
sperat sine fine gaudere.
Sed ad magna sp̄cia perue-
niri nō potest, nisi per ma-
gnos labores. Vnde Paul⁹
egregius prædicator dicit.
Non coronabitur, nisi qui
legitimē certauerit. Dele-
ctet igitur mētē magnitu-
do præmiorum: sed nō de-
terreat certamen laborum.
¶ Ad laudes. an. Iste san-
ctus pro lege Dei sui certa-
uit vsque ad mortem, & à
verbis impiorū nō timuit,

fundatus enim erat super
firmam petram. **Oratio.**

Pæsta quæsumus om̄i
nipotēs de⁹, vt inter-
cedente beato N. mar-
tyre tuo, à cunctis aduersi-
tatibus liberemur ī corpo-
re, & à prauis cogitationi-
bus mūdēmur in mēte. **p.**
¶ Si fuerit martyr & ponti-
tifex. Oratio.

Infirmi-
tatem nostrā re-
spice omnipotēs Deus,
& quia pōdus proprię
actionis grauat, beati N.
martyris tui, atque ponti-
ficis intercessio gloriosā
nos protegat. Per dñm.

¶ Ad vesp̄as. Hymnus.

Deus tuorum militū
Sors, & Corona p̄-
miū Laudes canen-
tes martyris,

Absolue nexu criminū.
Hic nempe mūdi gaudia,
Et blandimenta noxia,
Caduca ritē deputans,
Peruenit ad cælestia.

Pœnas cucurrit fortiter,
Et sustulit viriliter:
Pro te effundēs sanguinē,
Æterna dona possidet.

Ob hoc precatu supplici,
Te poscimus piissimē,
In hoc triūpho martyris,

Dimitte noxam seruilis.

Laudus, & perennis gloria,
Deo patri & filio:

Sancto simul paracleto
In sempiterna secula. Amē

Ant. Qui vult venire post
me abneget semetipsum,
& tollat crucem suam, &
sequatur me,

¶ *Coe plurimo martyru.*

¶ *Ad Matuc. Inuitat. Regē*
martyrum dominū venite
adoremus. *Hymnus.*

A Eterna Christi mu-
nera, Et martyrum
victorias

Laudes canentes debitas
Lætis canamus mentibus.

T errore victo seculi,
Pœnisq; spretis corporis,
Mortis sacrę compendio
Vitæ beatam possident.

T raduntur igni martyres,
Et bestiarum dentibus,
Armata sœuit vngulis,
Tortoris infani manus.

N udata pendent viscera,
Sanguis sacratus funditur,
Sed permanēt immobiles
Vitæ perennis gratia.

T e nunc redēptor quesu-
mus, Vt martyru cōfortio
Iungas precantes seruilos
In sempiterna secula. Amē

an. Tāquā aurū in forna-

ce probauit electos dñs, &
quasi holocausta accepit
eos in æternū. *Lectio. liij.*

N Atalem hodie, dile-
ctissimi, celebram⁹
sanctorum marty-
rum. N. & N. qui con-
temnentes sceleratorū ius-
sa principum: modò co-
ronantur, & accipiunt pal-
mam laborū: quia fundati
erant supra firmam petrā,
id est, Christum. De tali-
bus, & huiusmodi Aposto-
lus mente compūctus, in-
gemiscens ait, Sancti ludi-
bria, & verbera experti. in-
super & vincula, & carce-
re: lapidati sūt: secti sunt,
tentati sunt: in occisione
gladii mortui sunt. Circū-
ierunt in melotis, & in pel-
libus caprimis: egentes an-
gustati: afflicti: quibus di-
gnus non erat mundus. Et
beatus Gregorius in expo-
sitione cuiusdā euangelij,
Ecce (inquit) electi dei car-
nem domant spiritum ro-
borant: demonibus impe-
rant: virtutibus coruscant:
præsentia despiciunt æter-
nam patriā vocibus, mori-
busq; prædicant. Eam etiā
moriendo diligunt: atque

ad illā per tormenta attingūt. Occidi possunt, & flecti nequeunt. Et si coram hominibus tormenta passi sunt: spes illorum immortalitate plena est. In paucis vexati: in multis bene disponentur, quoniam deus tentauit eos: & inuenit illos dignos se, Tāquam aurum in fornace probauit illos: & quasi holocausta hodie accepit illos.

¶ Alia tertia lectio. Sermo sancti Augustini episcopi.

Quotiescūq; fratres charissimi, sanctorum martyrum solēnia celebramus: ita ipsis intercedentibus expectamus à domino cōsequi temporalia beneficia: vt ipsos martyres imitādo, accipere mereamur æterna. Ab eis enim sanctorum martyrum in veritate festiua gaudia celebrantur: qui ipsorum martyrum exempla sequuntur. Solēnitates enim martyrum, exhortationes martyriorum sunt: vt imitari nō pigeat, quod celebrare delectat. Sed nos volumus gaudere cū sanctis: & tribulationes mun-

di nolumus sustinere cum illis. Qui enim sanctos martyres: vel in quantum potuerit, noluerit imitari: ad eorum beatitudinem non poterit peruenire. Sic & Apostolus Paulus prædicat, dicens. Si fuerimus socij passionū erimus & cōsolationum. Et dominus in euangelio. Si mundus vos odit: scitote, quia me priorē vobis odio habuit. Recusat esse in corpore g odium non vult sustinere cum capite. Sed dicit aliquis. Et quis est qui possit beatorum martyrum vestigia sequi? Huic ego respondeo. Quia non solū martyres: sed & ipsum dominū cum ipsius adiutorio, si volumus, possumus imitari.

¶ Ad laudes. añā. Istorum est enim regnū cælorum, qui contēpserunt vitā mundi, & peruenerunt ad præmia regni, & lauerūt stolas suas in sanguine agni. **Orratio.**

Deus qui nos annua sanctorum martyrum tuorum. N. & N. solēnitare latificas: cōcedē propitius, vt quorū gaudemus meritis, & accēdamur

Jamur exemplis. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum.

¶ Si fuerint martyres pontifices.

Oratio.

Beatorum martyrum, pariterque pontificum N. & N. nos quaesumus domine festa tueatur, & eorum commendet oratio veneranda. Per dominum.

¶ Ad vesperas. Hymnus.

Rex gloriose martyrum, Corona confidentium,

Qui respicientes terrena:
Perducis ad caelestia.

Aurem benignam protinus,
Appone nostris vocibus,
Trophaea sacra pangimus,
Ignosce quod delinquimus.

Tu vincis in martyribus,
Parcendo confessoribus:
Tu vince nostra crimina,
Donando indulgentiam.

Deo patri sit gloria, &c.

Antiphona. Gaudet in caelis animarum sanctorum, qui Christi vestigia sunt secuti, & quia pro eius amore sanguinem suum fuderunt, ideo cum Christo exultant sine fine.

¶ Notandum, quod si simul celebratur sanctus, &

B. N.

sancta martyres, officium sit de communi plurimorum sanctorum. Commune confessoris pontificis.

¶ Ad Matutinum. Invictorium. Regem confessorum dominum, venite adoremus.

Hymnus.

Iesu redemptor omnium: Perpes corona presulium: In hoc die clementius, nostris faueto precibus.

Tui sacri qua nominis, Confessor almus claruit; Huius celebrat annua Deuota plebs solennia.

Qui rite mundi gaudia Huius caduca respiciens: Cum angelis caelestibus, Lætus potitur premiis.

Huius benignus annue, Nobis sequi vestigia: Huius precatu seruulis, Dimitte noxam criminis.

Sit Christe rex piissime Tibi patrique gloria Cum spiritu paraclito: Et nunc & in perpetuum. Amen. **Antiphona.** Ecce sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit Deo, & inuentus est iustus.

¶ Tercia lectio, ex sermone sancti Ambrosii.

DD

AD sancti, ac beatissimi patris nostri. N. cuius hodie festa celebramus, laudis, addidisse aliquid, decerpisse est: cum siquidem virtutum eius gratia, non sermonibus exponenda sit. sed operibus comprobanda. Cum enim dicat scriptura diuina: gloria patris est filius sapiens: quantæ huius sunt gloriæ, qui tantorum filiorum sapientia, & deuotione lætatur? In Christo enim Iesu per euangelium ipse nos genuit. Quicquid igitur in sancta plebe hac potest esse virtutis, & gratiæ: de hoc quasi de quodam lucidissimo fonte omnium riuulorum hæc puritas emanauit. Etenim quia castitatis pollebat vigore: quia abstinentiæ gloriabatur angustiis: quia blâdimentis erat præditus lenitatis: omnium ciuium in Deum prouocauit affectum. Quia pontificis administratione fulgebat: plures è discipulis reliquit sui sacerdotij successores. Bene ergo, & congruè in hac die quam nobis Beati patris nostri, N. huius ad

paradisum transitus exultabilem reddidit præsentis psalmi versiculum decantauimus: In memoria æterna erit iustus. dignè enim in memoriam vertitur hominum: qui ad gaudiū trāsit angelorum. Qui iam gratiam Christi clarificat inuenit, quia mundi gloriā non quaesuit, canens illud quod dicit sermo diuinus, Ne laudaueris hominē in vita sua: tanquam si diceretur. Lauda post vitam: magnifica post cōsummationem.

¶ Alia tertia lectio, ex Eclesiastico.

ECce sacerdos magnus qui in diebus suis placuit Deo, & inuentus est iustus, & in tēpore iracundiæ factus est reconciliatio. Non est inuentus similis illi, qui conseruaret legem excelsi. Ideo iureiurando fecit illum dominus crescere in plebem suam. Benedictionem omnium gentium dedit illi, & testamentum suum confirmauit super caput eius. Cognouit eū in benedictionibus suis, conseruauit illi

misericordiam suam, & inuenit gratiam coram oculis domini. Magnificauit eum in conspectu regum, & dedit illi coronam gloriæ. Statuit illi testamentum sempiternum, & dedit illi sacerdotium magnum, & beatificauit illū in gloria. Fungi sacerdotio, & habere laudē in nomine ipsius, & offerre illi incensum dignū in odorem suauitatis.

¶ **Ad Laudes. Antiphona.** Euge serue bone, & fidelis, quia in pauca fuisti fidelis supra multa te constituam, dicit dominus. **Oratio.**

DA quæsumus omnipotens deus: ut beati. N. confessoris tui atque pontificis veneranda solennitas, & devotionem nobis augeat, & salutem. Per dominum nostrum Iesum Christum filiū tuum.

¶ **Ad vesperas. Hymnus.** Iste confessor domini sacratus, festa plebs cuius celebrat per orbem, Hodie lætus meruit secreta, scandere cæli.

Qui pius prudens, humilis, pudic^{us}: Sobrius, castus fuit, & quietus, Vita dum

præsens vegetauit eius, corporis artus.

Ad sacrum cuius tumulū frequenter, Membra languentum modo sanitati, Quolibet morbo fuerint grauata, Restituuntur.

Vnde nunc noster chorus in honorē, Ipsius hymnū canit hūc libenter, Ut piis eius meritis iuuemur, Omne per æuum.

Si salus illi, decus atque virtus: Qui supra cæli refidens cacumen, Totius mūdimachinā gubernat. Trinus & vnus. Amen. **Añs.** Sacerdos, & pontifex, & virtutū epifex, pastor bone in populo, ora pro nobis dominum.

¶ **Si fuerit summus pontifex. Ana.** Dum esset summus pontifex, terrena non metuit, sed ad cælestia regna gloriosus migravit.

¶ **Inscripta ana. dicenda est in vesp. sanctorum Gregorij, Ambrosij, Augustini, & Hieronymi. Antiph.** O doctor optime, ecclesiæ sanctæ lumen beate. N. diuinæ legis amator, deprecate pro nobis filium Dei.

¶ **Cōmune confessoris nō**

pouiffels. Ad matutinum
Inuitatorium. Regem con-
 fefforum dominum venite
 adoremus. **Hymni.**

Iesu corona celsior, Et
 veritas sublimior: Qui
 confitenti serualo
 Reddis perene praxium.

Da supplicanti cœtui
 Obtentu huius optimi
 Remissionem criminum
 Rûpendo nexum vinculi.

Anni recurfio teinpore
 Dies illuxit lumine,
 Quo sanct^o hic de corpe,
 Polû migravit prepotens.

Proinde te piiffime
 Precamur oēs supplices,
 Vt huius almi gratia,
 Nobis remittas debita.

Gloria patri domino,
 Gloria vnigenito,
 Vnz cum sancto fpiritu
 In fempiterna fecula. Amē

In. Similabo eum viro fa-
 pienti, qui ædificauit do-
 mum fuam fupra petram.

Sermo sancti Bernardi.
Lectio tertia.

Gaudete in Domino
 dilectiffimi, qui in-
 ter continua fuz pie-
 tatis beneficia indulfit bea-
 tum. N. mundo, cuius mul-
 ti faluarẽtur exemplo. Ite-

rum dico gaudete, quãdã
 fublatus de medio appro-
 piavit Deo, vt multo plu-
 res eius interceffione faluẽ-
 tur. Habet ex hominibus,
 cui hominum peccata do-
 net misericors, & misera-
 tor dominus. Habet tẽp^o,
 & locũ intercedendi pius,
 & misericors aduocatus, &
 quiddẽ locũ quietũ & tẽpus
 feriatum. In terris vifus eſt
 vt eſſet exemplo, in cælum
 leuatus eſt, vt fit patroci-
 nio. Hic informauit ad vi-
 tam, illic inuitat ad gloriã.
 Factus eſt mediator ad re-
 gnũ, qui fuit incitator ad
 opus. Bonus mediator, q̃
 ſibi iam poſtulus nihil, to-
 tum in nos transferre de-
 fyderat, & ſupplicantis af-
 fectum, & ſupplicationis
 fructum. Quid enim que-
 rat ſibi, qui nullius eget
 Dominus conſeruat eum,
 & viuificat eum, & beatum
 facit eum in gloria: nihil il-
 li deerit in loco paſcuę col-
 locato. Hęc dies glorioſe
 migrationis eius, dies leti-
 tiz cordis eius, exultem^o,
 & lætemur in ea.

¶ Ad Laudes. Ant. Domi-
 ne, quinq̃ue tãtera tradidi-

sti mihi, ecce, alia quinque
superlucatus sum.

¶ *Si fuerit Abbas. Oratio.*

Intercessio nos quæsumus
domine beati. N. ab
batis cōmendet: vt quod
nostris meritis nō valem⁹:
ei⁹ patrociniō assequamur.
Per dominum nostrum.

¶ *Si fuerit cōfess. tm. Oro.*

Deus, qui nos beati
N. cōfessoris tui an-
nua solennitate leti-
ficas, concede propiti⁹: vt
cuius natalitia colimus, e-
tā actiones imitemur. Pe-
dominum nostrum Iesum.

¶ *Ad vesp̄as. hymn⁹. Ille
confessor. &c. vs̄ supra. in
confessore pontif. in.* Hic
despiciēs mundū, & terre-
na, triumphans diuitias ex
lo condidit ore, & manu.

¶ *Commune virginum.*

¶ *Ad Matutinum. Inuitat.*
Regem virginum dominū
venite adoremus.

¶ *Hymnus ad Matutinum.*

Virginis proles, opī-
flexque matris,
Virgo quem gessit
Peperitque virgo,
Virginis festum canimus
trophæum, Accipe votū.
Hæc tua virgo duplici bea

ta Sorte dum gessit fragī-
lem domare corporis se-
xum, domuit cruentum
Corpore sæclum.

Vnde nec mortem, nec a-
mica mortis, Sæna pœna-
rum genera pauescens,
Sanguine fuso meruit se-
creta, Scandere exli.

Huius obtētū Deus alme,
nostris Parce iam culpis vi-
tia remittens,

Quo tibi pari resonemus
almum Pectoris hymnū.

Gloria patri, genitrici, & pa-
tri, Et tibi compar vtriusq;
semper Spiritus alme deus
vnus omni Tempore se-
cli. Amen.

¶ *Pro vna virgine. Antip.*

Hæc est virgo sapiens: &
vna de numero prudentū.

¶ *Pro pluribus virginibus.*

Anuphona. Prudētes vir-
gines aptate vestras lampa-
des: ecce sp̄sus venit: exi-
te obuiam ei.

¶ *Secundū Math. Lec. ij.*

In illo tēpore: Dixit Ie-
sus discipulis suis para-
bolam hanc: Simile est
regnū celorū decē virgini-
bus, quæ accipientes lapa-
des suas exierunt obuiam
sponso, & sponse. Et reli.

¶ *Homilia scti Greg. pap.*

SAepe vos fratres charissimi admoneo, praua opera fugere mundi huius inquinamenta deuotare. Sed hodierna sancti euangelij lectione compellor dicere: ut & bona quae agitis cum magna cautela teneatis: ne per hoc quod a vobis rectum geritur, fauor, aut humana gratia requiratur. Ne appetitus laudis subrepat: & quod foris ostenditur: intus a mercede euacuetur. Ecce enim redemptoris voce decem virgines, & omnes dicuntur virgines, & tamen intra beatitudinis ianuam non omnes receptae sunt. Quia earum quaedam dum de virginitate sua gloriam foris expetunt, in vasis suis oleum habere noluerunt. Sed prius querendum nobis est quid sit caelorum regnum: aut cur decem virginibus comparatur: quae etiam virgines prudentes & fatuae dicantur. Cum enim caelorum regnum constat, quia reprobatorum nullus ingreditur: etiam fatuis virginibus cur simile esse perhibetur? Sed

sciendum nobis est: quod saepe in sacro eloquio regnum caelorum praesentis temporis ecclesia dicitur: de quo in alio loco dominus dicit. Mittere filius hominis angelos suos: & colligat de regno eius omnia scandala: neque in illo regno beatitudinis, in quo pax summa est, inueniri scandala poterunt, quae colligantur.

¶ *Alia tertia lectio, ex Eclesiastico.*

Confitebor tibi Domine rex, & collaudabo te deum saluatorem meum. Confitebor nomini tuo, quoniam adiutor, & protector factus es mihi, & liberaisti corpus meum a perditione, a laqueo linguae iniquae, & a labiis operantium mendacium, & in conspectu altarium factus es mihi adiutor. Et liberaisti me secundum multitudinem misericordiae nominis tui, a rugientibus praeparatis ad escam de manibus quae retinuerunt animam meam, & de portis tribulationum quae circumdederunt me: a pressura flammae, quae cir-

condedit me, & in medio ignis non sum aestuata. De altitudine ventris inferi, & à lingua coinquinata, & à verbo mendacij, à rege iniquo, & à lingua iniusta liberasti me. Laudabit vsque ad mortem anima mea dominum, quoniam eruis filientes te, & liberas eos de manu angustiarum domine Deus noster.

Ad laudes, pro vna virgine. Antiph. Hæc est virgo sapiens, quam dominus vigilantem inuenit.

Pro pluribus. an. Adducuntur regi virgines post eam, proximè eius offerentur tibi.

Si fuerit virgo mar. oro.
Indulgentiis nobis quesumus domine beata. N. virgo & martyr imploret, quæ tibi grata semper extitit, & merito castitatis, & tuæ professione virtutis. Per dominum nostrum.

Si fuerit virgo mar. oro.
Exaudi nos Deus salutaris noster, ut sicut de beatæ. N. festiuitate gaudemus: ita pie deuotionis erudiamur affectu. Per dominum nostrum,

Pro pluribus. Oratio.

DA nobis quesumus Domine Deus noster sanctarum virginum & martyrum tuarum. N. & N. palmas incessabili veneratione venerari: vsque quas digna mente nõ possumus celebrare, humilibus saltem frequentemus obsequiis. Per dominum,

Notandum, si fuerint virgines tantum, & nõ martyres, omittitur in prædicta oratione, & martyrum.

Ad vesperas. Hymnus.

Iesu corona virginum,
 Quæ mater illa concipit.
 Quæ sola vgo parturit
 Hæc vota clemens accipe.

Qui pascelis inter lilia,
 Septus coronis virginum,
 Sponsas decorans gloria,
 Sponsisque reddes premia.

Quocumque pergis, virgines sequuntur, atque laudibus post te canentes cursitant,
 Hymnosque dulces personant.

Te deprecamur largius,
 Nostris adauge mentibus,
 Nescire prorsus omnia
 Corruptionis vulnera.

Laus, honor, virtus, gloria Deo patri & filio,
 Sancto simul paraclete

Commune Sanctorum.

In seculorum secula.

¶ **Pro vna virgine. In.** Veni sponsa Christi, accipe coronam, quã tibi Dominus præparauit in æternum.

¶ **Pro pluribus. In.** Gloriosæ virgines venite, accipite coronas, quas dñs præparauit vobis in æternum.

¶ **Comune sanctę nec virginis, nec martyris. In. Ad Matut. Inuita.** Laudemus Desi nostrũ in cõfessione beatę. N. Hy.

Huius obtentu Deus alme nostris Parce iam culpis, vicia remittens, Quo tibi puri resonemus alium Pectoris hymnum.

Gloria patri, genitæque proli, Et tibi cõpar vtriusque semper. Spiritus alme Deus vnus omni tempore seculi. Amen. In. Hæc est, quæ nesciuit thorum in delicto, habebit fructum in respectione animarum sanctarum.

¶ **Tertius lect. ex Ecclesiast.**

Domine Deus meus, Exaltasti super terrã habitationẽ meã,

& pro morte defluente deprecata sum. Inuocaui dominum patrem domini mei, vt non derelinquat me in die tribulationis meę, & in tempore superbiorum sine adiutorio. Laudabo nomen tuum assidue, & collaudabo illud in confessione, & exaudita est oratio mea, & liberaisti me de perditione, & eruisti me de tempore iniquo. Propterea confitebor tibi, & laudem dicã nomini tuo domine Deus noster,

¶ **Ad Laudes. Antiphona.** Ista est speciosa inter filias Ierusalem. **Oratio.**

Exaudi nos Deus salutaris noster: vt sicut de beatę. N. festiuitate gaudemus: ita pię deuotionis erudiamur affectu. Per Dñm nostrum Iesum.

¶ **Ad vesperas. Hymnus.** Huius obtentu. vt supra. **Antiphona.** In odore vnguentorum tuorum currimus, adolecentulę dilexerunt te nimis.

¶ **Finis.**

OFFICIUM BEATÆ

TAE VIRGINIS

Mariæ.

Notandum, quod in omnibus sabbatis totius anni sit officium de beata virgine modo infrascripto, præterquã in sabbatis quadragesimæ, & in sabbatis occurrentibus, quando sit officium de aliqua octava & in sabbatis, in quibus incidit aliquod festum duplex, excipitur etiam sabbatum in quo incidit vigilia Natiuitatis Domini, aut vigilia Epiphaniæ.

Notandum præterea, quod festa simplicia in sabbatis occurrentia, etiã si habuerint propriam lectionem, omittuntur, & sic tantum commemoratio de eis in fine primæ, vt supra in Dominica prima aduentus explicatum est. Et similiter omittuntur tertie lectiones occurrentes in calendario ex epistolis.

Sciendũ est autem, quod in singulis horis omnia dicuntur vt in alijs diebus, præter infrascripta In aduentu. Ad matutinum. In titar oru.

Aue Maria gratia plena dominus tecum.
Hymnus.

Quem terra, pontus, æthera Colunt: adorant: prædicant: tinam regentem machinam claustrum Mariæ bauiulat.

Cui luna, sol, & omnia Deseruiūt per tempora: Perfusa cæli gratia gessit puelle viscera.

Beata mater munere, Cuius supernus artifex, Mundum pugillo cõtinent, Vêtris sub arca clausus est.

Beata cæli nuntio, Fœcunda sancto Spiritu, Delyderatus gentibus Cuius per alium fusus est.

Maria mater gratiæ, Mater misericordiæ, Tu nos ab hoste protege: & hora mortis suscipe.

E. N.

Officium.

Gloria tibi domine, Qui natus es de virgine, Cum patre, & sancto Spiritu In sempiterna secula. Amen.
Antiphona. Angelus domini nuntiavit Mariæ: & cœcepit de spiritu sancto.
Halleluia. *Ad tertiam lectio. benedictio.* Per virginem matrem concedat nobis dominus salutem & pacem. Amen.

Lectio tertia.

Missus est Angelus Gabriel à Deo in ciuitatem Galilæe, cui nomen Nazareth, ad virginem desponsatam viro, cui nomē erat Ioseph, de domo Dauid, & nomē virginis Mariæ. Et ingressus angelus ad eam dixit, *Aue gratia plena, Dominus tecū, benedicta tu in mulieribus.* Quæ cum audisset, turbata est in sermone eius, & cogitabat qualis esset ista salutatio & ait angelus ei. Ne timeas Maria, inuenisti enim gratiam apud Deum, Ecce cœcipies & vtero: & paries filium: in vocabis nomen eius Iesum. Hic erit magnus, & filius altissimi vocabitur. Et

dabit illi Dominus Deus sedem Dauid patris eius: & regnabit in domo Iacob in æternum & regni eius nõ erit finis. Dixit autem Maria ad angelum, *Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco?* Et respondens angelus dixit ei, Spiritus sanctus superueniet in te: & virtus altissimi obũbrabit tibi. Ideoque & quod nascetur ex te sanctum vocabitur. filius Dei. Et ecce Elisabeth cognata tua. & ipsa concepit filium in senectute sua: & hic mensis sextus est illi, quæ vocatur sterilis: quia non erit impossibile apud deum omne verbum. Dixit autem Maria, *Ecce ancilla domini, fiat mihi secũdum verbum tuum.*

Post tertiam lectionem semper dicitur. Te Deum laudamus, &c. *Ad laudes antiphona.* Spiritus sanctus in te descendet Maria: ne timeas habebis in vtero filium Dei halleluia. *Oro.*

Deus, qui de beatæ Mariæ virginis vtero: verbum tuũ angelo nuntiante carnem su-

Beatae Mariae.

scipere voluisti praesta sup-
plicibus tuis: vt qui vere
eam genitricem Dei credi-
mus: eius apud te interces-
sionibus adiuuemur, Per
eundem dominum.

¶ **Ad Vesperas. Hymnus.**

Ave maris stella, dei
mater alma: atque
semper virgo, fe-
lix caeli porta.

Sumens illud aue Gabrie-
lis ore, Fuda nos in pace,
Mutans Euz nomen.

Solve vincla reis, Profer
lumen caecis: Mala nostra
pelle, Bona cuncta posce.

Monstra te esse matrem,
Sumat per te preces: Qui
pro nobis natus, tulit ef-
se tuus.

Virgo singularis, Inter o-
mnes mitis: Nos culpae so-
lutos Mites fac, & castos.

Vitam praesta puram. Iter
para rutum: Vt videtes le-
sum, semper collemur.

Sit laus Deo patri, Sumo
Christo decus: spiritui san-
cto trinus honor vnus.

Amen. **Antiphona.** Ecce
ancilla domini, fiat mihi
secundum verbum tuum.

¶ **Post aduentum reliquo-
rum tempore.** ¶ **Ad Ma-**

rutinum. Inuitatorii. Ave
Maria gratia plena Domi-
nus tecum. **Hymnus.**

O Gloriosa dña, Excel-
sa supra sydera, Qui
te creauit prouide:
Lactasti sacro vbere.

Quod Eva tristis abstulit,
Tu reddis almo germine:
Intrét vt astra flebiles: Cae-
li fenestra facta es.

Tu Regis alti ianua, Ea
porta lucis fulgida. Vitam
datá per virginem, Gétes
redemptae plaudite.

Maria mater gratiae, Ma-
ter misericordiae, Tu nos
ab hoste protege: Et hora
mortis suscipe.

Gloria tibi domine, Qui
natus es de virgine, Cum
patre & sancto spiritu, in
sempiterna secula. Amen.

Añã. Benedicta tu in mu-
lieribus: & benedict⁹ fru-
ctus ventris tui.

¶ **Ad tertiam lect. benedi-
ctio** Per virginem matrè.

vt supra. ¶ **Tertia lectio**
legenda est vna ex infra-
scriptis secundum varietatem

temporum. ¶ **Post octa.**
epiphaniae vsque ad qua-
dragesimã dicitur vna ex
duabus proxime infra-
scriptis.

quam quisque maluerit.

Ex ecclesiastico.

IN omnibus requie quæ-
siui, & in hereditate do-
mini morabor. Tunc pre-
cepit, & dixit mihi creator
omnium: & qui creauit me
requieuit in tabernaculo
meo, & dixit mihi, In Sa-
cob inhabita, & in Israel
hereditare, & in electis
meis mitte radices. Ab ini-
tium & ante secula creata
sum, & usque ad futurum
seculum non desinam: & in
habitatione sancta coram
ipso ministravi. Et sic in
Sion firmata sum, & in ci-
uitate sanctificata similiter
requieui & in Ierusalem po-
testas mea. Et radicaui in
populo honorificato, & in
partes dei mei hereditas il-
lius, & in plenitudine san-
ctorum detentio mea. Quasi
cedrus exaltata sum in Li-
bano, & quasi cypressus in
monte Sion. Quasi palma ex-
altata sum in Cades, & quasi
plantatio rose in Iericho, &
quasi oliua speciosa in ca-
pis, & quasi platanus exal-
tata sum iuxta aquam in pla-
teis. Sicut cinnamomum, &
balsamum aromatizans odo-

re dedi: quasi mirra ele-
cta, dedi suauitatem odoris.
¶ *Alia tertia lectio ex Ec-
clesiastico.*

EGO quasi vitis fructi-
ficaui suauitatem odo-
ris: & flores mei fru-
ctus honoris & honesta-
tis. Ego mater pulchra di-
lectionis, & timoris, & ma-
gnitudinis, & sanctæ spei.
In me gratia omnis viæ &
veritatis, in me omnis spes
vite & virtutis. Transite ad
me omnes qui concupisci-
tis me, & à generationibus
meis adimplemini. Spiritus
enim meus super mel dul-
cis, & hereditas mea super
mel & fauam. Memoria mea
in generatione seculorum.
Qui edunt me, adhuc esu-
rient: & qui bibunt me, ad-
huc sitient. Qui audit me,
non confundetur: & qui
operantur in me, non pec-
cabunt. Qui elucidat me,
vitam æternam habebunt.

¶ *Post octauam pasche vs-
que ad finem mensis Maij.*

¶ *Tertia lectio, ex sermo-
ne sancti Augustini.*

O Beata Maria quis ti-
bi digne valeat iuxta
gratiarum, ac laudum

Beate Marie.

præconia rependere, quæ
singulari tuo assensu mû-
do succuristi p̄dito? Quas
tibi laudes fragilitas huma-
ni generis persoluet, quæ
solo tuo commertio recu-
perandi aditû inuenit? Ac-
cipe itaque quascûque exi-
les, quascûque meritis tuis
impares gratiarum actio-
nes, & cûm susceperis vo-
ta, culpas nostras orando
excusa. Admitte nostras
preces intra sacrarium etu-
ditionis, & reporta nobis
antidotum reconciliatio-
nis. Sit per te excusabile,
quod per te ingerim⁹, fiat
impetrabile, quod fida mē
te poscimus. Accipe quod
offerim⁹, redona quod ro-
gamus, excusa quod time-
mus, quia tu es spes vnica
peccatorum, per te spera-
mus veniam delictorû, &
in te beatissima nostrorû
est expectatio præmiorû.
Sancta Maria succurre mi-
seris, iuua pusillanimes, fre-
foue flebiles, ora pro po-
pulo, interueni pro clero,
intercede pro deuoto fœ-
mineo sexu. Sentiant om-
nines tuum iuuamen qui-

cunque celebrât tuâ com-
memorationem.

**In mensibus Iunij & Iu-
lij. ¶ Tertia lectio ex ser-
mone sancti Bernardini.**

Aduertistis fratres,
quoniam virgo re-
gia ipsa est via, per
quam saluator aduenit, p-
cedens ex ipsius utero tan-
quam sponsus de thalamo
suo. Tenentes ergo hanc
viam studeamus dilectissi-
mi ad ipsum per eam ascē-
dere. qui per ipsam ad nos
descendit per eam venire
in gratiam ipsius, qui per
eam in nostram miseriam
venit. Per te accessum ha-
beamus ad filium o bene-
dicta inuentrix gratiæ, ge-
nitrix vitæ, mater salutis,
vt per te nos suscipiat, qui
per te datus est nobis. Ex-
cuset apud ipsum integri-
tas tua culpam nostræ cor-
ruptiōis, & humilitas deo
grata nostræ veniam impe-
tret vanitatis. Copiosa cha-
ritas tua nostrorû coope-
riat multitudinem pecca-
torum, & fœcunditas glo-
riosa fœcunditatem nobis
conferat meritorum. Do-

Officium beate Mariæ.

mina nostra, mediatrix nostra, aduocata nostra tuo filio nos reconcilia, tuo filio nos commenda, tuo nos filio representa. Fac o benedicta per gratiã, quã inuenisti, per prærogatiuam, quam meruisti, per misericordiam, quam peperisti, vt qui te mediante fieri dignatus est particeps infirmitatis, & miserie nostræ, te quoque intercedente participes faciat nos gloriæ, & beatitudinis suę Iesus Christus filius tuus dominus noster, qui est super omnia benedictus in secula. Amen. Oratio.

Beata, & gloriosã, semperque virginis Mariæ quę sumus domine intercessio gloriosa nos protegat: & ad vitam perducat æternam. Per dominũ nostrũ Iesum Christum filium tuum. Qui tecum viuit & regnat in unitate spiritus sancti Deus. Per omnia secula seculorum. Amen.

¶ Ad Vesperas. Hymnus.

Aue maris stella. &c. vt supra Antiphona. Beata mater, & innupta virgo gloriosa regina mundi intercede pro nobis ad dominum.

FINIS OFFICII
beate Mariæ.

SEPTEM PSALMI

poenitentiales.

¶ Notandum quodd infra scripti septem psalmi cum litanis & orationibus dicuntur in feria quarta cinerum & in quibusdam sextis feriis quadragesimæ ut in eis adnotatur. *Ant.* Ne reminiscaris domine delicta nostra: vel parentum nostrorum: neque vindictam sumas de peccatis nostris.

<p> <i>Ps.</i> Dñe ne infuro. fo. 36. <i>Ps.</i> Beati quorū re. o. 28. <i>Ps.</i> Dñe ne in furo. fo. 58. <i>Ps.</i> Miserere mei. fo. 58. <i>Ps.</i> Dñe exaudi ora. fo. 70. <i>Ps.</i> De pfundis cla. fo. 73. <i>Ps.</i> Dñe exaudi ora. fo. 22. </p>	<p> Sancta Dei genitrix of. Sancta virgo virginū of. Sancte Michael of. Sancte Gabriel of. Sancte Raphael of. Omnnes sancti angeli, & archangeli dei orate. Omnnes sancti beatorū spirituum ordines. orate. Sancte Ioannes bapti. of. Omnnes sancti patriarchæ & prophetæ orate. Sancte Petre of. Sancte Paule of. Sancte Andrea of. Sancte Iacobe of. Sancte Ioannes of. Sancte Iacobe of. Sancte Philippe of. Sancte Thoma of. Sancte Bartholomææ of. Sancte Mathææ of. Sancte Simon of. Sancte Thadææ of. Sancte Mathia of. Sancte Barnaba of. Sancte Luca of. Sancte Marce of. Omnnes sancti apostoli, & euangelistæ. orate. Omnnes sancti discipuli dñi. ora. </p>
---	--

Kyrice eleison. **C**hriste eleison. **C**hriste audi nos. **C**hriste audi nos.

Pater de cælis deus, miserere nobis.

Filij redemptor mūdi De⁹, miserere nobis.

Spiritus sancte Deus, miserere nobis.

Sancta trinitas vnus de⁹: miserere nobis.

Sancta Maria of.

Litania.

- O** mnes sancti Innocentes orat. **S** ancta Lucia of.
S ancte Stephane of. **S** ancta Cecilia of.
S ancte Laurenti of. **S** ancta Agatha of.
S ancte Vincenti of. **S** ancta Catharina of.
S ancte Fabiane of. **O** mnes sancte virgines &
S ancte Sebastianae of. viduae orate pro nobis.
S ancti Ioannes, & Paule **O** es sancti, & sanctae Dei
 orate pro nobis. intercedite pro nobis.
S ancti Cosma & Damia- **P** ropitius esto, parce no-
 ne orate pro nobis. bis domine.
S ancti Geruasi & Procha- **P** ropiti⁹ esto, exaudi nos
 si orate pro nobis. domine.
O es sancti martyres orat. **A** b oī malo, libe. nos do.
S ancte Syluester of. **A** b oī peccato, libera nos.
S ancte Gregori of. **A** b ira tua, libera nos dñs.
S ancte Augustine of. **A** subitanea & improuisa
S ancte Ambrosi of. morte, libera nos dñe.
S ancte Hieronyme of. **A** b insidiis diaboli, libera.
S ancte Martine of. **A** b ira, & odio, & oī mala
S ancte Nicolae of. voluntate, libera nos do.
O mnes sancti pontifices **A** spiritu fornicationis, li-
 & confessores orate. bera nos domine.
O es sancti doctores orat. **A** fulgure & tēpestate, lib.
S ancte Antoni of. **A** morte perpetua, libera.
S ancte benedicte of. **P** er mysterium sancte in-
S ancte Franciscce of. carnationis tuae, libera.
S ancte Dominice of. **P** er aduentum tuum, lib.
S ancte Bernarde of. **P** er natiuitatem tua, libe.
O mnes sancti Monachi, **P** er baptismū, & sanctum
 & Eremitae orate. ieiunium tuum, lib. nos.
O mnes sancti sacerdotes, **P** er crucem & passionem
 & leuitae orate. tuā, libera nos domine.
S ancta Maria Magdalena **P** er mortem, & sepulturā
 ora pro nobis. tuā, libera nos domine.
S ancta Agnes of. **P** er sanctam resurrectio-

nem tuam libera nos.

Per admirabilem ascensionem tuam libera nos dñe.

Per aduētum spiritus sancti paraclēti: libera nos.

In die iudicij: libera nos.

Peccatores, te rogam⁹ au.

Vt nobis parcās: te roga.

Vt nobis indulgeas: te ro.

Vt ad verā pœnitētiā nos perducere digneris: te ro.

Vt ecclesiam tuā sanctam regere, & conseruare digneris, te rogamus audi.

Vt donum apostolicū, & omnes ecclesiasticos ordines ī sancta religione conseruare digneris: te roga.

Vt inimicos sanctæ ecclesie humiliare digneris: te rogamus audi nos.

Et regibus, & principibus Christianis pacem & verā concordiam donare digneris: te rogamus.

Vt cuncto populo Christiano pacem & vnitatem largiri digneris: te roga.

Vt nosmetipsos in tuo sancto seruitio confortare & conseruare digneris: te ro.

Vt mentes nostras ad cælestia desideria erigas: te ro

Vt omnibus benefactoribus nostris sempiterna bo

na retribuas: te rogamus.

Vt animas nostras, fratrum propinquorum, & benefactorum nostrorum ab æterna damnatione eripias: te rogamus audi nos.

Vt fructus terræ dare, & conseruare digneris: te ro.

Vt omnibus fidelibus defunctis requiem æternam donare digneris: te roga.

Vt nos exaudire digneris: te rogamus audi nos.

Fili dei. iij. te rogamus.

Agnus dei, qui tollis peccata mundi: parce nobis domine.

Agnus dei, qui tollis peccata mundi: exaudi nos domine.

Agnus dei, qui tollis peccata mundi miserere nobis.

Christe audi nos. **C**hriste exaudi nos. **K** yrie eleison

Christe eleison. **K** yrie eleison. **P**ater nŕ. Et ne nos.

Sed libera nos. **Psalms.**

Deus in adiutorium meum intende: domine ad adiuuandum me festina:

Confundatur & reuerentur, qui querunt animam meam.

Auertantur retrosum, &

Preces.

erubescant, qui volunt mihi mala.

Auertantur statim erubescientes: qui dicunt mihi, euge euge.

Exultent, & latentur in te omnes, qui querunt te: & dicant semper, magnificetur dominus, qui diligunt salutare tuum.

Ego vero egenus, & pauper sum: deus adiuua me.

Adiutor meus, & liberator meus es tu: domine ne moreris. Gloria patri. **S**icut. **V.** Saluos fac seruos tuos. **R.** Deus meus sperantes in te. **V.** Esto nobis domine turris fortitudinis.

R. A facie inimici. **V.** Nihil proficiat inimicus in nobis. **R.** Et filius iniquitatis non apponat nocere nobis. **V.** Domine non secundum peccata nostra facias nobis. **R.** Neque secundum iniquitates nostras retribuas nobis. **V.** Oremus pro pontifice nostro. **R.** Dominus conseruet eum, & uiuificet eum, & beatum faciat eum in terra: & non tradat eum in animam inimicorum eius. **V.** Oremus pro benefactoribus nostris.

R. Retribuere dignare domine omnibus nobis bona facientibus propter nomen tuum uitam aeternam. Amen.

V. Oremus pro fidelibus defunctis. **R.** Requiem eternam dona eis domine: & lux perpetua luceat eis. **V.** Requiescant in pace.

R. Amen. **V.** Pro fratribus nostris absentibus. **R.** Saluos fac seruos tuos Deus meus sperantes in te. **V.** Mitte eis domine auxilium de sancto. **R.** Et de sion tuere eos. Domine exaudi. Et clamor. **Oratio.**

Deus cui proprium est misereri semper, & parcere, suscipe deprecationem nostram: & nos, & omnes famulos tuos quos delictorum catena constringit: misericordia tuae pietatis absoluat. **Oratio.**

Exaudi quæsumus domine supplicium preces: & consentium tibi parce peccatis ut pariter nobis indulgentiam tribuas benignus, & pacem.

Alia oratio.

Ineffabilem nobis domine misericordiam tuam clementer ostende, ut

simul nos & à peccatis omnibus exuas: & à pœnis, quas pro his meremur eripias.

Oratio.

Deus, qui culpa offenderis, pœnitentia placaris: preces populi tui supplicantis propitius respice: & flagellataz iracundiæ, quæ pro peccatis nostris meremur auerte.

Oratio.

Omnipotens sempiternus deus miserere famuli tui papæ nostri & dirige eum secundum tuam clementiam in viam salutis æternæ: vt te donante tibi placita cupiat, & tota virtute proficiat. *Oro.*

Deus à quo sancta desideria, recta consilia: & iusta sunt opera: da seruis tuis illam quam mundus dare non potest pacem: vt & corda nostra mandatis tuis dedita: & hostium sublata formidine, tempora sint tua protectione tranquilla. *Oratio.*

Vereigne sancti spiritus renes nostros & cor nostrum domine: vt tibi casto corde seruiamus: & mundo corde placeamus. *Oratio.*

Fidelium Deus omnium conditor, & redemptor animabus famulorum, famularumque: tuarum remissionem cunctorum tribue peccatorum: vt indulgentiam quam semper optauerunt: piis supplicationibus consequantur. *Oratio.*

Actiones nostras quæsumus domine aspirando præueni. & adiuvando prosequere: vt cuncta nostra oratio, & operatio à te semper incipiat. & per te cœpta finiatur. *Oro.*

Omnipotens sempiternus deus, qui vivorum dominaris simul, & mortuorum, omniumque miseris: quos tuos fide & ope futuros esse pronoscis: te supplices exoramus, vt pro quibus effundere preces decreuimus: quosque vel presens seculum adhuc in carne retinet vel futurum iam exutos corpore suscepit intercedentibus omnibus sanctis tuis pietatis tue clementia omnium delictorum suorum veniam consequatur. Per. Benedicamus domino. Deo gratias. Fidelium animæ per misericordiam Dei requiescant in pace. Amen.

Officium defunctorum.

O F F I C I U M .
defunctorum.

Sciendum q̄ officiu de-
functoru dicitur tatum in
crastino omniu sanctoru,
& in quibusda sextis feriis
quadragesimæ, vt suis lo-
cis adnotatur. Aduerten-
dum tamen q̄ in die oim
sanctoru dicuntur vespere
& in crastino matut. cu
laudibus, vt ibi videbis : in
sextis autem feriis prædi-
ctis nõ dicuntur vespere,
sed tantum matutinium cu
suis laudibus. Notandum
præterea q̄ Antiphonæ di-
cuntur integrè in princi-
pio, & in fine, quæadmodu
in festis duplicibus. Vespere
omnibus aliis præ-
termisissis absolute incipiũ-
tur ab antiph. infra scripta,
añã. Collocet eos dñs cu
principibus populi sui.
Deinde dicitur tres infra-
scripti psal. Dilexi qm̄.
fo. 20. Ad dominum cum
tribularer cla. folio. 42.
De profundis, folio. 73.
quibus adiugitur canticu.
Magnificat anima, fo. 12.
Sciendũ est autem q̄ in of-
ficio defunctorum in fine
suislibet psalmi dicitur.

Requiem eternã dona eis
domine. Et lux perpetua
luceat eis. *finito cantico.*
Magnificat. *repetitur. añ.*
supra scripta deinde dicitur.
Pater noster. Et ne nos.
Sed libera nos. A porta
infern. Erue domine ani-
mas eorum. Domine ex-
audi orationem meam. Et
clamor meus ad te veniat.
Postea dicitur tres infra-
scriptæ orationes sub una
terminatione. *Oratio.*

Deus, qui inter apo-
stolicos sacerdotes
famulos tuos sacerdotali feci-
sti dignitate vigere, præsta
quæsumus, vt eorum quo-
que perpetuo aggregetur
consortio. *Oratio.*

Deus veniẽ largitor,
& humanæ salutis
amator, quæsumus
clemẽtiam tuam, vt nostrę
cogregationis fratres pro-
pinquos amicos, & benefa-
ctores, qui ex hoc seculo
transierunt, beata Maria
semper virgine intercedẽ-
te cum omnibus sanctis
tuis, ad perpetuæ beatitu-
dinis consortium perueni-
re concedas. *Oratio.*

Officium defunctorum.

Fidelium Deus omnium conditor, & redemptor animabus famulorum famularumque tuarum remissionem cunctorum tribue peccatorum, ut indulgentiam, quam semper optauerunt piis supplicationibus consequantur.

Qui uiuis. Requiem aeternam dona eis. Et lux perpetua luceat. Requiescat in pace. Amen. *Matinum absolute incipit ab inuitatoro infra scripto. Inuitat.*

Regem cui omnia uiuant. Venite adoremus. *Deinde dicitur psal.* Venite exultemus. *&c. quo finito cum*

Requiem eternam. *&c. repetitur inuitat. Deinde ita*

tim dicitur an. Audiui uocem de caelo dicentem mihi, Beati mortui qui in domino moriuntur. *Postea dicitur tre. psal. infra scripti.*

pti. Verba mea. *fol. 27.*

Dne ne in furo. folio 36.

Quemadmodum desy. fo. 39.

Finis psal. repetitur ana. & statim dicitur Pater nfr. Deinde tres infra scripta lectiones incipiuntur, & fi

niuntur absolute sine benedictionibus, & hoc Tu

autem. *¶ Lectio prima ex capitulo. 19. Job.*

Pelli mea consumptis carnibus adhaesit os meum, & derelicta sunt tantummodo labia circa dentes meos. Misere mihi mei, misere mihi mei, salte vos amici mei, quia manus domini tetigit me. *Quare persequimini me sicut Deus, & carnibus meis saturamini?*

Quis mihi tribuat ut scribatur sermones mei? Quis mihi det ut exaretur in libro stilo ferreo, & plumbi lamina, vel cetera sculpatur

in sili ceteri Scio enim quod redemptor meus uiuit, & in nouissimo die de terra surrecturus sum. Et rursus circumdabor pelle mea, & in carne mea uidebo Deum.

Quem uisurus sum ego ipse, & oculi mei conspecturi sunt, & non alius reposita est haec spes mea in sinu meo. Deinde dicitur. lem.

Qui lazarus resuscitasti a monumento foetidum. Tu eis dne dona requie & locum indulgentie. ¶ Qui

ueterus es iudicare uiuos & mortuos & seculum per ignem. Tu autem domine.

Officium defunctorum.

¶ Lectio. ij. ex cap. 3. iohā.

Amen dico vobis, quia qui verbū meū audit, & credit, ei qui misit me, habet vitā aeternā, & in iudicium nō venit: sed trāsit à morte in vitā. Amen amen dico vobis quia venit hora & nunc est, qñ mortui audiēt vocem filij Dei: & qui audierint, viuēt. Si cut em̄ pater habet vitā in semetipso: sic dedit & filio habere vitā in semetipso: & potestatem dedit ei iudicium facere. **Q**uia filius hominis est, nolite mirari hoc: quia venit hora in qua omnes qui in monumentis sunt audient vocē filij dei, & procedent qui bona fecerunt, in resurrectionem vitæ: q̄ verò mala egerūt, in resurrectionem iudicij.

R. Requiem aeternam dona eis domine. Et lux perpetua luceat eis. **V.** Animæ eorū in bonis demorentur, & semen eorū hæreditet terram. Et lux perpetua luceat eis.

¶ Lectio tertia ex cap. 15. epistolæ primæ Pauli ad Corinthios.

Ecce mysteriū vobis dico. Omnes quidem resurgemus: sed non omnes immutabimur. In momento, in ictu oculi, in nouissima tuba (canet em̄ tuba) & mortui resurgent incorrupti: & nos immutabimur. Oportet em̄ corruptibile hoc, induere incorruptionem: & mortale hoc, induere immortalitatem. Cū autem mortale hoc induerit immortalitatem: nunc fiet sermo qui scriptus est, Absorpta est mors in victoria. Vbi est mors victoria tua? Vbi est mors stimulus tuus? Stimulus autem mortis peccatum est, virtus verò peccati, lex. Deo autem gratias qui dedit nobis victoriam. Per dominū nostrū Iesum Christum. **R.** Libera me domine de morte eterna in die illa tremenda, quando celi mouēdi sunt, & terra. Dum veneris iudicare seculū per ignem. **V.** Dies illa dies iræ, calamitatis & miseriæ, dies magna, & amara valdè. Dum veneris iudicare seculum per ignem.

Officium defunctorum.

¶ In iis lectionibus in suis
responsoriiis statim dicitur
absolutè, ad laudes anti-
phona. Ne tradas bestiis
animas confitentes tibi, &
animas pauperum tuorum ne
obliuiscaris in fine. Postea
dicuntur psalmi Psalmus.
50. Miserere mei. fo. 37.

Te decet hymnus. fo. 39.
Ego dixi. fo. 28.
Canticum. Benedictus fo-
lio 5.
Deinde repetitur antipho-
na, & post eam dicitur.
Pater noster &c. cum pre-
cibus & orationibus ut su-
pra in vesperis.

PARISIIS,

Apud Thielmannum Keruer, in
vico sancti Iacobi, sub signo Cratis.

1548.

**NON RECEDAT VOLV-
MEN LEGIS HVIVS AB ORE
tuo, sed meditaberis in eo diebus
ac noctibus.**

IOSVE I.

[Faint, illegible handwriting in a cursive script, likely from a historical manuscript or letter.]

27
28
29
30
31
32

